Germany

COLLECTIO LIBRORVM IVRIS ANTEIVSTINIANI

X

IN VSVM SCHOLARVM

EDIDERVNT

PAVLVS KRVEGER THEODORVS MOMMSEN
GVILELMVS STVDEMVND

TOMVS I.

BEROLINI
APVD WEIDMANNOS
MDCCCLXXXIV.

GAI

INSTITVTIONES

AD
CODICIS VERONENSIS
APOGRAPHVM STVDEMVNDIANVM
NOVIS CVRIS AVCTVM

IN VSVM SCHOLARVM

ITERVM EDIDERVNT

PAVLVS KRVEGER ET GVILELMVS STVDEMVND

INSVNT SVPPLEMENTA AD CODICIS VERONENSIS APOGRAPHVM
A STVDEMVNDO COMPOSITA

BEROLINI
APVD WEIDMANNOS
MDCCCLXXXIV.

For tw
R

PRAEFATIO GVILELMI STVDEMVND.

Crisis in Gai Institutionibus exercenda pendet praecipue et a codice Veronensi (nobis *C*) saeculo p. Chr. n. quinto uel sexto scripto et ab excerptis, quae in Iustiniani Digestis et Institutionibus leguntur; accedunt minora fragmenta Gaiana partim in aliis iuris collectionibus partim apud grammaticos seruata, quae enumerauit Adolfus Fridericus Rudorff in commentationibus regiae academiae scientiarum Berolinensis a. MDCCCLXV pag. 323 seqq.

Codicis Veronensis rescripti (in bibliotheca capitulari olim numero XV nunc 13 signati) reliquias, quotquot legere ei contigit, primus descripsit Ioannes Fridericus Ludouicus Goeschen opitulantibus Immanuele Bekker et Mauricio Augusto de Bethmann-Hollweg. Hoc apographo, quod postea passim emendauit Fridericus Bluhme, omnes quae ante annum 1874 publici iuris factae sunt editiones Gai nituntur. Cum propter imperfectam codicis *C* lectionem permulta emendatione egerent et multi uiri docti huic operam darent, nemo Goescheno aut concludere subtilius aut probare acrius coniecturas potuit; proxime ad hunc accedit uir de Gaio post Goeschenum optime meritus Philippus Eduardus Huschke.

Nouum codicis *C* apographum ipse annis 1866. 1867. 1868 Veronae confeci et iussu academiae regiae scientiarum Berolinensis ita ornatum edidi anno 1874, ut ueritati proximam imaginem redderet[1]. In prooemio huic apographo, quod *C*ᵃ nota significabimus, praemisso de fatis et condicione codicis *C* ita egi, ut hic paucis ea absoluere liceat, quae ad librum Veronensem pertinent. Ipse pleraque ex eis, quae ante me Goeschen et Bluhme

1) »Gaii Institutionum commentarii quattuor. Codicis Veronensis denuo collati apographum confecit et iussu academiae regiae scientiarum Berolinensis edidit Guilelmus Studemund. Prostat Lipsiae apud Salomonem Hirzel a. 1874.«

legerant, confirmare, multa corrigere, non pauca primus legere potui. Attamen propter miseram multarum membranarum condicionem multis locis etiam nunc adeo hiat oratio Gaiana, ut nisi qui iuris sit consultissimus, edendi Gai officium solus suscipere non debeat. Itaque cum ego soleam artem criticam consaeptis philologiae finibus terminare et iurisconsultorum disciplinam non ut meam possideam sed ut alienam libauerim, Paulum Krueger, qui, si ab incomparabili Theodori Mommsen sollertia recesseris, in fontibus iuris Romani edendis hodie facile principem locum tenet, precibus adii, ut eam praecipue editoris prouinciam, quam ad administrandam accuratiore iuris cognitione opus esset, susciperet. Inde igitur ab anno 1869 subsiciuis feriarum horis Krueger et ego Gaium una tractauimus et editionem primam absoluimus sub finem anni 1873. Quam quominus statim publici iuris faceremus, non Kruegeri culpa fuit, sed officiorum, quae ego hic sustineo, mole effectum est; quae ut inde demum ab aestate anni 1876 typis describeretur et anno 1877 absolueretur editio prima permisit. Nec Theodori Mommsen fidelissimi et summe reuerendi amici mihi defuit opera: is enim annis 1876 et 1877 benigne et omnia ea quae nouanda esse in contextu Gaiano censeret, nobiscum communicare uoluit et si qua grauiora inscitiae meae elapsa essent indicauit et multifariam consiliis adiuuit. Mommseni adnotationum plerasque cum nostris contexui adscripto ubique Mommseni nomine.[2])

Post absolutam anno 1877 Gai editionem primam cum mihi uere anni 1878 et aestate anni 1883 liceret Veronae commorari, Carolus comes Giuliari, bibliothecae capitularis praefectus mihi amicissimus, liberalissime, ut solet uir egregius, permisit, ut locos nonnullos difficiliores denuo cum codice rescripto conferrem. Per paucos ex paucis, quos anno 1878 Veronae degere mihi contigit, diebus laboris socium sese obtulit Paulus Krueger, per reliquos eosque plures solus officium conferendi sustinui. Ex remediis chemicis, quibus ipse olim annis 1867 et 1868 usus eram, paucis locis codicem leuiter fatigauerat kalium sulphocyanatum mixtum paucis guttis acidi muriatici; nec tamen commissae iniuriae urit

---

2) »Gai Institutiones. Ad codicis Veronensis apographum Studemundianum in usum scholarum ediderunt Paulus Krueger et Guilelmus Studemund. Inest epistula critica Theodori Mommsen. Berolini apud Weidmannos. 1877.« In hac epistula critica Mommsen eas obseruationes composuerat, quae in ipso apparatu critico editionis a nobis a. 1877 curatae commemoratae non erant. Nunc in hac altera editione, quam annis 1883 et 1884 parauimus, fere omnes adnotationes Mommsenianas, nisi quae iterata codicis *C* lectione irritae factae erant, in ipsum apparatum criticum recepimus.

me angitue conscientia: sane nusquam grauiores labes contraxit codex in eis locis, quos hoc remedio olim temptaueram; huius enim ope tamquam uelo detracto nudatur antiqua scriptura, eademque intra exiguum tempus denuo operitur et in ueteres tenebras demergitur. Contra non pauci ex eis locis, ad quos legendos olim lentiore ui kalii sulphurati usus eram[3]), anno 1878 et anno 1883 facilius ac plenius legi potuerunt quam anno 1868. Itaque acriter intenta oculorum acie nonnullorum locorum desperatorum lectionem nuperrime perficere potui, in aliis id certe discernere potui, utrum id quod aut a nobis aut ab aliis uiris doctis[4]) diuinando coniectum esset, in codice extare potuerit necne. Atque utinam saepius coniecturae tot laboribus excogitatae codice confirmatae essent! At quamquam ego et Krueger aliquanto cautius plerisque eorum, qui ante nos ad Gaium emendandum accesserant, in locis lacunosis crisin factitauimus, paucis locis ipsum Gaianorum uerborum contextum coniciendo recuperauimus. Artem igitur nesciendi multo etiam fortius, quam a nobis adeo factum est, in futurum exercendam esse mihi constat. Cui admonitioni nefas sit si quis parere nolit. Discant igitur homines docti ex eis correctionibus additamentisque, quae inde a pagina XVII huius editionis a me composita sunt, quam fallax sit ingeniosissimi cuiusque opinatio diuinatrix. Ceterum haec quoque iterata codicis Veronensis lectio mihi statio est, non portus; quam emendare uelim, si mihi fatum largiatur, ut in Italiam reuertar; nam libros rescriptos perscrutantibus difficile est ab incepto labore se ab-

---

3) Conf. *C*ª prooem. pag. XVII.

4) Interim Gai Institutionum libros cum alii ediderunt tum Huschke (Lipsiae a. 1878), cuius uenerabilem senectutem felix illa, quae iuuenem ornauerat, ingenii ubertas comitatur, et Polenaar (»Syntagma Institutionum nouum. Gai Institutiones iuris ciuilis Rom. secundum Guilelmi Studemund cod. Ver. collationem edid. emend. notisque illustrauit, appositis Iustiniani Institutionibus, iis quidem ex recensione Pauli Krueger fere repetitis, etc. B. I. Polenaar, litt. hum. et iur. utr. dr. Lugduni Batauorum apud E. I. Brill. 1876—1879«). Cuius uiri doctissimi ut acumen ingenii agnoscimus, ita audaciam et celeritatem in emendando opere Gaiano non aemulamur. Nam quo diutius in Gaio restituendo operam collocaueris, eo certius intelleges, quam difficulter in locis desperatis pestifera medicamenta a salutaribus secernantur, et quo longiore usu exercitationeque adquisita et roborata fuerit in hoc officio facultas, eo cautius a lectione tradita recedas. Ego his undeuiginti annis, quibus Gaium tractaui, si nihil aliud sane hoc didici, multo saepe difficilius esse ab incertis coniecturis abstinere quam praecipitem in coniectandi periculum ferri. Nec dubito quin et ipse Polenaar mox artem nesciendi in crisi Gaiana saepius commendaturus sit, postquam primus animi coniectantis ardor consederit. Ceterum uidendum quo sua quemque natura maxime ferre uideatur.

ducere, siquidem spes spem excitat, quotiens codex in manus resumitur.

In constituendo contextu praeter apographum meum adhibuimus subsidia, quae in huius praefationis initio indicauimus; in his principem locum ad libri *C* lectionem imperfectam supplendam uel deprauatam corrigendam tenent eae particulae Institutionum Gaianarum, quae in Iustiniani Digestis Institutionibusue leguntur. Quodsi quae discrepantiae lectionis in *C* et in uno alteroue ex illis subsidiis obuiam fiebant, quae utraeque ad orationis Gaianae indolem quadrarent, codicis *C* lectionem in contextum recepimus. Ceterum in hunc codicem permulta menda influxisse et apographum meum quisquis obiter perlegerit intelleget[5]) et confirmant subsidia illa in eis locis, ad quae haec extant. Atque ut omittam neglegentium librariorum calamis non pauca uerborum monstra excidisse, ut omittam uerba eadem ab oscitantibus artificibus uel potius opificibus saepe ad taedium usque repetita, tria potissimum sunt genera mendorum in *C*, de quibus hic breuiter dicendum est: aut enim compendia scripturae, quae in codice illo archetypo extabant, ex quo Veronensis descriptus est, foede uitiata sunt, aut scholia siue glossemata quae olim in margine uel intra uersus adscripta erant, in uerborum contextum irrepserunt, aut plura uerba propter homoeoteleuton interciderunt. Haec potissimum necesse est nosse et animo semper agitare, ubi in emendando loco aliquo difficili atque scopuloso uerseris.

Ac certa fere emendatione longe plurimae earum corruptelarum libri *C* sanari possunt, quae ex scripturae compendiis saepissime adhibitis ortae sunt; certam enim rationem certaque praecepta librariolos in adhibendis notis olim secutos esse constat. Atque cum is codex, ex quo Veronensis descriptus est, illius modi compendiis siue notis abundaret[6]), factum est ut is qui Veronensem exarauit, cum in eo quod profitebatur non aeque atque antiquiores notarii excelleret, alias notas male intel-

---

5) Conf. C^a prooem. pag. XXIX seq.

6) Abundasse codicem archetypum, ex quo Veronensis descriptus est, scripturae compendiis cum per se palam est tum ipse dixi in prooemii apographo meo praemissi pag. XX his uerbis: »constat . . . archetypum ea aetate exaratum fuisse, qua artis notandi studia laetissime uigerent.« Dixi autem f u i s s e, non e s s e ideo, quia codex archetypus hodie non superest. Verba mea aliter intellexit I. B. Polenaar in Mnemosyne (nou. ser. uol. IV pag. 113 seqq.), quasi dixissem archetypum eam aetatem antecessisse, qua studia notandi laetissime uigerent. Recte me de notarum in codice archetypo frequentia iudicasse docet INDEX NOTARVM apographo meo (pag. 253—312) subiectus.

lectas falso explicaret, alias cum similibus notis commutaret. Huius generis corruptelarum plurimarum origines ut monstrarem operam dedi in INDICE NOTARVM sub finem apographi mei (pag. 253—312) typis descripto. Ad hunc igitur indicem eos qui nostra editione usuri sunt sescenties in apparatu critico delegauimus additis his uerbis: *conf.* C^a *pag.* ...; ueluti I § 43 (in apparatu critico huius editionis pag. 11 ad uersum 15) uerba praescribit *Goeschen*, postscribit C^n, *conf.* C^a *pag. 286* significant, quam facile fieri potuerit ut pro *praescribit* per scripturae compendium exararetur *postscribit*, intellectum iri, si in INDICE illo NOTARVM (pag. 286 uers. 5. 6) simillimae praepositionum *post* et *prae* notae conferantur.

Sed haec leuiora; illa uero grauia, quae ad glossemata spectant; de quibus admodum lubrica quaestio est: nam cum scholarum in usum Institutiones scripserit Gaius, neque copiosior explicatio offendit neque eiusdem sententiae iterata repetitio; alibi, ubi paucis uerbis praeter expectationem insertis sententia turbatur, cum in libro *C* multa commata atque adeo longiora enuntiata librariorum ad finem properantium oculis omissa esse constet, plerique ex eis uiris doctis, qui Gaium ediderunt, maluerunt de supplementis ad orationem Gaianam redintegrandam adsciscendis cogitare, atque paucis glossis codicem *C* inquinatum esse censuerunt. Sane non nimis pauca ac plura quam ex eis expectes, quae in prooemii apographo meo praemissi pagina XX breuissime dixi, in librum *C* irrepsisse glossemata is, qui diligentius animum aduertet, cum sententiarum conexu docebitur tum Institutionum Iustinianarum comparatione, quae in nonnullis locis ex Gaio haustis recte glossematis illis carent. Haec adulterina additamenta pleraque singulis uel paucis uerbis comprehensa sunt, quibus glossatores praecipue aut uerborum structuram adiuuare aut sententiae uel uocabuli alicuius uim explicare studuerant; exemplis a me in C^a l. l. collectis facili negotio alia exempla ex hac editione ipsa addas; glossemata enim omnia, nisi quae in apparatum criticum relegauimus [7]), in ipso uerborum Gaianorum contextu his uncinis [ ] saepsimus, conf. e. g.

7) Paucas illas atque ex parte ineptas rubricas, quas in libri I initio (§§ 1. 8. 9. 13. 14. 18. 20. 28) secunda manus (C^2) et alibi passim prima manus (uel rubricator) addidit (I § 166ª; II §§ 80. 109. 174. 192. 224. 229. 235; III § 139 — aliae rubricae nunc legi nequeunt, conf. C^a pag. XXVIII seq.), quamquam non ab ipso Gaio scriptas esse constat, intra hos uncinos [ ] suis locis in ipso uerborum Gaianorum contextu, ut lectorum commodo consuleremus, retinuimus.

II § 94 etc. etc. [8]). Potest sane fieri ut plura quam in hac editione seclusimus glossemata in libro *C* insint, nec uero nefas ducendum est in tanta huius quaestionis difficultate a suscepta semel persuasione discedere; nec tamen multo plura quam, cum cautissime in hac quaestione ageremus, nos ipsi deleuimus, ex glossematis orta esse certo demonstratum iri confidimus; certe modum excessit Polenaar, cum hac emendandi ratione ita uteretur, ut glossemata sescenties latere suspicaretur.

Propter homoeoteleuton multa orationis commata in codice *C* intercidisse et Collatio atque Iustiniani Digesta Institutionesque docent et dudum intellectum est [9]). Sicubi hi fontes in locis propter homoeoteleuton in *C* mutilatis nos deficiunt, partim uetera aliorum uirorum doctorum partim noua additamenta exempli gratia proposita in contextum quidem uerborum recepimus, sed nostrum illud sollemne seruauimus, ut ne quam grauiorem libri *C* labem sine adnotatione dimitteremus: omnia quae in *C* ita desunt, ut ne lacunae quidem signum ullum in *C* extet, et his uncinis ⟨ ⟩ saepsimus (conf. e. g. I § 127 aliaque id genus fere innumerabilia) et *inclinatis* litteris exprimenda curauimus.

Ex his quae diximus apparet, quam saepe in emendando Gaio ad coniecturas refugiendum sit. Cum uero ex eis coniecturis, quae post Goeschenum a uiris doctis ad codicis Veronensis apographum Goeschenianum a Bluhmio passim emendatum prolatae sunt, paucae noua quam ipse institui codicis lectione confirmatae, multo plures irritae factae sint, in hac editione ornanda eam fere uiam sequendam esse duxi, quam cum alii praeiuerunt tum Carolus Lachmann caute tenuit. Itaque cum olim syntaxi Gaianae suam constantiam perpoliendo uindicare instituissem, postea in contextu uerborum omnia ea intacta relinquere malui, quae aliquo modo ferri posse uiderentur; oratio enim quamquam a Gaio diligenter formata est, non tamen eam aequabilitatem adsecuta est, quam seuerioribus Ciceronianae aetatis scriptoribus restituere fas est. Accedit quod adhuc nemo accuratius de eis orationis legibus quaesiuit, quas in reliquis

---

8) Facillime ea glossemata deprehenduntur, quae codicis *C* corrector (nobis C^2) temere ex suo ingenio adiecit: ea non modo superuacanea sunt (sic indices et argumenta paragraphorum), sed ex parte per sententiae rationem ne ferri quidem possunt.

9) Quod Polenaar in Mnemosyne (nou. ser. uol. IV pag. 115 seqq.) inuenisse sibi uisus est singulos codicis archetypi uersus fere undeuicenas litteras complexos esse, id frustra ita demonstrare conatus est, ut prorsus incredibilibus notarum monstris exaratum fuisse codicem archetypum identidem statueret.

praeter Institutiones libris Gaius secutus est[10]). Itaque (praeter orthographica) in minutiis sibi constantem esse Gaium nolui; quod qui maluerit, facili negotio talia emendabit quale illud est I § 192 (pag. 43, 17 huius editionis) *obligationis ue suscipiendae*. Eandem inconstantiam in uerborum modis adhibendis non raro cum *C* conseruare malui: ueluti I § 76 (pag. 19, 22 huius editionis) expectes *conubium s i t*, I § 195^b (pag. 44, 14) expectes *d e d e r i t*, etc. Nec tamen inani prudentiae laude sola delector. Quin etiam nescio an nonnullis locis longius quam par est progressus sim in perpolienda oratione Gaiana: sic uidetur quidem Gaio in Institutionibus, si codici *C* fides habenda est, ubique reddi posse *proinde* forma (conf. *C*^{a} pag. 286); attamen confitendum est in eis fragmentis, quae qui iussu Iustiniani Digesta compilauerunt ex aliis (praeter Institutiones) Gai libris excerpserunt, Gaium, si his testibus fides habenda est, multo saepius *perinde* aduerbio usum esse quam *proinde*. Nescimus autem, qua libertate compilatores Iustiniani orationis antiquiorum iurisconsultorum formam mutauerint: e. g. testibus Digestis 45, 1, 141, 2 Gaius semel scripsit *proinde ac s i paterfamilias*[11]), alibi constanter *proinde ac* (sine *si*) in eiusmodi locutionibus; iam cum I § 148 (pag. 36, 9 huius editionis) codex *C* praebeat *proinde ac s i filiae*, hunc soloecismum ipsi Gaio tribuere prima specie uix quisquam dubitauerit; attamen cum in eodem enuntiato (I § 148) Gaius teste eodem codice *C* scripserit *proinde ac nepti*, non *proinde ac si nepti*, elegantiore forma etiam in priore huius enuntiati parte usum esse Gaium mecum consenties. His et similibus exemplis cautior factus in contextum non recepi nisi eas emendationes, quae fere certae uiderentur, ac ne in apparatu critico quidem adscripsi nisi selectas uirorum doctorum coniecturas, quae aliqua probabilitate commendarentur. Ceterum etiam earum emendationum uel correctionum, quas facili negotio quiuis paulo doctior faciat, primum auctorem fere ubique adieci[12]); at-

10) Initium huius quaestionis nuperrime publici iuris fecit Guilelmus Kalb in Woelfflini *Archiv für lateinische Lexikographie und Grammatik* uol. I (1883) pag. 82—92.

11) De Iustiniani Institutionum usu loquendi conf. Eduardus Grupe »de Iustiniani Institutionum compositione« Argentorati 1884 (in Dissertationum Philologicarum Argentoratensium uolumine IX) § 1 nr. 3.

12) In apparatu critico uerbis Gaianis in hac editione subscripto citati sunt omnino hi uiri docti: Ioannes Fridericus Ludouicus G o e s c h e n locis innumerabilibus; Philippus Eduardus H u s c h k e locis 171; Carolus L a c h m a n n locis 79; B. I. P o l e n a a r locis 45; Mauricius Augustus d e B e t h m a n n - H o l l w e g locis 33; Eduardus B o e c k i n g locis 33; Fridericus Carolus d e S a v i g n y locis 26; Fridericus B l u h m e locis 25; Augustus Guilelmus H e f f t e r locis 13; I. E. G o u d s m i t, Georgius Arnoldus H e i s e,

tamen meum nomen nusquam adscripsi, quoniam non tam recensendi Gai quam intermortuae scripturae codicis *C* plenissime reciperandae et corrigendorum uulgarium huius codicis mendorum munus ad me potissimum pertinuit, et sane pauperis ingenii esse ex emendatiunculis facilem gloriam quaerere Lachmann [13]) suo iure monuit. Quodsi quis amplissimam coniecturarum a uiris doctis excogitatarum copiam cognoscere uelit, is adeat Gai editiones ab Eduardo Boecking anno 1866 Lipsiae curatam et ab Ernesto Dubois anno 1881 Parisiis publici iuris factam.

Cum maior difficultas in Gaio restituendo quam ex mendis librariorum codicis *C* inde oriatur, quod multae huius libri rescripti paginae aut totae aut ex parte hodie legi nequeunt, summa cautione usi sumus in his hiatibus lectionis Veronensis explendis [14]). Deseruimus igitur non paucas lacinias desperata conectendi facultate ac maluimus orationem Gaianam foede hiare quam in pertusum, ut cum Plauto loquar, ingerere dicta dolium operamque ludere atque falsa uel incertissima contextui obtrudere. Hanc abstinentiam probaturos esse philologos confidimus; sed quoniam inueterauit ut in libris iuridici argumenti lacunae paulo confidentius explerentur, propter iurisconsultos, qui Gaianis studiis non tam propter orationem operam dare solent quam propter argumentum, in adnotationibus apparatui critico insertis saltem ea quae in codicis *C* hiatibus olim infuisse cum aliqua probabilitate uiderentur, indicauimus, alibi artem nesciendi exercendam esse expressis uerbis monuimus. Vbi enuntiatorum in codicis *C* lectione hiantium plura uerba uel commata fere integra in *C*

A. van der Hoeven locis quinis; Hermannus Henricus Fitting locis 4; Clemens Augustus Carolus Klenze, Fridericus de Rohrscheidt, Adolfus de Scheurl locis ternis; C. Ioannes Alexander Baumbach, Carolus Ludouicus Caplick, Bartholdus Georgius Niebuhr, Georgius Fridericus Puchta, Adolfus Fridericus Rudorff, Sander, Adolfus Schmidt locis binis; Henricus Rudolfus Brinkmann, Alexander Augustus de Buchholtz, Andreas Guilelmus Cramer, Henricus Dernburg, Gregorius Haloander, Gustauus Ernestus Heimbach, Gustauus Hugo, Guilelmus Kalb, Philippus Lotmar, Scipio Maffei, Iacobus Muirhead, Petrus Pithoeus, Carolus Magnus Poeschmann, Rudolfus Schoell, Ludouicus Schopen, Carolus Augustus Dominicus Vnterholzner, Carolus Adolfus de Vangerow, Carolus Wieding locis singulis. Praeterea W. M. d'Ablaing quattuor emendationes ad Gai librum IV pertinentes ut commemoraremus benigne permisit. Fidelissimorum denique amicorum Theodori Mommsen (locis 63) et Pauli Krueger (locis 50) nomina saepe in apparatu critico adscripsi; quibus quantum debeat Gaius, sciunt harum rerum periti.

13) Praef. ad Terent. Maur. pag. VII.

14) In locis lacunosis uersuum codicis *C* confinia significauimus hac lineola |

supersunt[15]), ut appareret quo fere sententiarum conexu uerba uel commata quae legi possunt olim coniuncta essent, supplendi periculum in adnotationibus ita fecimus, ut excepto uno aut summum altero loco fere nusquam ipsum Gaianae orationis contextum recuperatum esse persuasum haberemus[16]). Hanc longe difficillimam editionis partem fere solus administrauit Krueger, qui, quantum fieri posset, ad ea supplementa se accommodauit, quae ab aliis uiris doctis ueri non dissimiliter proposita esse censeret, cum praesertim hoc toto supplendi officio ipsa uerba Gaiana recuperari uix posse Krueger mecum consentiret.

Superest ut de typorum discrimine dicamus et de adnotationibus, quibus hanc editionem instruximus:

Atque primum quidem in uerborum Gaianorum contextu hoc ipso typorum genere quo in hac praefatione typographum uti iussimus, expressa non sunt nisi ea uerba eaeue litterae, quaecumque certo uel ueri simillime in *C* aut a me aut ab eis qui ante me hunc codicem excusserunt dispici potuerunt. Ea quae in uerborum contextu *inclinatis* litteris expressa sunt, aut in libro *C* legi quidem non potuerunt uel a legentibus cum similibus litteris permutata sunt sed tam probabiliter suppleri uel mutari potuerunt, ut fere nulla restaret dubitatio, aut aliter in libro *C* leguntur, quid autem liber *C* pro his praebeat, in in-

15) Plerumque, ut commodo eorum prospiceremus ac consuleremus, qui adhibito codicis Veronensis apographo examinaturi essent, quatenus supplementum coniectura factum cum ductibus litterarum, qui in *C* dispici potuerunt, congrueret, **crassioribus** typis describendas curauimus eas litteras, quae in ipso *C* lectae sunt; contra ubi a litterarum ductibus ex *C* enotatis recedendum erat, *inclinatis* litteris usi sumus: ueluti quod II § 14 in apparatus critici paginae huius editionis 47^{ae} subiecti uersu 14 expressum est »**tollendi** aedes et offici*endi* **luminibus**«, id significat litteras **tollend** et **luminibus** in codice Veronensi lectas esse, pro litteris *endi* aliarum litterarum umbras in *C* uideri apparuisse, litteras denique »iaedesetoffici« suppletas esse in loco desperatae in *C* lectionis. Ceterum non in omnibus supplementis haec typorum discrimina curanda duximus.

16) Supplementorum formam genuinam si quis sola coniectura restituere se posse confidat, quam uana is captet, docent permulti illi conatus, qui, antequam codex Veronensis denuo excuteretur, ad schedarum Goeschenianarum uel Bluhmianarum fidem a uiris doctis facti sunt: quippe qui raro ipsa ea uerba coniectando reppererint, quae postea a me in codice *C* legi potuerunt. Itaque cum facilius inueniantur quam eligantur supplementa, ubi in locis lacunosis, de quorum sententia nulla esset dubitatio, plures supplendi uiae patebant, unam eligere malui: multa adferri possunt exempla, sed uel unum ex eis quodlibet sufficiet: itaque I § 122 non minore iure quam id, quod e. g. posui, haec supplementa proponi poterant: *sed in pondere; nam olim* (uel *nam tum*) *et as|ses librales erant et dupundii bilibres*, uel: *sed in pondere posita; nam et as|ses librales erant et dupundii binas libras continebant* uel similia.

feriore adnotationum laterculo accurate adnotauimus[17]. Omisimus tamen in apparatu critico longe plurima eorum quae ad solam rem orthographicam[18] uel ad notas (siue compendia scripturae sollemnia) leuiter corruptas pertinent; quae si relinquam et inertiae meae largiar, non uereor ne mihi irascantur lectores: ea omnia si quis accuratius cognoscere uelit, adeat C^a et inprimis indices notarum et orthographicum (C^a pag. 253—312 et pag. 313—325); apographo enim meo carere omnino non poterit, si quis crisin Gaianam recte instituere uoluerit. Ceterum ut eorum, qui hac editione usuri essent, commodo inseruiretur, nonnulla in genere orthographico firmius constituenda putauimus quam factum adhuc est[19]; itaque etiam inuito libro *C* fere ubique constantem eorundem uocabulorum orthographiam in contextu restituimus; in quo *inclinatis* litteris usi sumus, ubicumque uel in minimis orthographicis a libri *C* auctoritate recessimus. In locis eis, qui nisi audaci coniectura restitui nequeunt, et in locis desperatis, de quibus nihil nisi incertae et quae uario modo in uerborum Latinorum speciem comprehendi possint reliquiae supersunt, propter typographum non omnes litterarum apices omniaue bacilla inflexa et incuruata, quae in *C* legi posse uisa sunt, typis describenda curauimus, sed delegauimus lectores ad C^a (conf. e. g. pag. 76, 10 — 77, 1 huius editionis etc. etc.), similiterque in desperatis paginarum partibus (ueluti in priore parte paginae libri *C* 45) non descripsimus in uerborum Gaianorum contextu nisi eas litteras, quae aliquam uerborum latinorum formam induere posse uiderentur.

Notam codicis Veronensis, sicut supra pag. v diximus, in apparatu critico a nobis composito uoluimus esse *C* litteram. Vbi primae manus (C^1) scriptura a uetere correctore semidocto (de

17) Legentium oculis ut succurreremus, in apparatu critico lectiones codicis *C*, qui continua scriptura id est non diremptis uocabulis exaratus est, ita repraesentauimus, ut uerba fere constanter dirempta exhiberemus. Vbi propter imperfectam lectionem nonnullae litterae in *C* legi quidem non poterant sed quae litterae extitissent sententiarum conexu perpenso probabiliter diuinare licuit, nonnusquam eas ipsas litteras his uncinis ( ) saeptas perscripsimus: sic I § 127 adnotatio ad pag. 29 uers. 20 huius editionis a nobis adscripta »(nep|te)sue« significat in *C* legi non potuisse nisi »sue« litteras, probabile tamen esse proximum ante has litteras locum occupasse litteras »nepte« ita, ut in prioris uersus exitu litterae »nep«, in posterioris uersus initio litterae »te« ante »sue« extarent.

18) Nec magis uocabula in *C* male dissecta uel perperam duobus uersibus distributa in apparatu critico curauimus; conf. de syllabarum diuisione C^a pag. XXIII seqq.

19) *mancipii* scripsimus constanter, ne prauo accentu hanc formam pronuntiarent lectores, si *mancipi* scripturam antiquam seruassemus.

quo conf. C^a pag. XXIX seq.) secernenda erat, hunc nota C^2 distinximus. Nota C^n significauimus scripturam in *C* non plenis integrisque litteris omnibus perscriptam sed per unum pluraue compendia tachygraphorum notariorum more expressam [20]. C^{2n} igitur significat scripturam, quae a C^2 ita profecta est, ut ipse C^2 (i. e. codicis Veronensis corrector uetus) compendio scripturae siue nota sollemni uteretur. Signum interrogationis in apparatu critico idem significare uoluimus atque »*ut uidetur*«; sic ad pag. 3 uers. 18 hoc signum indicat non prorsus certo dici posse in *C* nihil nisi *et* (non addita lineola, qua compendium scripturae indicaretur) extitisse, uideri tamen nihil nisi *et* ibi scriptum fuisse.

Denique in apparatu critico praeter discrepantiam scripturae libri *C* et selectas uirorum doctorum coniecturas congessimus plenius, quam a prioribus editoribus factum est, subsidiorum illorum, de quibus supra in huius praefationis initio diximus, lectiones a *C* discrepantes; atque Digesta quidem ad editionis Mommsenianae, Institutiones Iustiniani ad editionis Kruegerianae fidem laudauimus. Maluimus autem plures quam ad Gaium emendandum opus esset lectionis discrepantias ex Digestis et Institutionibus Iustiniani excerptas adscribere, ut appareret, quam libere interdum ei qui iussu Iustiniani Digesta Institutionesue componebant, orationis Gaianae formam immutassent; nec parum inde ad crisin et Gai et Iustiniani Institutionum promouendam profecimus, quod hos compilatorum Iustinianorum libros denuo contulimus. Qui compilatores ubicumque propter ius nouatum uerba Gaiana aut omittendo aut addendo aut alia substituendo mutauerunt, id genus discrepantiae in apparatum criticum fere non recepimus; nec magis adnotauimus, sicubi in periodi alicuius ex Gaianis Institutionibus depromptae initio particulae copulatiuae ab Iustinianis propter sententiarum conexum mutatae sunt. Raro mutatum in Iustiniani Institutionibus uerborum ordinem non enotauimus, ubi transpositionem illam arbitrio compilatorum Iustinianorum deberi (e. g. ex Digestorum comparatione) certo apparet. Atque uel magis Epitomae Gaianae lectiones a codice *C* discrepantes silentio praetermittendae erant.

In superiore adnotationum laterculo, id est inter uerbo-

---

20) Notarum usus ingenioli uel mediocris est, exercitationis tamen maximae. Itaque quoniam non omnes, qui hac editione utentur, magnam illam notarum sollemnium copiam memoria tenebunt, in apparatu critico fere constanter pro ipsis codicis *C* notis harum explicationem dedimus (addito ut par est C^n [id est »*C per notam*«] signo). Accuratiora de his scripturae compendiis, quibus liber *C* abundat, qui scire uolet, is adeat C^a pag. 258—312.

rum Gaianorum contextum et illum de quo diximus apparatum criticum, indicem congessimus eorum locorum, qui uel in Digestis uel in Institutionibus Iustiniani uel in aliis libris iuridici argumenti ex Gai Institutionibus siue ad uerbum tenus seruata orationis Gaianae forma siue leuius immutata desumpti sunt[21]. Omisimus tamen in hoc indice Epitomam Gaianam, quam ne in apparatu critico quidem citauimus nisi in locis quibusdam difficilioribus. Vbi eorum, qui in hoc indice respiciuntur, fontium contextus adeo consentit cum ipsis Gai uerbis, ut omnes discrepantias ex illis in apparatu critico enotare liceat, hoc signo utimur »=« (uide e. g. I § 1); ubi paulo pluribus immutatis ita consentit, ut fere omnes discrepantias enotare licuerit, hoc signo »fere =« (uide e. g. I § 38); ubi denique Gaianam orationem liberius mutatam esse apparet, quam ut omnes discrepantias enotare fas sit — id quod saepius in libris Institutionum Iustiniani tertio et quarto quam in libris primo et secundo factum esse constat —, hoc signo utimur »conf.« (uide e. g. I § 39).

In eodem adnotationum laterculo sicubi Gaius ipse alios commentariorum suorum locos citat, eos locos suis numeris signatos indicauimus (uide e. g. I § 39).

In paginarum margine dextro numeros paginarum codicis Veronensis adscripsimus, confinia harum paginarum in ipso uerborum Gaianorum contextu his lineolis || significauimus: ueluti huius editionis pag. 4 uers. 22 hae lineolae indicant post *uel* terminari codicis Veronensis paginam 2, incohari eiusdem paginam 3. Praeterea in eodem paginarum margine dextro numerauimus uersus paginarum huius editionis, ad quos adnotationes criticas redegimus.

In paginarum margine sinistro adscripsimus numeros paragraphorum cuiusque libri; eorundem summam comprehensam prope marginem exteriorem (in summa pagina) exhibuimus.

Postremo cum nullum opus a typographis ita finiatur, ut plane perfectum dici possit, pag. XL sequatur index eorum, quae in hac editione corrigenda uel addenda esse uideantur.

Scribebam Argentorati Kal. Iun. a. MDCCCLXXXIIII.

21) Raro, ubi opus esse uisum est, conferri iussimus similes locos in aliis (praeter Institutiones Gaianas) Gai libris extantes; uide e. g. II §§ 67. 70.

SVPPLEMENTA

AD

CODICIS VERONENSIS APOGRAPHVM STVDEMVNDIANVM[1]

CONPOSVIT

GVILELMVS STVDEMVND

1) Haec SVPPLEMENTA in apparatu critico editionis Gaianae nota C^{as} significauimus.

*

Praeter eos, quos infra commemorabo, locos annis 1878 et 1883 denuo contuli has partes codicis Veronensis: pag. 23, 12—24; 65, 1. 2. 10; 66, 1—3; 69, 18; 70, 1—24; 73, 20; 81, 9; 86, 1—8; 87, 20—24; 95, 1—24; 96, 1—24; 109, 1—24; 110, 1—24; 141, 1—6. 16—24; 157, 1—24; 158, 1—24; 171, 1—24; 172, 1—24; 177, 1—24; 192, 1—24; 199, 1—24; 224, 5—7. 10—12. 18. 19; 249, 1—24; 250, 21—24.

Versuum fines in apographo ideo parum accurate codici Veronensi respondent, quia paulo diuersa spatia singulis litteris in codice occupantur. Parum accurate typographus aliquot litterarum formas reddidit, ueluti uarias ʒ uel ꝯ formas (= *con-*), pag. 110, 24 litteram ultimam, litteram ꟑ etc. Altiores quam in apographo sunt litterulae ɼ et l sub uersuum finem.

Paululo inferius collocandae erant e. g. hae litterae: pag. 109, 8 littera 14ª; pag. 171, 11 littera prima; etc.

Paulo graciliores ac minus crassae esse debebant e. g. hae litterae: pag. 23, 14 littera prima; pag. 110, 1 littera 16ª; pag. 141, 18 littera prima; pag. 157, 22 littera 14ª; pag. 158, 1 littera prima; pag. 249, 6 littera prima; pag. 249, 8 littera prima.

Paulo minus altae esse debebant e. g. hae litterae: pag. 23, 14 littera prima; pag. 65, 10 littera 9ª; pag. 86, 7 littera prima; pag. 96, 1 littera prima; pag. 96, 16 littera prima; pag. 110, 14 litterae tres ultimae; pag. 141, 23 litterae duae ultimae; pag. 157, 5 littera tertia; pag. 177, 3 litterae tres ultimae; pag. 177, 7 littera 16ª; pag. 177, 11 littera prima; pag. 249, 1 litterae 1ª et 2ª; item numeri in marginibus paginarum 65. 95. 111 etc.

Paulo altiores esse debebant e. g. hae litterae: pag. 110, 1 littera prima; pag. 110, 24 littera prima; pag. 158, 12 littera prima; pag. 171, 12 littera paenultima; pag. 249, 8 littera 34ª.

Paululo maiore spatio a littera proxime sequente separandae erant e. g. hae litterae: pag. 23, 15 littera 10ª; pag. 23, 18 littera quinta; pag. 65, 1 littera 24ª; pag. 66, 1 littera 30ª; pag. 70, 23 littera 25ª; pag. 86, 3 littera 11ª; pag. 86, 8 littera 16ª; pag. 95, 2 littera quinta; pag. 95, 12 littera 33ª; pag. 95, 13 littera 11ª; pag. 96, 10 littera 26ª; pag. 109, 8 littera quinta; pag. 109, 14 littera nona; pag. 109, 16 littera prima; pag. 109, 19 littera 23ª; pag. 110, 12 littera nona; pag. 110, 13 littera 22ª; pag. 141, 21 littera 22ª; pag. 171, 15 littera 18ª; pag. 171, 16 littera 8ª; pag. 177, 3 littera 34ª.

Paululo minore spatio a littera proxime sequente separandae erant e. g. hae litterae: pag. 96, 3 littera altera; pag. 158, 7 littera septima.

Punctum paulo altius collocandum erat e. g. pag. 23, 19.

ADDENDA ET CORRIGENDA[1]

IN

CODICIS VERONENSIS

APOGRAPHO STVDEMVNDIANO.

pag. VI in ultimae adnotationis uersu (ab ultimo) quinto pro 92 239, 240 93 249, 250 lege 92 249, 250 93 239, 240

pag. XVIII uers. 22—25 uerba inde ab ac ne memorabili usque ad quaesiuisse uidetur una cum adnotatione [a]) delenda sunt

pag. XXI in tabulae laterculo quarto pro

92	93	lege	93	92
239.240	249.250		239.240	249.250

pag. XXVI uers. 12 ante 100, 3 adde 95, 13;

pag. XXVI uers. 20 ante 39, 18 adde 17, 37; 20, 21;

pag. XXXII in uersu paenultimo dele FUERI

pag. 1 supra uersum 1 corrector non NAT per scripturae compendium sed uocabulum NATURALI perscriptum dedit

pag. 1, 9 et 13 lectio certa est

pag. 2, 1 non hoRT·SIA sed hoṘT·SIA apparuit; fuerit hoR̄T̄·SIA

pag. 2, 1 pro plebiſcita lege plebiscita

pag. 2, 5 pro FUIT lege FUIT

1) Conf. etiam CORRIGENDA ET ADDENDA in C^a pag. xxxi seq.

pag. 2, 12 pro PŪCIS lege ,PŪCIS

pag. 2, 13 et 3, 12 et 3, 18 et 4, 18 lectio certa est

ad pag. 5] Postquam ipse anno 1874 nouum apographum codicis Veronensis edidi, Bluhme per colloquii familiaris occasionem Kruegero narrauit ea quae in schedis Bluhmianis de paginae quintae lectione extarent, olim a se obiter inspecto codice descripta esse neque adhibenda esse ad orationem Gaianam redintegrandam, eamque schedulam infelici casu in schedas Verona in Germaniam transmissas irrepsisse

pag. 6, 7 lectio certa est

pag. 6, 15 in fine interuallum inter ET et IN certo docet non et sed et(iam) exprimere uoluisse librarium

pag. 6, 17 haec apparuerunt: ETSIDEAFECER (supra: I Y I)
litterulas I et Y supra octauam et septimam ab exitu litteras quominus ab ipsa prima manu (non a correctore) additas esse sumas, nihil impedit. octauam ab exitu litteram, cuius inferior pars fortasse sacra scriptura obducta est, Q quam litteram aliquam correctione effectam fuisse probabilius est

pag. 7, 14 et 15 mea lectio certa est; 7, 15 plura quam olim ne nunc quidem legere potui

pag. 8, 1—5 lege[1]:

1 CIUISROM·SILATINAFUERITFILIUSQU xxx SUM xxx
2 FITPMISSUM ______________ SOB ______________
3 AP xxx UIBUSDAM ____________________________ IA
4 IPSEFILIUSCIUISRSITQEXCRMATRENATUSETM
5 DEBETCSAMPBAREUTSUUSHPATRIFIATUEROD I

1 post octauam litteram non ETLATINUSFILIUSEIUS extitisse constat. 1 post LATINA certum est SIT non extitisse. 1 spatium inter QU et SUM litteras incertissimas sufficit e. g.

1) Pro eis litteris, quarum lectio nimis incerta est, punctis distinctas litteras adhibui; quarum lectio si fere merae coniecturae debetur, supra eiusmodi litteram punctis distinctam signum interrogationis addidi.

· ad IUA uel similes litteras capessendas. 2 pro duabus primis litteris possis etiam de unico N cogitare. 2 hic uersus nullo modo a NUPTIIS incepit. 2 post PMISSUM neque ESTTUTORIBUS neque ETUTORIB extitit. 3 spatium post alteram litteram sufficit e. g. ad IOQ litteras capessendas. 3 hic uersus nullo modo aut ab APISCITUR aut ab AQ incepit. 3 hic uersus non uidetur in SI uel FI exiisse. 5 quamquam eorum, quae post UT scripta erant, lectio incertissima est, constare tamen uidetur in fine ante DI non SUPRA extitisse

pag. 8, 6 post INTELLEGEMUS nihil amplius scriptum fuisse ueri simile est; sane nullo modo ETDE|FILIAANNICULA ibi extitit

pag. 8, 7 hic uersus ita uidetur a littera maiuscula eminente incepisse, ut nouum caput significaretur, uelut ab  Reliqua omnia in uersibus 7 et 8 legi nequeunt

pag. 8, 24 post FRUMENTI non uidetur PPINSERET scriptum fuisse

pag. 9, 3—16 lege:

3 ________ SEQUI ________

4 MAIORTRIQINTAANNOR'MMSIETLATINIFACTI ____

5 ____ IUSQUIRITIUMCONSEQUIQUO ________

6 QINTAANNORUMMMITTANT ________

7 ________________

8 MMSUSUINDICTAACENSUATOT ____ AUISROM·

9 ____ LIBERTUSFITQCUMITAUERITERQOSISSERUUSI

10 BONISTUISEXIUREQRITIUMMEUSERITLATINUSQ·

11 ATESOLOFIERIPOTESTITERARIATAMENONET·ATA

12 POTE·ETEOMMEUSLIBERTUSFITSETCETERISMODIS

13 IUSQUIRITIUMCONSECUTUSMEUSLIB·TUSFITBONO

14 R'ATQNACISMORIENTURRELIQUERITIBIP'SESSIO

15 DATURQC'QUEMIUSQUIRITIUMFUERITCONSECU

16 TUSQSICUIETINBONIS etc.

8 septima ab exitu littera fortasse $\overset{ci}{\text{A}}$ fuit superscriptis ci litterulis. 9 littera ab exitu 23ª non A fuit. 12 littera sexta non uidetur l fuisse. 14 litterae quinta et sexta aut $\overline{\text{NA}}$ aut Ṅ'A fuerunt. 16 hic uersus nullo modo ab TUSCUIUSATETIN aut ab TUSCUIATETIN incepit, quamquam initii huius uersus lectio incertissima est. 16 ante INBONIS quominus ET scriptum fuisse sumamus, denuo inspecto codice nihil uidetur obstare; ante INBONIS non NONMODO perscriptum perue compendium scriptum extitit

pag. 10, 1 et 13 lectio certa est

pag. 11, 4 littera ab exitu nona U (uix P) fuisse uidetur, non uidetur $\overset{o}{\text{T}}$ aut TT fuisse

pag. 11, 20 potest e. g. ab lepROUISUM incepisse, quamquam quinque primae litterae foramine haustae sunt; uidetur tamen adeo inferior pars P litterae in sede tertia superesse. nullo modo spatium sufficit ad RAYNEPUISUM litteras capessendas

pag. 11, 23 earum litterarum, quas Bluhme supra uersum conspicere sibi uisus est, nec uola nec uestigium superest

pag. 11, 24 eas litteras, quas solus Goeschen legit, ne nunc quidem dispicere potui

pag. 13, 6 pro A S lege $\overline{\text{AS}}$

pag. 13, 6 septimam ab exitu litteram T fuisse ueri est simillimum

pag. 13, 6 in fine lege AUT$\overset{\text{ii}}{\text{C}}$RE
possit aliquis suspicari tenuibus illis ductibus supra uersum ri litterulas significari

pag. 13, 24 littera decima non T sed T' fuit

pag. 15, 1 lectio certa est

pag. 15, 3 pro $\overset{c}{\text{C}}$AUITN lege CAUIT$\overset{c}{\text{N}}$
possit aliquis suspicari litterula illa supra lineam non C litteram sed aut signum illud indicari, quo nos solemus loquentis uerba introducere, aut illud potius, de quo dixi in praefatione ad *C*ª pag. XXX uers. 5 et adnotat. f); quamquam respondens huic signo alterum neque 15, 3 neque 15, 4 apparet

pag. 16, 11 lectio certa est

pag. 17, 3 fuit·ideo nulla supra prius uerbum addita lineola scriptum fuisse paene constat

pag. 17, 12 lectio certa est

pag. 17, 22. 23 lege:

22 exlatinaāciuemromanumexcromanaNON

23 habebiteuminpotestate(_____ac×××oi)a(××ii)

23 pro priore ( ) Bluhme: _____ac··bat, pro posteriore ( ) Bluhme d_____|. 23 ante a quam litteram non procul ab uersus fine certo legere potui, potest e. g. pbat fuisse; post illam litteram uix cr extitit, potest e. g. iur extitisse, atque inprimis u litterae uestigia tenuia nonnumquam apparere uisa sunt; sed omnia incerta sunt

pag. 17, 24 ne nunc quidem quicquam legere potui; in fine potestate lectio cum obscuris litterarum umbris congruere uidetur

pag. 19, 2. 3. 12 neque plura neque certiora quam olim legere potui

pag. 19, 6 in fine ee etob lectio certa est

pag. 19, 8 lectio certa est

pag. 19, 21 ultimam litteram c non q fuisse paene constat

pag. 20, 1—3 lege:

1 Siperegrinuscruxoremdixeritanexs·cbpro

2 ×arepossitquesitume____________________

3 cupquisipsedecepimalicroma______________

2 proxima post quesitume littera uix uidetur s fuisse. 3 litterae 17ª et 18ª incertissimae sunt

pag. 20, 11 e·ex·clea lectio certa est

pag. 20, 20 contrahiettunc lectio certa est

pag. 20, 21 in fine lege patriserit·itaq.siciuifro littera ab exitu undecima incerta est; attamen multo probabilius est itaq. quam it·q. in codice fuisse

pag. 21, 4 duae ultimae ex eis litteris, quas olim descripsi, incertissimae sunt; constat post que nullo modo si conubium n(on) sit q(ui) extitisse

pag. 21, 5. 6 lege:

5 nasciturperegrinumeelegeminiciacau ____

6 eutsiisqdem ______________ parentis etc.

5 litterae quattuordecim ultimae incertissimae sunt; in fine post cau uix tum, aliquanto tolerabilior etur lectio uidetur. 5 post minicia nullo modo uenit extitit. 6 litterarum secundae et tertiae lectio fere certa est. 6 litterae undecimae lectio incertissima est. 6 ante parentis non uidetur iubent(ur) deterioris extitisse

pag. 21, 7. 8 lege:

7 ead·leg·nexdiuersocauet ______ siperegrinx

8 qeiconubiumnsituxoremdux __________ peregri

7 litterae septimae lectio incertissima est. 8 spatium inter dux et per sufficit e. g. ad eritcr litteras capessendas

pag. 21, 9 nascat's'hoc lectio certa est

pag. 21, 10. 11 lege:

10 sarialexminicianamremotaealegediuersa __

11 condicionemsequideb ______________ exeisquosn

10 in fine ueluti diuersam uel diuersā fuisse potest

pag. 21, 16 post ut non si extitit sed aut exa aut simile aliquid

pag. 28, 23 littera ab exitu septima c̄ est

pag. 28, 24 littera ab exitu 11a r' est

pag. 35, 2—4 lege:

2 olimqq.quotemporepprinlatinasregionesco
3 loniasdeducebatquiusuparentisincol.lati
4 namnomendedissentdesinebantinpot××

2 lectio certa est. 3 litterarum 17ae et 18ae lectio fere certa est, nec uidetur IN pro UI legi posse. 4 spatium post desine-bantin sufficit ad POT·PA litteras ita capessendas, ut PA litterae imminutae fuerint

pag. 35, 12 in fine scribendum est XII·T·TANTum

pag. 35, 13 inter TRIB et MANCIPATIONIB paululum uacui spatii relinquendum erat

pag. 35, 14. 15 lege:

14 uerbissipat filiumuenumdu××apatrefiliur
15 liberesto××××eres[ita]a[gi]tur etc.

14 non recte rettuli in *C*a de codicis lectione. 15 spatium inter esto et eres optime expleatur litteris eaqu

pag. 35, 19—23 lege:

19 ciparisq·eump'teasimilifuindictamittiteo
20 factorupsusinpotestatempatrisfuerireuer
21 titurtertiopatereummancipatueleidemuel
22 alisethocinusue uteidemancip——————ma[n]
23 cipatione(××csinio)np(cic××)atepatrises(s×l)e×iam

dele ea quae olim ad uersum 23 adnotauimus.

pag. 36, 1—12 lege:

1 siue————————————————————————
2 ————————————————————al×commissis————
3 ————————————————————————sno————
4 ————————————————————————————
5 ————————————————————————————
6 ——————————————————patronoinbonislib————
7 ——————————————————iuscommo————
8 ————————————————————————————
9 ————————————————————————————

10 ______________________________

11 mancipationeexeuntdepatrispote ______________

12 ______________ mmissaefuerints ______________

1 hic uersus nullo modo ab duret incipiebat, nec magis apud eum cui mancipatus est uerba in hoc uersu uidentur extare potuisse. 1 tertia littera uix T fuit. 2 pro CO litteris incertissimis de unico m non uidetur cogitari posse

In posteriore paginae 36 parte eorum, quae in Dig. 1, 7, 28 et in Inst. 1, 12, 7 tradita sunt, nullum uestigium in codice apparuit

pag. 28, 8 ne nunc quidem quicquam dispicere potui

pag. 46, 12 in fine liuerif potius quam liberti in codice uidetur fuisse, quamquam duae ultimae litterulae a ti litterarum forma haud longe recedunt

pag. 46, 13 initium nunc legi nequit

pag. 47, 11 et 48, 3 lectio certa est

pag. 48, 13 in fine inpubessit·lib·tae extitisse ueri est simillimum

pag. 48, 22 in fine lege amittet

pag. 49, 11 septima littera nullo modo e fuit, ac ne i quidem uidetur fuisse

pag. 51, 4 certo constat in fine post ei numquam f scriptum fuisse

pag. 51, 23 extremarum litterarum lectio certa est

pag. 52, 16 post masculi extitisse autemc ueri est simillimum; sane constat pro autem non ueroc scriptum fuisse

pag. 52, 17 ante sabinus potest uberemautem in codice fuisse, non potest uberemuero

pag. 55, 21 exitum ne nunc quidem legere potui

pag. 56, 8 littera dubia, quam olim m fuisse conieci, potest etiam o fuisse

pag. 56, 12 autemq lectio certa est

pag. 56, 14 in fine lege uniuersitatis

pag. 56, 15 in fine lege singulorumho

pag. 56, 16 initio lege min__________quaedam etc. spatium inter min et q sufficit ad umsunt litteras capessendas

pag. 56, 20 quaeiure, non q̄·iniure scriptum erat

pag. 56, 23 res litterae uix apte ad interuallum quadrant, quod est inter pcipiunt et corporales

pag. 56, 23 in fine post corporales uidetur fere set extare potuisse, at uersum 56, 24 non ab id sed ab et incepisse constat

pag. 56, 24 in fine lege obligationenouisdebe______ spatium post debe sufficit e. g. ad turid litteras capessendas, quamquam nihil certo legi potest

pag. 58, 6 initio lege nerint

pag. 58, 6 inter solent et ferae (cuius prima littera nunc non apparuit) it [id est it(em)] quam at extitisse paululo probabilius est

pag. 58, 10 in fine lege namnenoo litterae ab exitu quartae lectio incertissima est; certe neque notio neque noy neque notitia neque nullum ibi extitit

pag. 58, 24 in fine lege dominussimmineao pro sexta ab exitu littera neque de ic neque de io cogitari uidetur posse

pag. 60, 8 lege:

8 exformulaquahiqui____________

pro 13a et 14a litteris non uidetur de unico m cogitari posse

pag. 60, 12 lege:

12 itemadhuci____________

quod enim olim post adhuci legere mihi uisus sum N nunc ueri dissimile uisum est in codice extitisse

pag. 65, 10 in fine lege: IDITALe

pag. 66, 3 littera 13ª T non I fuit

pag. 66, 7 ultima littera ſ est

pag. 69, 23 initio lege CEM(CCP etc.

pag. 69, 24 initio proximum post S spatium nullo modo TR litterae occuparunt

Adnotatio ad pag. 70 haec esse debebat:
Pagina interior facile legitur. 4 littera 11ª N non U fuit. 20 in fine nihil amplius scriptum fuit

pag. 73, 15 post 11am litteram nec SINETUTORISAUCTORITATE nec SEDDOMINUSMANET nec S'DOMINUSMANET nec STAPECUNIAM exaratum fuit, haec tamen lectio interuallo, non ductibus satisfaciat

pag. 73, 21 initio lege:
×× QU ×× MUTUOS etc. (os supra scriptum)
initio ante QU uel SI uel DI uel M uel simile aliquid extitit

pag. 73, 21 (post ACCIPIT) potest e. g. in CONSUMPTI exiisse

pag. 73, 22 initio ante ACTIONE spatium apte sufficit e. g. ad SALIQUA litteras capessendas

pag. 76, 23 exitus nunc obscurissimus est; aliquotiens fere ANPS (e supra scriptum) __________ conspicere mihi uisus sum, sed omnia incerta sunt

pag. 81, 10 lege:
XXX ANNO ____________________

pag. 81, 19 med. litterae RES certae sunt

pag. 86, 1 initio lege: DET'TITIUSFILIUS etc.

pag. 86, 3 littera sexta non P sed P est

pag. 86, 4 lege:
4 TISINTERCETEROSEXHDANT'IDEHIS ××× B (uer supra scriptum) __________

pag. 86, 5 initio ante OMNE aut IS aut simile aliquid extitisse uidetur

pag. 86, 5 spatium post SUNTO apte sufficit ad queue litteras capessendas

pag. 87, 21 in fine lege ee mihiu____

pag. 88, 16 initio lege quipotumpatris etc. litterae secunda et tertia UI non IN fuerunt

pag. 92, 1 in fine lege psuntNecul

pag. 92, 2. 3 lege:

2 lumiusaduersuseoshabentcognati____leqi

3 timoiuredeficiunturaliqo________________pra

2 spatium inter COGNATI et leqi apte sufficit ad qui litteras capessendas. 3 Goeschen post aliqo exitum talem dederat: IACICxIAxIIxCIAI Mihi inter aliqo et pra uisae sunt e. g. hae litterae extare potuisse TAMENSICUTSU, quamquam omnia incerta sunt

pag. 92, 4 in fine lege quo(qxxc)p(coIxxx)

pag. 92, 5 lege:

5 potior scribitihabenturu____siideo(NxIIIIxxx)

inter U et SI uidetur e. g. UTI extare potuisse. in fine post IDEO e. g. NIURE lectio cum incertis umbris uisa est consociari posse

pag. 92, 8 lege:

8 cadonatipetanthereditr(xII)____rem____________

certo constat sub initium huius uersus INTESTATO non extitisse

pag. 92, 16 lege:

16 ritest·qp'teatestatoridnoiueritualereufque

pag. 92, 18 lege:

18 IC·ualeatquinetiamsideleberitqqaybuisp____

litterae 35ª et 36ª IS magis quam fe fuisse uidentur. in fine post p

uidetur fere le___ uel le___ extitisse; hae autem litterae possunt e. g. rit litterulis exceptae fuisse

pag. 92, 19 de litteris NIDEOMINUS recte rettuli; harum tertia et quarta non possunt hil fuisse

pag. 92, 19 in fine post uAlere ueri non est dissimile aliquot litteras uelut quAe olim extitisse

pag. 92, 20 lege:

20 IBIFUERUNTSCRIPTALICETEORUMPBATIODIFF______

in fine post DIFF potest e. g. icilir scriptum fuisse

pag. 92, 21 initio lege SITQUIDEROOESI

pag. 95, 13 med. lege ADEUNDA·SED

pag. 95, 20 med. lege PR̄·

pag. 109, 3 ultima littera R· est

pag. 128, 9 PROGENERATI non PROCREATI scriptum est

pag. 132, 9 TUTUM lectio certa est

pag. 132, 11 seqq. nunc nihil dignosci potest

pag. 133, 1—12 lege:

1 ______________________________ CNESI ______

2 ______________________________________

3 ______________________________________

4 ______________________________________

5 ______________________________________

6 ______________________________________

7 ______________________________________

8 S______________________________ N ______

9 ______________________________ NAM ______

10 ______________________________________

11 ______________________________ ED ______

12 ______________________________ TASNONPTINE

8 ea quae Bluhme in hoc uersu legere sibi uisus est, ad litterarum umbras non quadrant. 9 post NAM probabile non est q extitisse. 12 in fine nihil amplius scriptum erat

pag. 133, 22—24 lege:

22 mag ______________________________

23 quirec ______________________________

24 datse ______________________________

23 ea, quae Bluhme in hoc uersu legere sibi uisus est, ad litterarum umbras non quadrant

pag. 136, 15 pro perinde lege proinde

pag. 136, 15 in fine post acri nihil amplius extitisse uidetur; quamquam negari nequit fieri potuisse ut praeterea is litterulae ibi extarent

pag. 137, 4 lege:

4 eifa×××snoneratetintestatalib·tamoriebat

ultima littera aut T aut T' fuit

pag. 137, 5—7 lege:

5 ad ______________________________

6 tinebatnecenimullusolim ______________________________

7 possitpatronumabonislib ______________________________ e

dele adnotationem, quam in C^a uersui 6 subscripsi. 6 litterae 20ª 21ª 22ª incertissimae sunt. littera 20ª non h fuit. 7 littera quinta l non e fuit. spatium inter lib et e aliquanto maius est quam quod ertaeinuitumr litteris expleatur

pag. 137, 13—16 lege:

13 rehabueritui ri lispars patronodebeature r

14 qoexboniseiusquaeomnia ______ dorinco lu × ir

15 ue × rospeli(nli××cpi ‖‖‖ ouiiiii ‖‖‖ o ______ ip×iqu)

16 apossid ______________________________ um××

14 littera 18ª O non C fuit. 14 spatium inter tertiam et secundam ab exitu litteram sufficere uidetur ad m litterulam e. g. capessendam. 14 in fine nullo modo pluris extitit. 15 primam litteram R fuisse minus ueri simile est. 15 tertiam litteram T fuisse minus ueri simile est. 15 ante ( ) pro li litteris incertissimis Goeschen B legerat. 15 nullo modo ab uereliquerit incepit. 16 nullo modo ab dimidia incepit. 16 non uidetur in tota exiisse

pag. 139, 23 in fine ne nunc quidem certi quicquam legi potuit

pag. 140, 23 ab iascil·ne incepisse ueri non est dissimile

pag. 152, 8 in adnotatione (pro 9) lege: 8

pag. 153, 14. 15 lege:

14 sidebitoremulierisiussueiusdum ———— d —

15 dotidicatquoddebetaliusat·obliga xxxx modo

14 littera 28a u non e fuit. 14 in fine nullo modo debitum-suumsponso extitit. 15 spatium ante modo paulo aptius ad rieo quam ad rih' e. g. sufficere uidetur

pag. 153, 19—24 lege:

19 titu x itemunoloquente ————

20 ———— sc ———— f ————

21 ————————————

22 ————————————

23 sihaecsoloc̄·sexquaiureiurandocontrahit

24 obligatiosaneexalianullac·iureiurandohominer

23 littera decima non a fuit. 23 littera duodecima non e fuit

pag. 157, 6 in fine lege quemuulgoadrti

pag. 157, 18 littera ab exitu 12a c esse debebat

pag. 167, 5 lege facer$\overset{c}{e}$et

Ceterum totius paginae 167 lectio certissima est

pag. 168, 24 in fine lege haecq̊q̄

pag. 169, 1 med. lege loqmuridēqconsensu etc., quamquam harum litterarum septima et octaua incertissimae sunt

ad pag. 169, 16 haec adnotanda erant: litterae 1a et 2a ut, 4a et 5a em fuisse possunt.

pag. 169 in adnotationis uersu ultimo lege: 13a t, non t' fuit

pag. 171, 15 littera ab exitu tertia t ex r a prima manu effecta est

pag. 172, 21 dele typographi sordes supra litteram octauam

pag. 177, 5 littera 15a t non t' fuit

pag. 180, 19 in fine lege herexTeTN (s s supra) etc. sextam harum litterarum T quam S fuisse paulo probabilius uidetur

pag. 191, 7 nunc nihil noui dignoscere potui

pag. 191, 10 initio lege falsi[a]cq(××III)aTq (e g supra) etc.
ad hunc uersum haec adnotanda sunt: 10 init. falsi lectio certissima est; pro [ ] Goeschen I; pro ( ) Bluhme modo aciII (c supra), modo mIn (x supra), modo mIuN (x supra) 10 constat hunc uersum neque ab falsi sacramenti causa neque ab falsidicis incepisse

pag. 195, 3 initio lege B⁝ ________ dicere etc.

pag. 212, 5. 6 lege:

5 mandatidepositifiduciaepsociotutelaeruae (p supra)

6 datidepositifiduciaepsociotutelaepu aeliuere (r supra)

pag. 212, 8 lege:

8 NisrationemhaBereN'NapTaeformulaeueBit

dele adnotationes in C^a a me olim huic uersui subscriptas

Illa folia, quae in C^a his paginarum numeris insignita sunt: 239. 240 et 249. 250, nunc manu Caroli Giuliarii bibliothecae capitularis Veronensis praefecti his numeris inscripta sunt:

pagina Gaiana	239	= fol. 93^r	(non = fol. 92^r)
» »	240	= fol. 93^u	(non = fol. 92^u)
» »	249	= fol. 92^r	(non = fol. 93^r)
» »	250	= fol. 92^u	(non = fol. 93^u).

Propter hanc numerorum confusionem de condicione paginarum 239 et 250 in C^a non recte rettuli. Itaque prima adnotatio paginae 239 haec potius esse debet:

Pagina exterior propter remedia Bluhmiana difficillime legitur.

Contra prima adnotatio paginae 250 haec potius esse debet:

Pagina exterior propter litterarum pallorem difficulter legitur.

pag. 239, 14 initio lege:

14 NCNP×××de×N××quocumquia (t a c e e supra) etc.

**

dele adnotationes a me in C^a huic uersui subscriptas. inter quartam litteram et DE potest e. g. PSI scriptum fuisse. spatium inter N et QUO sufficit ad duas litteras ueluti IO (superscr. s s / t a), uix ad ITA litteras capessendas; nonnumquam supra proximam ante QUO litteram linea, qua compendium significari solet, extare uidebatur, cuius tamen lineae species fortasse fallax est. spatium inter DE et CUMQUIA non uidetur litteris RALTERO expletum fuisse

pag. 240, 23 med. lege PERICULONQUE etc.

pag. 241, 10 in fine post RECTE nihil amplius extitisse multo probabilius est quam PO litterulas secutas esse

pag. 241, 11. 12 lege:

11 TIUSENUTMODESTIOREUIALITIGIETARBITR'QUIRQ·
12 PETITQQUIACONFITET'

pag. 246, 3 lege:

3 QUORUNB____________ASHAECEUTQCETERA etc.

littera septima non U fuit. inter B et AS potest e. g. scriptum fuisse ISETPOTEST

pag. 246, 6—8 lege:

6 NFACITSPONSIONISUEIUDICIANACCIPIATSIUEP'SIDEAT
7 SIRESTITUATADUERSARIOPOSSESSIONIS_____P'SID____
8 ANTUIM||||P'SIDENTINFACIAT etc.

7 duae primae litterae SI magis quam ET uidentur fuisse. 7 sub finem umbrae inter S et P' non nimis bene ad IUEN litteras quadrant, quamquam omnia incerta sunt

pag. 248, 20 spatium inter PARTIS et ADUSUS uidetur fere paulo aptius ad PTQ quam ad PTQQ litteras capessendas sufficere, quamquam omnia nunc incerta sunt

pag. 249 (= fol. 92r), 6 litterae 20a et 21a AO esse debebant

pag. 249, 13 littera sexta N est

pag. 249, 16 litterae 29a et 30a UD esse debebant

pag. 249 dele adnotationem in C^a a me uersui 15 subiectam; nam qu litterularum species certe fallax uidetur fuisse; ala lectio certa est

pag. 250 (= fol. 92ᵘ), 1—20 lege:

Mdamnat'actoRsiuincereN̄potueritquiāt·restip
onispoeN̄patit'eineq̄calumniaeiud̄umopponit'neq
iurisiurandireligioniiungit'N̄7trariumiūdumex
hiscausislocumnonhaberepalamē
Quibusdamiudiciisdamnatiignominiosifiuntuū
furtiu·b·r·iniuriar'itempsociofiduciāetutelaeō
datidepositisfurtiā·u·r·ā·iniuriār n̄ solumdamna
tinotant'ignominiasetiampactiitiN̄edictoppr·ris
scriptumē·etrecteplurimumen ꝑeutr'exdelicto
aliquisanexcontractudeuitorsitnāmullaparte
edictiidipsumnominatimexprimit'utaliquisigno
miniosusēēt·s × × × qphibetetpaliōptulare × × × × qN×
tordareꝑcuremuehabereit·curatoriōā·cogn××
rionōm·iudicioꝑuenireignominiosūsēē ———
Insummasciendumēeumqc'aliq?sisterereuelitoppor
tereeteumquocatusēsinonuenieritpoenamex
dictoppr·riscommitterequasdamtmꝑsonassiue
ꝓmissuptorisiniusuocareN̄licetuūparentespa
tronaspatronositliberosetparentespatronipatro
naeueetineamqādususeaegeritpoenaconstituit

Pagina exterior propter litterarum pallorem difficulter legitur. 1 in fine nihil amplius scriptum erat. 11 ante igno nullo modo pactus scriptum erat. 12 inter s et qphib spatium apte sufficit ad cl· uel 'et uel 'ea uel 'eo uel similes quasdam

litteras capessendas. 12 ALIO quam ALIIS extitisse multo probabilius est. 12 spatium ante QN sufficere uidetur e. g. ad ETCO litteras capessendas. 12 in fine post QN utrum I extiterit necne, dici nequit. 13 litterarum 32ae et 33ae lectio incertissima est; 33a non uidetur Ū fuisse. 14 post EE uix amplius quicquam scriptum erat. 17 littera paenultima non N fuit. 19 pro litteris 15a et 16a nullo modo unicum Q extitit. 20 in fine prorsus dissimile ueri est CONſTITUTAĒ extitisse

pag. 250, 22 in fine lege FACIENDUMEIE·UT

pag. 250, 23 initio lege PMITTAT etc.

pag. 250, 24 in fine lege SATIſDATION neque enim quicquam amplius post ultimum N, ac ne e quidem ibi uidetur extitisse

pag. 251, 6 (non 251, 10, ut typographus in *C*a pag. XXXII dedit) tertia ab exitu littera N fuisse uidetur

in adnotatione ad pag. 251, 13 priore lege littera 25a pro littera 27a

Praeterea in indice notarum in eis laterculis, qui notas ad Gaium pertinentes continent, haec corrigenda sunt:

pag. 256 *dele uersum* 23

pag. 257 *dele uersus* 8 *et* 9

ibidem uersum 13 *lege hoc modo:* »*uel* A̅S̅ (13, 6; 21, 23) *uel* AS· (146, 22) *uel* A S (9, 22;«

ibidem uers. 25 *pro* 159, 4 *lege* 159, 9

pag. 258 *dele uersum* 4

ibidem uers. 10 *in fine pro* U·BR· *lege* U·B·R·

pag. 259 *uers.* 3 *lege* bonorum possessorum 148, 12

ibidem uers. 15. 16 *dele haec:* CAUTEM *pro* causa 126, 12;

ibidem post uersum 21 *adde:* »B *pro* C̅ (*i. e.* causam) 20, 1«

pag. 261 *uers.* 4 *dele signa interrogationis*

ibidem uers. 20 (*post* 19, 2;) *adde:* »CIUISR = ciuis Romanus 8, 4;«

ibidem uers. 21 *lege* »CIUISROM· (8, 1; *similiter* 9, 8)«

ibidem uers. 34 *pro* R̄ *lege* R'

pag. 262 *uers.* 17 *lege:* »-cuius (*conf. etiam* 244, 3) *fere in solo libro quarto; semel in libro primo* CUI = cuius 9, 16; *conf.*«

pag. 263 *post uersum* 9 *adde:* »*inde* DIUIHADRIANI *pro* diuus Hadrianus 14, 24—15, 1«

ibidem post uersum 10 *adde:* »*inde fortasse* DIXI *pro* diximus 25, 12; 174, 16«

ibidem post uersum 14 *adde:* »*inde* eiusdum *pro* eiusdem 153, 14«

pag. 264 *uers.* 14 *ante* »212, 14« *adde* »208, 1;«

pag. 265 *uers.* 30 *ante* deuent' *adde:* »morientur 9, 14 *pro* morietur,«

ibidem uers. 35 *adde* », p'sid(e)ant 246, 8 *pro* possideat«

pag. 267 *uers.* 6 *ante* 250, 9 *adde* »249, 13;«

ibidem dele uersum 7

pag. 268 *uers.* 31 *adde:* »; filio *falso pro* filii 201, 20«

pag. 269 *uersus* 2 *et* 3 *lege:* fuf·can· = Fufia Caninia (*praecedit* legis *pro* lege) 39, 11

pag. 270 *post uersum* 41 *adde:* »*inde* hadriani *pro* Hadrianus 14, 24—15, 1«

pag. 271 *uers.* 17 *dele uerba* »iiungit' 250, 3 *pro* iniungitur,«

ibidem uers. 21 *pro* 73, 15 *lege* »73, 5«

ibidem uers. 28 *pro* intenden- *lege* »inten-«

ibidem uers. 34—35 *lege*: »16; 250, 9; 226, 24 [*pro* interesse]) = interest; *etc.*«

pag. 272 *uers.* 1 *pro* 97, 4 *lege* »97, 14«

ibidem uers. 3 *post* interempto *adde* »(??)«

ibidem uers. 8 *pro* 56, 22 *lege* »59, 22«

ibidem uersum 20 *lege hoc modo:* »le. (251, 2) *uel* le· (250, 22) *uel* le (222, 20; 250, 24)«

ibidem ante uers. 29 *adde:* »iurisiurandum *pro* iusiurandum 248, 9;«

pag. 273 *uers.* 36—39 *lege:* »17) *uel* iud (249, 14. 22; 250, 2) *uel* iud (249, 16) *uel* iud (161, 9) *uel* iud. (241, 23; 248, 19) *uel* iud (250, 3) *uel* iud· (249, 8) [*uel* iud (228, 3; 245, 1. 16; 248, 22. 24) *uel* iud (245, 18) = iudici- *i. e.*«

pag. 274 *uers.* 34 *ante* »*falso*« *adde:* »*uel* qdi«

pag. 275 *uers.* 32 *post* lege *adde* »11, 20??;«

pag. 276 *uers.* 2 *ante* legum *adde:* »legis 39, 11 *pro* lege,«

ibidem uers. 16 *adde:* »*et* lib· = liber *in subscriptione* 187«

ibidem uers. 23 *pro* 95, 2 *lege* »95, 10«

ibidem dele uersum 31

pag. 277 *uers.* 27—28 *dele uerba inde ab* qm

pag. 279 *uers.* 4 *post* 9, 4 *adde* »; 9, 8«

ibidem post uersum 15 *adde:* »cum *falso pro* mm = manumissionem *scriptum esse uisum est* 9, 9«

ibidem uers. 36. 37 *pro* »*semel in libro quarto:* 190, 5« *lege:* »*bis in libro quarto:* 190, 5 *et* 251, 6 (*hoc loco pro* non)«

pag. 280 *uers.* 17 (*post* 248, 15;) *adde* »250, 2;«

ibidem uers. 19 *lege* »*inde* $\grave{\text{N}}$que =«
ibidem uers. 22 (*post* 240, 12;) *adde* »250, 3;«
ibidem uers. 24. 25 *dele omnia inde ab* ITEM
ibidem uers. 36 *adde:* »; *conf. etiam* $\overset{c}{\text{N}}$ = nunc«
pag. 281 *uers.* 23 *pro* 212, 15 *lege* »212, 8. 15«
pag. 282 *uers.* 8 *lege:* »NUPAPE = nuncupare 82, 21«
ibidem dele uersus 11 *et* 16
ibidem post uersum 10 *adde* »$\overset{c}{\text{N}}$' *pro* nec 15, 2 (*i. e.* nec *ex* nunc *correctum* ?)« *et adde deinceps* »$\overline{\text{NA}}$ = ?? 9, 14«
ibidem uers. 33—34 *dele uerba inde ab* »*fortasse*«
pag. 284 *post uersum* 12 *adde:* »inde APTEM *pro* aperte 186, 8«
ibidem dele uersum 16
pag. 285 *dele uersus* 1 *et* 2 *et* 22
ibidem uers. 19 *ante* 200, 18 *adde:* »20, 3;«
pag. 286 *uers.* 25. 26 *pro* »*uno tantum loco* (136, 15)« *lege:* »*nusquam*«
ibidem uers. 29 *ante* 141, 5 *adde* »136, 15;«
ibidem uers. 40 *lege* $\overline{\text{PCUREM}}$
pag. 287 *uers.* 23 *lege* »= PVBLIVS MEVIVS« *deletis uncinis*
ibidem uers. 37 *ante* 37, 2 *adde* »35, 4?;«
pag. 288 *uers.* 33 *lege* »*inde* $\overline{\text{PR}}$·RIS (250, 17) *uel* $\overline{\text{PR}}$·RIS (250, 8) *uel* $\overline{\text{PRR}}$IS (228, 24) *uel* $\overline{\text{PRR}}$IS (236, 9) = praetoris;«
pag. 289 *uers.* 19 *lege:* »$\overline{\text{PUCIS}}$ (2, 12) [*uel* $\overline{\text{PUCIS}}$ (2, 17)] = prouinciis«
pag. 290 *uers.* 18 *dele numeros* 230, 7
ibidem post uersum 24 *adde:* »$\overset{o}{\text{q}}$ *pro* -que 185, 5«
pag. 291 *uers.* 30. 31 *dele* $\overline{\text{q}}$· *usque ad* »18, 6; *item*«
pag. 293 *uers.* 8 *adde:* »; conf. etiam 28, 9«
ibidem dele uersus 23. 24. 37
ibidem uers. 25 *post* 18, 14 *adde:* »; 168, 24«
ibidem uers. 33 *post* quo *adde* »34, 13; 68, 10«
ibidem post uersum ultimum adde: »q: *pro* quoquo 22, 9«
pag. 294 *uers.* 10 *pro* 92, 6 *lege* »92, 6. 16«
pag. 295 *uers.* 4 (*post* 6, 12;) *adde* »9, 16;«
ibidem uers. 21 *dele* »; $\overline{\text{q}}$ *pro* quod 218, 9«
pag. 296 *post uersum* 4 *adde:* »$\overline{\text{q}}$ *falso pro* quia 218, 9«
ibidem uers. 30 (*ante* 58, 11) *adde* »9, 10;«
ibidem post uersum 38 *adde:* »qo = -quando 92, 3«
pag. 297 *uers.* 17 *pro* 52, 22 *lege* »55, 22«
ibidem uers. 21 *post* 178, 9 *adde* »(??)«
ibidem uers. 32 *dele* »31, 4 *et*«

pag. 298 *uers.* 8 *post* 230, 22 *adde* »; 250, 13«
ibidem uers. 9 *pro* 109, 25 *lege* »109, 5«
ibidem uers. 24 *adde*: »; RSTITUERE 241, 5«
pag. 299 *in fine adde:* »R UXE = rei uxoriae 212, 5. 6 *conf.* R·U· re uxoria *T*«
pag. 300 *uers.* 10 *ante* 11, 15 *adde* »9, 12;«
pag. 301 *uers.* 3 *dele* »*et* 178, 4?«
ibidem uers. 4 *post* 103, 7 *adde* »*et* 79, 28«
ibidem post uersum 6 *adde:* »S *falso pro* est 153, 23«
ibidem uers. 29 *ante* FAMILIAS *adde:* »P'SI *falso pro* possunt 162, 9«
pag. 302 *uers.* 2 *post* SC· *adde* »*uel* S·C (20, 1)«
pag. 303 *uers.* 34 *adde* »; 250, 1—2 (REĪTIP|ONIS)«
pag. 304 *uersum* 2 *ita lege:* Ē (*i. e.* stipulatus est)
ibidem uers. 19 *lege:* »Ṫ· = -ten- 2, 1 (HORṪ·SIA); *fuerit* HORT·SIA«
pag. 306 *uers.* 8 *dele* »28, 14;«
ibidem uers. 11 (*ante* 179, 2) *adde* »177, 5;«
ibidem uers. 20 *pro* »17. 18« *lege* »17—18«
ibidem uers. 31. 32 *dele omnia post* committitur
ibidem uers. 39 *dele omnia post* itur;;
pag. 307 *dele uersum* 1 *et uersum* 6
pag. 309 *uers.* 1 *adde:* »*et* TOT *pro* testamento 9, 8«
pag. 310 *uers.* 6 *lege* PŪCIS
ibidem uers. 36 *initio lege* U·B·R· (250, 6)
pag. 311 *uers.* 1 *lege:* »U·R· *falso pro* U·B·R· 250, 7«
ibidem uers. 27 *post* 59, 12 *adde* »(??)«
ibidem dele uersum 30
pag. 312 *uers.* 8 *pro* 221, 14 *lege* »228, 18«
pag. 314 *uers.* 35 (*ante* certae) *adde:* »apertae 212, 8;«
pag. 315 *uers.* 21 *post* 246, 3 *dele signum interrogationis*
pag. 317 *uers.* 25 *post* querere etc. *adde* »20, 2;«
pag. 319 *uers.* 30 *post* possit *adde* »126, 15;«
ibidem uers. 32 *ante* »*et* 104, 17« *adde:* »*et* 250, 16 (uen*i*erit [*pro* uenerit])«
pag. 320 *uers.* 36. 37 *dele omnia post* »160, 8—9«
pag. 323 *uers.* 42 *pro* 59, 9 *lege* »57, 9«
pag. 324 *uers.* 32 *ante* 86, 13—14 *adde* »46, 12;«
ibidem uers. 33 (*post* 204, 2;) *adde* »212, 6«
ibidem uers. 35 *ante* 101, 13 *adde* »56, 24;«

CORRIGENDA ET ADDENDA

IN HAC EDITIONE.

pag. 4 *in apparatu critico ad uers.* 20 *lege* resscripto C^{n}
- 8 *in contextu uers.* 14 *lege* probauerit
- 11 *in contextu uers.* 16 *lege* manumittere
- 57 *in apparatu critico uers.* 1 *pro* »Ins.« *lege* »Inst.«
- 115 *in contextu uers.* 20—21 *diuide* libe-rasset
- 127 *in apparatu critico ad uers.* 24 *lege* r̄ d̄iminutione *C*
- 135 *in apparatu critico ad uers.* 7 *lege* autferatur *C*
- 161 *in apparatu critico ad uers.* 18 *lege* causis *Savigny*
- 185 *in apparatu critico ad uers.* 14 *lege* ȧpa *uel* āpa *C*

GAI

INSTITVTIONVM

COMMENTARII QVATTVOR

INDEX

PRAECIPVARVM NOTARVM QVIBVS VSI SVMVS

C = codex Veronensis rescriptus

C^1 = eiusdem codicis manus prima

C^2 = eiusdem codicis corrector primae manui fere coaeuus

C^n = idem codex in eis locis, ubi notis sollemnibus compluribus uel singulis usi sunt librarii

C^a = codicis Veronensis apographum Studemundianum (anno 1874 publici iuris factum)

C^{as} = supplementa ad codicis Veronensis apographum Studemundianum anno 1878 et 1883 a Studemundo Veronae collecta et huic editioni praemissa

⟨ ⟩ his uncinis quae circumscripta sunt, a *C* absunt lacunae signo nullo relicto

[ ] his uncinis quae circumscripta sunt, tradita quidem sunt in *C*, sed abesse debebant

Coll. = Collatio legum Mosaicarum et Romanarum

Dig. = Digesta Iustiniani

Inst. = Institutiones Iustiniani.

Alia uide in praefatione.

⟨*COMMENTARIVS PRIMVS.*⟩

§ 1 [I. DE IVRE CIVILI ET NATVRALI.] *Omnes populi qui legibus et moribus reguntur, partim suo proprio, partim communi omnium hominum iure utuntur; nam quod quis*|que populus ipse sibi ius constituit, id ipsius proprium est uocaturque ius ciuile, quasi ius proprium ciuitatis; quod uero naturalis ratio inter omnes homines constituit, id apud omnes populos peraeque custoditur uocaturque ius gentium, quasi quo iure omnes gentes utuntur. populus itaque Romanus partim suo proprio, partim communi omnium hominum iure utit*ur*. quae singula qualia sint, suis locis proponemus. Cod. Ver. pag. 1

2 Constant autem iura populi Romani ex legibus, plebiscitis, senatusconsultis, constitutionibus principum, edictis eorum qui ius edicendi habent, responsis prudentium.

3 Lex est quod populus iubet atque constituit. Plebiscitum est quod plebs iubet atque constituit. plebs autem a populo eo distat, quod populi appellatione uniuersi ciues significantur, connumeratis et*iam* patriciis; plebis autem appellatione sine patriciis ceteri ciues significantur; unde olim patricii dicebant plebiscitis se non teneri, qu*ia* sine auctoritat*e* eorum facta essent; sed postea || lex Hortensia lata est, qua cautum est ut plebiscita uniuersum populum pag. 2

§ 1 usque ad 8 *utuntur* = Dig. 1, 1, 9; § 1 = Inst. 1, 2, 1 || § 3 inde ab 16 *plebs autem* usque ad 4, 3 *significantur* conf. Inst. 1, 2, 4.

1 *rubricam addidit* C^2, *conf.* C^{as} || 1—3 Omnes—quod quis| *suppleuit Goeschen ex Dig. et Inst., quamuis tribus uersibus in C explendis haec uerba uix sufficiant; conf.* C^a || 4 proprium *C*, proprium ciuitatis *Dig. Inst.* || 5 ciuitatis *C*, ipsius ciuitatis *Dig. Inst.* || 7 populos *C Inst.*, *om. Dig.* || 8 populus *C*, et populus *Inst.* || 10 utitur] *conf.* C^a *pag. 306* || sint *C*, sunt *Inst.* || 18 etiam *Inst.*, et? *C*, *conf.* C^a *pag. 267 uers. 10* || 20 quia] *conf.* C^a *pag. 293* || 21 auctoritatem *C*.

4 tenerent; itaque eo modo legibus exaequata sunt. Sena-
tusconsultum est quod senatus iubet atque constituit, id-
5 que legis uicem optinet, quamuis fuerit quaesitum. Con-
*s*titutio principis est quod imperator decreto uel edicto
uel epistula constituit. nec umquam dubitatum est, quin
id legis uicem optineat, cum ipse imperator per legem
6 imperium accipiat. ⟨——————————————
——————⟩. ius autem edicendi habent magistratus
populi Romani; sed amplissimum ius est in edictis duorum
praetorum, urbani et peregrini, quorum in prouinc*i*is iuris-
dictionem praesides earum habent; item in *e*dictis aedi-
lium curulium, quorum iurisdictionem in prouinc*i*is populi
Romani quaestores habent; nam in prouincias Caesaris
omnino quaestores non mittuntur, et ob id hoc edictum
7 in his prouinc*i*is non proponitur. Responsa prudentium
sunt sententiae et opiniones eorum quibus permissum est
iura condere. quorum omnium si in unum sententiae con-
curr*u*nt, id quod ita sentiunt, legis uicem optinet; si uero
dissentiunt, iudici licet quam ue*l*it sententiam *s*equi; id-
que r*e*scripto diui Hadriani signific*a*tur.
8 [II. DE IVRIS DIVISIONE.] Omne autem ius quo utimur,
uel ad personas pertinet uel || ad res uel ad actiones. *et* pag. 3
prius uideamus de personis.
9 [III. DE CONDICIONE HOMINVM.] Et quidem summa di-
uisio de iure personarum haec est, quod omnes homines
10 aut liberi sunt aut serui. Rursus liberorum hominum al*i*i
11 ingenui sunt, al*i*i libertini. Ingenui sunt qui liberi nati
sunt; libertini, qui ex iusta seruitute manumissi sunt.

---

§ 4 usque ad 2 *constituit* = Inst. 1, 2, 5 || § 7 usque ad 17 *condere* = Inst. 1, 2, 8 || § 8 usque ad 22 *actiones* = Dig. 1, 5, 1; § 8 = Inst. 1, 2, 12 || § 9 = Dig. 1, 5, 3; Inst. 1, 3 pr. || § 11 inde ab *libertini* = Dig. 1, 5, 6; Inst. 1, 5 pr.

---

3 Contitutio C^n || 6 optineat *ex* optineatur *correctum C, conf.* C^a *pag. 306* || legem C^1, leges C^2; *conf.* C^a *pag. 276* || 8 *ante* ius *intercidisse edictorum definitionem perspexit Huschke* || 14 quaestores C^2, quaestore C^1 || 17 concurrant *C* || 18 optinet *ex* optinetur *correctum C* || 19 uellit *C* || sequi] sedqui C^n || 20 rescripto C^n, *conf.* C^a *pag. 298* || significantur C^n || 21 *rubricam addidit* C^2 || autem C^n *Inst.*, *omis. Dig.* || 22 et *Theodorus Mommsen*, sed *uel* set C^n, ac *Inst.* || 23 uideamus de personis C^n, de personis uideamus *Inst.* || 24 *rubricam addidit* C^2 || et quidem summa *C*, summa itaque *Dig. Inst.* || diuisio de iure personarum C^n *Inst.*, de iure personarum diuisio *Dig.* || 28 libertini qui *C*, libertini sunt qui *Dig. Inst.*

12 Rursus libertinorum ⟨*tria sunt genera; nam aut ciues Ro-*
mani aut Latini aut dediticiorum⟩ numero sunt. de quibus
singulis dispiciamus; ac prius de *de*diticiis.
13 [IIII. DE DE*D*ITICIIS VEL LEGE AELIA SENTIA.] Lege itaque
Aelia Sentia cauetur, u*t* qui serui a dominis poenae no-
mine uincti s*i*nt, quibusue stigmata inscripta s*i*nt, deue
quibus ob noxam quaestio tormentis habita *s*it et in ea
noxa fuisse conuicti s*i*nt, qui*u*e *ut* ferro aut cum bestiis
depugnarent traditi sint, inue ludum custodiamue con-
*i*ecti fuerint, et postea uel ab eo*dem* domino uel ab alio
manumissi, eiusdem condicionis liberi fi*a*nt, cuius condi-
14 cionis sunt peregrini dediticii. [V. DE PERE*G*RINIS DED*I*TICIIS.]
Vocantur autem peregrini dediticii hi qui quondam aduer-
sus populum Romanum armis susceptis pugnauerunt, deinde
15 uicti se dediderunt. Huius ergo turpitudinis seruos quo-
cumque modo et cuiuscumque aetatis manumissos, etsi
pleno iure dominorum fuerint, numquam aut ciues Roma-
nos aut Latinos fieri dicemus, sed omni modo dediticiorum
16 numero constit*u*i intellegemus. Si uero in nulla tali tur-
pitudine sit seruus, manumissum modo ciuem Romanum
17 modo Latinum fieri dice‖mus. nam in cuius person*a* tria pag. 4
haec concurrunt, ut maior sit annorum triginta, et ex
iure Quiritium domini, et iusta ac legitima manumissione
liberetur, id est uindicta aut censu aut testamento, is ciuis
Romanus fit; sin uero aliquid eorum deerit, Latinus erit.
18 [V*I*. DE MANVMISSIONE VEL CAVSAE PROBATIONE.] Quod
autem de aetate serui requiritur, lege Aelia Sentia intro-
ductum est. nam ea lex minores XXX annorum seruos non
aliter uoluit manumissos ciues Romanos fieri, quam si uin-
dicta, apud consilium iusta causa manumissionis adprobata,

1—2 ⟨ ⟩ *om. C, ex Epit. 1, 1 pr. addidit Goeschen* ‖ 3 de dediticiis] dediticis *C* ‖ 4 *rubricam addidit* C^2 ‖ deticiis *C* ‖ 5 ut *om.* C^1, uel? *add.* C^{2n}, *conf.* C^a *pag. 310* ‖ 6 sint *Goeschen,* sunt C^n, *conf.* C^a *pag. 301* ‖ sint *Goeschen,* sunt C^n ‖ 7 sit *Goeschen,* s̃ıt (*i. e.* sunt it) C^n, *conf.* C^a *pag. 312* ‖ 8 conuicti *ex* conuictii *correctum C* ‖ sint *Goeschen*, sunt *C* ‖ quiue *Goeschen,* quique C^n ‖ ut *Caplick,* aut C^n ‖ bestiis *ex* uestiis *correctum C* ‖ 9 sint C^1, sunt C^2 ‖ coniecti *Goeschen*, conlecti *C* ‖ 10 ab eodem *Goeschen*, auem C^1, ab eo? C^2 ‖ 11 fiant *Goeschen,* fiunt *C* ‖ 12 dediticici *C* ‖ *rubricam addidit* C^2 ‖ 13 peregrini dediticii *om.* C^1, *add.* C^2 ‖ 14 deinde C^{2n}, et C^1 (*non* et deinde *nec* deinde et) ‖ 15 uicti *ex* uictis *correctum C* ‖ 19 constitui *Goeschen,* constituti C^n ‖ 21 personam C^n ‖ 24 uindicta C^2, uincta C^1 ‖ testamento C^{2n}, ιοι C^1, *conf.* C^a *pag. 308 inf.* ‖ 26 *rubricam addidit* C^2 ‖ VI *Goeschen,* VII C^2.

19 liberati fuerint. Iusta autem causa manumissionis est ueluti si quis filium filiamue aut fratrem sororemue naturalem, aut alumnum, aut p*aed*agogum, aut ser*u*um procuratoris habendi gratia, aut ancillam matrimon*i*i causa apud consilium manumittat.

20 [*VII.* DE CONSILIO AD*H*IBENDO.] Consilium autem adhibetur in urbe Roma quidem quinque senatorum et quinque *e*quitum Romanorum puberum; in prouinci*i*s autem uiginti recuperatorum ciuium Romanorum, idque fit ultimo die conuentus; sed Romae certis diebus apud consilium manumittuntur. maiores uero triginta annorum serui semper manumitti solent, adeo ut uel in transitu manumittantur, ueluti cum praetor aut pro consule in balneum uel

21 in *th*eatrum eat. Praeterea minor triginta annorum seruus [manumissus] potest ciuis Romanus fieri, si ab eo domino qui soluendo | non erat, testamento eum liberum e*t* heredem relictu*m* ——‖—————————— pag. 5

(24 uersus in C legi nequeunt)

(22) ——————————————— ‖

homines Latini Iuniani appellantur; Latini ideo, quia adsimulati sunt Latinis coloniar*i*is; Iuniani ideo, quia per legem Iuniam libertatem acceperunt, cum olim serui uide- pag. 6

23 rentur esse. N*on* tamen illis p*er*mittit lex Iunia uel ipsis

§ 19 conf. Inst. 1, 6, 5 ‖ § 20 inde ab 11 *semper* = Inst. 1, 5, 2.

1 fuerint C^2, fueri C^1 (*conf.* C^a *pag. 299*) ‖ 2 naturalem *C*, naturales *Inst.* ‖ 3 pelagogum *C* ‖ *uerba* aut paedagogum *collata* § *39 delet Lachmann* ‖ 4 apud *om.* C^1, *add.* C^{2n} ‖ 6 *rubricam add.* C^2 ‖ *aut* VII *aut* VIII *fuerit in* C^2 *(conf.* C^a*)* ‖ 7 roma *om.* C^1, *add.* C^2 ‖ quinque equitum] quinquequitum C^n ‖ 13 proconsule C^n, proconsul aut praeses *Inst.* ‖ 15 manumissus *Huschke*, m̄m̄ *C; glossema agnoscendum esse suspiceris* ‖ ab eo domino C^2, a domino C^1 ‖ 16 et *Goeschen*, ei? *C* ‖ 17 *de* relictum *et de pagina proxima*, *quae legi nequit*, *confer* C^a *et* C^{as} ‖ *proxima inde ab* relictum *ad sensum e. g. sic supplet Mommsen:* relictum alius heres nullus excludit; *(quodsi quis a ductibus litterarum longius recedere audeat*, *uel* testamento cum liber*tate* ei hereditas relicta *fuer*it | neque ullus alius ex eo testamento heres existat *uel similia proponat)* idque eadem lege Aelia Sentia cautum est. *De reliquis quae interciderunt, conf. Inst. 1, 6, 1 et Vlp. 1, 12 extr. 14; conf. etiam Epit. 1, 1, 2 et Gai. 3, 56. Spatii angustiae prohibere uidentur, quominus statuas actum esse in pagina codicis C quinta etiam de manumissione uindicta facienda; quamquam et res ipsa flagitat, ut sollemnes manumittendi modos omnes a Gaio expositos esse statuamus et ad eiusmodi expositionem Gaius* 1, 126 *remittit* ‖ 19 *proximum ante* homines *spatium talia occuparunt qualia leguntur apud Dosith. 5. 6; Vlp. 1, 10. 12* ‖ 21 uiderantur C^n ‖ 22 *aut* non *aut* nec C^n ‖ permittit *Goeschen*, promittit *C, conf.* C^a *pag. 284.*

testamentum facere, uel ex testamento alieno capere, uel
24 tutores testamento dari. Quod autem diximus ex testamento eos capere non posse, ita intellegemus, ne quid
*d*irecto hereditatis legatorumue nomine eos posse capere
dicamus; alioquin per fideicommissum capere possunt.
25 Hi uero qui dediticiorum numero sunt, nullo modo
ex testamento capere possunt, non magis quam quilibet
peregrinus, *n*ec ipsi testamentum facere possunt secundum
26 id quod magi*s* placuit. Pessima itaque libertas eorum est
qui dediticiorum numero sunt; nec ulla lege aut senatusconsulto aut constitutione principali aditus illis ad ciuita-
27 tem Romanam datur. Quin etiam in urbe Roma uel intra
centesimum urbis Romae miliarium morari prohibentur; et
si qui contra ea fecerint, ipsi bonaque eorum publice
uenire iubentur ea condicione, ut ne in urbe Roma uel
intra centesimum urbis Romae miliarium seruiant neue
umquam manumittantur; et si manumissi fuerint, serui
populi Romani esse iubentur. et haec ita lege Aelia Sentia
co*n*prehensa sunt.
28 [*QVIBVS MODIS* LATINI AD CIVITATE*M* ROMANA*M* PERVENIANT.] ||
Latini uero multis modis ad ciuitatem Romanam perue- pag. 7
29 niunt. Statim enim ex lege Aelia Senti*a* minores triginta
annorum manumissi et Latini facti si uxores duxerint uel
ciue*s* Romanas uel Latinas coloniarias uel eiusdem condicionis cuius e*t* ipsi essent, idque testati fuerint adhibitis
non minus quam septem testibus ciuibus Romanis puberibus, et filium procreauerint, cum *i*s filius anniculus esse
coeperit, datur eis potestas per eam legem adire praetorem
uel in prouinc*i*is praesidem prouinciae, et adprobare se
ex lege Aelia Sentia uxorem duxisse et ex ea filium anniculum habere; et si is apud quem causa probata est, id

---

2 *aut* tutorem *aut* tutores C^n, *conf.* C^a *pag. 298* || 4 directo] indirecto *C*, *delet hoc uocabulum ut glossema ad* alioquin — possunt *(uers. 5) adscriptum Mommsen* || 8 nec] quia nec? C^n || 9 magis] $\overline{mgn}$ C^n, *quod* magis non *uel* magis nunc (*uix* magistris nostris) *significare uidetur* || 14 *conf.* C^{as} || 20 *rubricam in inferiore paginae codicis sextae margine addidit* C^2 || QVIBVS MODIS *suppleuit Goeschen* || ciuitate romana C^2 || 22 ex lege Aelia Sentia *Polenaar*, ex lege Aelia Sentia cautum est ut C^n *(ex glossemate)* || 24 ciues romanas uel latinas C^{2n}, ciuem romanam latinam C^{1n}, *conf.* C^a *pag. 261* || 25 et *Goeschen*, ei *C* || 28 *uerba* per eam legem *tamquam glossema delet Polenaar* || 29 prouinciae C^1, prouinciarum C^{2n}, *conf.* C^a *pag. 289* || 30 Sentia uxorem] sent. $\bar{a}$|xorem C^1 (*i. e.* sentia autxorem? *ceterum conf.* C^a), sent. $\bar{a}$|uxorem C^2 || ex ea C^2, ea C^1 || 31 is *ex* his *correctum C*.

ita esse pronuntiauerit, tunc et ipse Latinus et uxor eius, si et ipsa ⟨*eiusdem condicionis sit*, *et filius*, *si et ipse*⟩ eius-
30 dem condicionis sit, ciues Romani esse iubentur. Ideo autem in *huius persona* adiecimus »si et ipse eiusdem condicionis sit«, quia si uxor Latini ciuis Romana est, qui ex ea nascitur, ex nouo senatusconsulto quod auctore diuo
31 Hadriano factum est, ciuis Romanus nascitur. Hoc tamen ius adipiscendae ciuitatis Romanae etiamsi so*l*i minores triginta annorum manumissi et Latini facti ex lege Aelia Sentia habuerunt, tamen postea senatusconsult*o* quod Pegaso et Pusione consulibus factum est, etiam maioribus triginta
32 annorum manumissis Latinis factis concessum est. Ceterum etiamsi ante decesserit Latinus, quam anniculi filii causam prob*a*uerit, potest mater eius causam probare, et sic et ipsa fiet || ciuis Romana, si Latina fuerit ———————— pag. 8
——|—permissum————————————————|
——*q*uibusdam————————————————|
ipse filius ciuis Romanus sit, quia ex ciue Romana matre natus est, tamen debet causam probare, ut suus heres
32a patri fiat. ⟨*quae*⟩ uero diximus de filio annicul⟨*o*, *eadem et de filia annicula*⟩ dicta intellegemus.
32b |————————————————————|
————————————————————|id est fiunt ciues Romani, si Romae inter uigiles sex annis militauerint. postea dicitur factum esse senatusconsultum, quo data est illis ciuitas Romana, si triennium militiae ex-
32c pleuerint. Item edicto Claud*i*i Latini ius Quiritium consecuntur, si nauem marinam *a*edificauerint, qu*a*e non

1 latinus C^1, latinus iunianus C^2 || 2 ⟨ ⟩ *addidit Mommsen* || 4 in huius persona] *conf.* C^a || 5 quia] q̊ui? *C* || 8 soli *Goeschen;* socii C^1, *del.* C^2? || 10 senatusconsulto] *conf.* C^a *pag. 305 uers. 21* || 13 filii C^2, fili C^1 || 14 probarit C^{2n}, probet C^{1n} || 15—17 *lacunas explendi (conf.* C^{as}*) periculum facere noluimus; de eis casibus, de quibus in proecdosi Krueger et Mommsen cogitauerant, Gaium non egisse apparet* || 18 *concessiui enuntiati exitum superesse constat, quod pertinuisse uidetur ad eum casum, quo patre Latino mortuo, matre ciue Romana superstite filius cuius causa probatur, iam ciuis Romanus est* || 20 quae *om. C (conf.* C^a *pag. 290 uers. 1), conf.* C^{as} || 20—21 anniculo eadem et de filia annicula] annicul *C, conf.* C^{as} || 22—23 *(conf.* C^{as}*) collatis uerbis Vlpiani 3, 5 ita fere suppleri posse uidentur Huschkio:* Praeterea ex lege Visellia tam maiores quam minores triginta annorum manumissi et Latini facti ius Quiritium adipiscuntur, || 27 claudi *C,* ⟨diui⟩ Claudii *Huschke, conf. Vlp. 3, 5* || consecuntur *ex* secuntur *correctum* C^n.

minus quam decem milia modior*um* *frument*i capi*a*t, eaque
nauis uel quae in eius locum substituta *sit*, *sex* annis
33 frumentum Romam portauerit. Praeterea *a* *Ner*one *consti-*
tutum est, ut si Latinus qui patrimoni*um* sestertium $\overline{cc}$
milium plurisue habebit, in urbe Roma dom*um* aedifica-
uerit, in qu*am* non minus quam partem dimidia*m* patri-
34 mon*i*i sui *in*penderit, ius Quiritium consequatur. Denique
Traianus constituit, ut si *Latinus* in urbe tr*ien*nio pistri-
num exercuerit *in quo in* dies singulos non minus quam
centenos m*odios* frument*i* *pi*nseret, ad ius Quiritium per-
35 uen*i*||*at*. ——————————————————| pag. 9
——————————————————————|——
————————————————————|maiores
triginta annorum manumissi et Latini facti———|———ius
Quiritium consequi——————————*tri*|ginta annorum
manumittant————————————|————————
——————————————————|manumissus uindicta
aut censu aut testamento ——— *ci*uis Romanus|———libertus
fit ——— iterauerit. ergo si seruus i*n* | bonis tuis, ex
iure Quiritium meus erit, Latinus quidem a te solo fieri

1—2 *supplementa ex parte ex Vlp. 3, 6 deprompta sunt; conf. etiam Scaeuola Dig. 50, 5, 3* || 1 capit? *C* || 2 *pro* sit *possis etiam de* fuerit *supplendo cogitare* || 3—4 *suppletum est collato Tac. Annal. 15, 43* || 4 *seqq. conf. quae dicta sunt in Actis Philolog. Wirceburg. (1868) pag. 128* || 6 quam *Huschke*, quo C^{n}, *conf.* C^{a} *pag. 291 et pag. 293 med.* || 8 traianus *C*, ⟨diuus⟩ Traianus *Huschke* || 10 frumentis? *C, conf.* C^{as} || 11 *seqq. — uers. 13 med., si Vlpianum sequimur, Gaius egerit oportet de iis, qui beneficio principali ciuitatem Romanam accipiunt (secundum Vlpianum 3, 2) et (secundum Vlpianum 3, 1) de muliere Latina ter enixa, quae ex senatusconsulto ciuitatem Romanam consequitur. Quamquam spatii angustiae (conf.* C^{as}*) uix sufficere uidentur ad hanc materiam complectendam. Suspiceris igitur beneficii principalis atque adeo senatusconsulti ius post Gai tempora introductum esse. Deinde post definitam iterationem manumissionis (conf. Epit. 1, 1, 4:* nam Latini patronorum beneficio, id est si iterum ab ipsis aut testamento aut in ecclesia aut ante consulem manumittantur, ciuium Romanorum priuilegium consequuntur) *specialiter de minoribus et de maioribus (conf. supra uers.* 13*) XXX annorum agebatur; sed cum in codicis C pagina 5 nihil legi potuerit, quo modo uel fusius uel breuius de hac re agere potuerit Gaius, non liquet* || 13 — pag. 10, 6 *conf.* C^{as} || 18—19 *expectes:* *ciuis* **Romanus** | et eius **libertus fit,** qui *manumissionem* **iterauerit** *(in C uisum est extare* qcumitauerit *pro* qmm itauerit; *conf.* C^{a} *pag. 292 uers. 23 et pag. 279 uers. 14 et pag. 304 uers. 20*; qui eum iterauerit *non magis hoc loco uidetur Gaius scribere potuisse quam pag. 10 uers. 1 —2 id quod in C traditum est* iterari . . . . a me . . . . potest).

potest, iterari autem ⟨*manumissio*⟩ a me, non etiam a te
potest, et eo modo meus libertus fit. *sed* et ceteris modis
ius Quiritium consecutus meus libertus fit. bonorum autem
quae ——, *cum* is mori*e*tur, reliquerit, tibi possessio datur,
quocumque modo ius Quiritium fuerit consecutus. quodsi
cui*us* et in bonis et ex iure Quiritium sit manumissus, ab
eodem scilicet et Latinus fieri potest et ius Quiritium
consequi.
36 | *Non tamen cuicumque uolenti manumittere licet. nam*
37 *is qui* | in fraudem creditorum uel in fraudem patroni
manumittit, nihil agit, quia lex Aelia Sentia inpedit liber-
38 tatem. *Item* eadem lege minori XX annorum domino non
aliter manumittere permittitur, quam [si] uindicta apu*d*
con||silium iusta causa manumissionis adpro*b*ata [fuerit]. pag. 10
39 Iustae autem causae manumissionis sunt ueluti si quis
patrem aut matrem aut p*a*edagogum aut conlactaneum
manumittat. sed et illae causae quas superius in seruo
minore XXX annorum exposuimus, ad hunc quoque casum
de quo loquimur, adferri possunt. item ex diuerso hae
causae quas in minore XX annorum domino rettulimus,
40 porrigi possunt et ad seruum minor*e*m XXX annorum. Cum
ergo certus modus manumittendi minoribus XX annorum
dominis per legem Aeliam Sentiam constitutus sit, euenit
ut qui XIIII annos aetatis expleuerit, licet testamentum
facere possit et in eo hered*em* sibi instituere legataque
relinquere possit, tamen si adhuc minor sit annorum XX,
41 libertatem seruo dare non po*ssit*. Et quamuis Latinum

§ 36 = Inst. 1, 6 pr. || § 37 = Inst. 1, 6 pr. || § 38 fere = Inst. 1, 6, 4 || § 39 usque ad 17 *manumittat* conf. Inst. 1, 6, 5 || *superius*] § 19 || § 40 = Inst. 1, 6, 7.

1 ⟨ ⟩ *om. C, conf. C^a pag. 279 uers. 13* || 4 quae —— cum is] quae n̄āc is C^n; *quid nota* n̄a (*an* n̄'a) *significet, nescimus; expectes inuerso uerborum ordine:* quae is, cum morietur, reliquerit || morientur *C* || 9—10 Non — qui *suppleuit Goeschen ex Inst.* || 10 uel in fraudem patroni *C, om. Inst.* || 12 minori xx annorum domino *C*, domino minori annis uiginti *Inst.* || 13—14 quam — fuerit C^n, quam si uindicta apud consilium iusta causa manumissionis adprobata fuerit (*ita libri meliores*, fuerint *deteriores*) manumissi *Inst.*; si *et* fuerit *glossemata deleuit Mommsen* || 17 superius] superius id est C^n, *sed* id *expunctum est* || 21 minorem *Goeschen*, minorum C^n, *conf.* C^a *pag. 298* || 22 uiginti *Inst.*, XXX *C* || annorum *C*, annis *Inst.* || 25 heredem *Inst.*, herede C^n || 26 annorum C^n, annis *Inst.* || 27 possit *Goeschen*, potest *C* || latinum *ex* uel latinum *correctum C.*

facere uelit minor $\overline{\text{xx}}$ annorum dominus, tamen nihilo minus debet apu*d* consilium causam pro*b*are, et ita postea inter amicos manumittere.

42 Praeterea lege Fufia Caninia certus modus constitutus
43 est in seruis testamento manumittendis. nam ei qui plures quam duos neque plures quam decem seruos habebit, usque ad partem dimidiam eius numeri manumittere permittitur; *e*i uero qui plures || quam $\overline{\text{x}}$ neque plures quam pag.11
$\overline{\text{xxx}}$ seruos habebit, usque ad tertiam partem eius n*u*meri manumittere permittitur. a*t* ei qui plures quam $\overline{\text{xxx}}$ neque plures quam centum habebit, usque ad partem quartam potestas manumittendi *d*atur. nouissime ei qui plures quam $\overline{\text{c}}$ nec plures quam $\overline{\text{D}}$ habebit, non plures *m*anumittere permittitur qua*m* quintam partem; neque plures ⟨——— ———————————————⟩*t*ur: sed p*rae*scribit lex, ne cui plures *m*anumittere liceat quam $\overline{c}$. quodsi quis unum seruum omnino *a*ut duos habet, ad hanc legem non pertinet, *e*t ideo libera*m* habet potestatem ma-
44 numittendi. Ac ne ad eos quidem omnino haec lex pertinet, qui sine testam*ento* manumittun*t*. itaque licet *i*is qui uindicta aut censu aut inter amicos manumittunt, totam familiam liberare, scilicet si alia causa non inpediat liber-
45 tatem. Sed qu*od* de numero seruorum testamento manumittendorum diximus, ita intellegemus, ne umquam ex eo

§ 42 inde ab *lege* = Inst. 1, 7.

1 nihilominus *supra* tamen *ita additum a* C^{n}, *ut uideatur librarius* tamen nihilo minus *potius quam* nihilo minus tamen *uoluisse* || 4 fufia *Inst.*, fufia? *ex* fufidia *correctum C; conf. Acta Philolog. Wirceburg. (1868) pag. 127* || 8 ei *Goeschen*, si *C* || quam x neque plures *om.* C^{1}, *add.* C^{2n} || 9 nimeri *C* || 12 datur] udatur? (*non* ttdatur) C^{n}, *conf.* C^{as} || 13 nec plures quam D *om.* C^{1}, *add.* C^{2n} *ita ut utrum post an ante* habebit *haec uerba collocanda sint, non liqueat* || manumittere] ei manumittere C^{n} || 14 quam] quam ut? *C* || *post* neque plures, *ubi C* atur *exhibet, nonnulla uidentur intercidisse, quae ita fere supplere possis:* neque plures ⟨quam $\overline{\text{D}}$ seruos habentis mentio in ea lege habe⟩tur; *fortasse in archetypo* habe|atur *pro* habetur *scriptum erat. Multas alias uias supplendi patere consentaneum est* || 15 praescribit *Goeschen*, postscribit C^{n}, *conf.* C^{a} *pag. 286* || 16 c̄ quodsi] c̄cqsi? *C* || 16—18 *expectes:* quodsi quis unum seruum aut duos habet, ad eum haec lex omnino non pertinet, || 19 haec C^{2}, ea C^{1} || 20 manumittunt *Goeschen*, manumittuntur C^{n} *(conf.* C^{a} *pag. 306)* || 22 familiam C^{1}, familiam suam C^{2n} (suam *glossema esse uidetur*).

numero, ex quo dimidia aut tertia aut quarta aut quinta pars liberari potest, *pauciores* m*anumittere* liceat, quam ex antecedenti numero licuit. et hoc ipsa *lege pro*uisum est; erat enim sane *ab*surdum, ut x̄ seruorum domino quinque liberare liceret, quia usque ad dimidiam partem eius numeri manumittere ei concedit*ur*, x̄ī ⟨*autem*⟩ seruos habenti non plures liceret manum*it*tere quam īīīī; *item* eis qui plures quam x̄ neque || ———————— pag.12

(*24 uersus in C legi nequeunt*)

46 ———————— || nam et si t*estamento* scriptis in pag.13 orbem seruis libertas data sit, quia nullus ordo manumissionis inuenitur, nulli liberi erunt, quia lex Fufia Caninia quae in fraudem eius facta sint rescindit. sunt etiam

---

1 dimidia *ex* dimidiam *correctum C* || quinta *ex* quintam *correctum C* || 3 *conf. Cas* || 4 abosurdum *C* || 5 eius *add. C2n, om. C1* || 6 conceditur x̄ī autem] concedit xii *C1*, *cui* teriiiae *superscripsisse C2 uidebatur soli Bluhmio (conf. Ca), conf. Ca pag. 257 uers. 18 et conf. Cas* || 7 item] at *C teste Goescheno, conf. Ca pag. 273* || 8 *post* neque *in noua pagina, quae nunc legi nequit, Gaius reliqua de eo casu addidisse uidetur, quo dominis plures quam x̄ neque plures quam x̄x̄x̄ seruos habentibus plures manumittere licere uideretur quam eis qui plures quam x̄x̄x̄ seruos habuerint. Fortasse alia exempla de maioribus numeris seruorum addita erant. Sequebantur ea, de quibus in Epit. 1, 2, 2—4 his uerbis agitur:* Nam si aliquis testamento plures manumittere uoluerit, quam quot continet numerus supra scriptus, ordo seruandus est, ut illis tantum libertas ualeat, qui prius manumissi sunt, usque ad illum numerum, quem explanatio continet superius comprehensa; qui uero postea supra constitutum numerum manumissi leguntur, in seruitute eos certum est permanere. Quodsi non nominatim serui uel ancillae in testamento manumittantur, sed confuse omnes seruos suos uel ancillas is qui testamentum facit, liberos facere uoluerit, nulli penitus firma esse iubetur hoc ordine data libertas, sed omnes in seruili condicione, qui hoc ordine manumissi sunt, permanebunt. nam etsi ita in testamento seruorum manumissio adscripta fuerit, id est in circulo, ut qui prior, qui posterior nominatus sit, non possit agnosci, nulli ex his libertatem ualere manifestum est, si agnosci non potest qui prior, qui posterior fuerit manumissus. — (§ 3) Nam si aliquis in aegritudine constitutus in fraudem huius legis facere noluerit testamentum, sed epistulis aut quibuscumque aliis rebus seruis suis pluribus quam per testamentum licet, conferre uoluerit libertates, et sub tempore mortis hoc fecerit, hi qui prius manumissi fuerint, usque ad numerum superius constitutum liberi erunt, qui uero post statutum numerum manumissi fuerint, serui sine dubio permanebunt. (§ 4) Nam si incolumis quoscumque diuerso tempore manumisit, inter eos qui per testamentum manumissi sunt, nullatenus computentur || 10 si testamento *Goeschen*, sit *C, conf. Ca pag. 304 inf.*

specialia senatusconsulta, quibus rescissa sunt ea quae in fraudem eius legis excogitata sunt.

47 In summa sciendum est, ⟨*cum*⟩ lege Aelia Sentia cautum sit, *ut* creditorum fraudandorum causa manumissi li*b*eri non fiant, *hoc etiam* ad peregrinos pertinere (senatus ita censuit ex auctoritate Hadriani), cetera uero iura eius legis ad peregrinos non pertinere.

48 Sequitur de iure personarum alia diuisio. nam quaedam personae sui iuris sunt, quaedam alieno iuri *s*ubiec-
49 tae sunt. Rursus earum personarum qu*ae* alieno iuri subiectae sunt, aliae in potestate, ali*ae* in manu, ali*ae* in
50 mancipio sunt. Videamus n*unc* de h*is* qu*ae* alieno iuri subiecta*e* sint; ⟨*nam*⟩ si cognouerimus quae *i*stae personae
51 s*i*nt, simul intellegemus quae sui iuris sint. ac prius dispiciamus de iis qui in aliena potestate sunt.
52 In potestate itaque sunt serui dominorum. quae quidem potestas iuris gentium est; nam apu*d* omnes peraeque gentes anim*a*duertere possumus dominis in seruos uitae necisque potestatem esse; et quo*d*cumque per seruum ad-
53 quiritur, id domino adquiritur. sed hoc tempore neque ciuibus || Romanis nec ullis aliis hominibus qui sub imperio pag. 14

§ 48 = Dig. 1, 6, 1 pr.; Inst. 1, 8 pr. || § 49 usque ad 11 *potestate* = Inst. 1, 8 pr. || § 50 = Dig. 1, 6, 1 pr.; Inst. 1, 8 pr. || § 51 = Dig. l. l.; fere = Inst. l. l. || § 52 = Dig. 1, 6, 1, 1; Inst. 1, 8, 1 || § 53 usque ad 14, 6 *coercetur* = Dig. 1, 6, 1, 2; usque ad 14, 10 *uendere* = Inst. 1, 8, 2.

3 cum *add. Lachmann, om. C (conf. C^a pag. 260 uers. 26 seqq.)* || 4 ut *Huschke,* aut C^1, aut si?? C^2, *conf.* C^{as} || manumissi C^1, manumissi sint C^2 || 5 hoc etiam *Goeschen,* etiam hoc C^n || *uerba* senatus —Hadriani *tamquam glossema expellit Mommsen in Zeitschrift für Rechtsgeschichte uol. IX pag. 98* || 6 hadriani C^n, ⟨diui⟩ Hadriani *Huschke* || 8 sequitur *ante* de iure *collocant C Inst., post* diuisio *Dig.* || nam C^n *Inst.,* quod *Dig.* || 9—10 subiectae sunt *Dig. Inst.,* sunt subiectae sunt C^n || 10 personarum C^n, *om. Inst.* || 12 nunc? C^n *(conf. tamen C^a pag. 282 uers. 9),* itaque *Dig. Inst.* || 13 subiectae *Dig. Inst.,* subiecta? *C* || sint *C,* sunt *Dig. Inst.* || nam *Dig. Inst., om. C (conf. C^a pag. 279 inf. et pag. 280)* || istae *Dig. Inst.,* iustae *C* || 14 sint *Inst.,* sunt C^n *(conf. C^a pag. 301) Dig.* || sint *C,* sunt *Dig. Inst.* || ac prius dispiciamus *C Inst.,* dispiciamus itaque *Dig.* || 15 qui in *C Inst.,* quae in *Dig.* || 16 in potestate itaque C^n *Inst.,* igitur in potestate *Dig.* || sunt serui dominorum C^n *Dig.,* dominorum sunt serui *Inst.* || 18 animaaduertere *C* || 19 quodcumque *Dig. Inst.,* quocumque C^n, *conf. C^a pag. 293 et 295* || 20 *conf.* C^{as} || 20—21 neque ciuibus Romanis nec ullis aliis C^n, nullis *Dig. Inst.*

populi Romani sunt, licet supra modum et sine causa in seruos suos s*ae*uire; nam ex constitution*e* imperatoris Antonini qui sine causa seruum suum occiderit, non minus teneri iubetur, quam qui alienum seruum occiderit. sed et maior quoque asperitas dominorum per eiusdem principis constitutionem coercetur; nam consultus a quibusdam p*rae*sidibus prouinciarum de his seruis qui ad fana deorum uel ad statuas principum confugiunt, praecepit, ut si intolerabilis uideatur dominorum saeuitia, cogantur seruos suos uendere. et utrumque recte fit; *m*ale enim nostro iure uti non debemus; qua ratione et prodigis interdicitur
54 bonorum suorum administratio. Ceterum cum apu*d* ciues Romanos duplex sit dominium (nam uel in bonis uel ex iure Quiritium uel ex utroque iure cuiusque seruus esse intelleg*i*tur), ita demum seruum in potestate domini esse dicemus, si in bonis eius sit, etiamsi simul ex iure Quiritium eiusdem non sit; nam qui nudum ius Quiritium in seruo habe*t*, is potestatem habere non intellegitur.
55 Item in potestate nostra sunt liberi nostri quos iustis nupt*i*is procreauimus. quod ius proprium ciuium Romanorum est; fere enim nulli alii sunt homines qu*i* talem in filios suos habent potestatem qualem nos ha*b*emus. idque diu*us* Ha||drian*us* edicto, quod proposuit de his qui sibi pag. 15

§ 53 *constitutione*] conf. Dig. 1, 6, 2; Inst. 1, 8, 2 || § 55 usque ad 21 *est* = Dig. 1, 6, 3; usque ad 22 *habemus* fere = Inst. 1, 9 pr. § 2.

1 populi romani C^n, romano *Dig.*, nostro *Inst.* || causa *C*, causa legibus cognita *Dig. Inst. (hae ordinem uerborum uicinorum inuertunt)* || 2 constitutiones imperatoris C^n, constitutione diui *Dig.*, constitutione diui Pii *Inst.; conf. H. Dernburg »Die Institutionen des Gaius ein Collegienheft« (Halis 1869) pag. 68 et* C^a *pag. 300* || 4 teneri *C*, puniri *Dig. Inst.* || alienum seruum *C Dig.*, seruum alienum *Inst.* || 5 quoque C^n, *om. Dig. Inst.* || per eiusdem principis constitutionem C^n, eiusdem principis constitutione *Dig. Inst.* || 7 praesidibus] *conf.* C^a *pag. 286 uers. 1* || deorum *ex* eorum *correctum* C^n || 9—10 seruos suos *C*, seruos *Inst.* || 10 male *Savigny*, regula male *C (ex glossemate, conf.* C^a *pag. XX)* || 11 interdicitur C^2, dicitur C^1, *conf.* C^a *pag. 271 uers. 30* || 15 intellegitur *Goeschen*, intellegatur C^n || seruum *ex* seruus *correctum C, conf.* C^a *pag. 302 inf.* || 19 iustis *C*, ex iustis *Dig. Inst.* || 20 procreauimus C^n, procreauerimus *Dig. Inst.* || ciuium Romanorum est C^n *Dig.*, est ciuium Romanorum *Inst.* || 21 qui *Inst.*, que? C^n, *conf.* C^a *pag. 293* || 22 filios suos *C*, liberos *Inst.* || habent *C*, habeant *Inst.* || 23 diuus Hadrianus *Goeschen*, diui hadriani *C*, *conf.* C^a *pag. 263 uers. 8 seq. et pag. 270 sub finem; conf. etiam* C^as.

liberisque suis ab eo ciuitatem Romanam petebant, significauit. nec me praeterit Galatarum gentem credere in potestat*e* parentum liberos esse.

56 |——————————————————————,|si
ciues Romanas uxores duxerint, uel etiam Latinas peregri-
nasue cum quibus conubium habean*t*; cum enim conubium
id efficiat, ut liberi patris condicionem sequantur, euenit
ut non ⟨*solum*⟩ ciues Romani fiant, sed et*iam* in potestate
57 patris sint. Und*e* *et* ueteranis quibusdam concedi solet
principalibus constitutionibus conubium cum his Latinis
peregrinisue quas primas p*ost* missionem uxores duxerint;
et qui ex eo matrimonio nascuntur, et ciues Romani et in
potestat*e* parentum fiunt.

58 | *Non tamen omnes nobis uxores ducere licet;* | nam a
59 quaru*n*dam nuptiis abstinere de*b*emus: inter eas enim per-
sonas quae parentum liberorumue lo*cum* inter se optinent,
nuptiae contrahi non possunt, nec inter eas conu*b*ium est,
ueluti inter patrem et filiam, uel inter matrem et filium,
uel inter auum et neptem; et si tales personae inter se
coierint, nefarias || et incestas nuptias contraxisse dicuntur. pag. 16
et haec adeo ita sunt, ut quamuis per adoptionem parentum liberorumu*e* loco sibi esse coeperint, non poss*i*nt inter se matrimonio coniungi, in tantum, ut etiam dissoluta adoptione idem iuris maneat; itaque eam quae mihi per

§ 58 fere = Inst. 1, 10, 1 || § 59 fere = Inst. 1, 10, 1.

2 nec] ñ̃ C^n *(i. e.* nec *ex* nunc *correctum?), conf.* C^a *pag. 280 sub finem et pag. 282 uers. 7 seqq.; conf. etiam* C^{as} || praeterit *ex* praeterita *correctum* C^n || 3 potestatem *C* || 4 *ante* si, *ubi in C post uersum rubricae destinatum unus uersus rubricatori uacuus relictus esse uidetur, talia fere perierunt* Itaque liberos suos in potestate habent ciues Romani, *quibus similia iam Goeschen suppleuit* || 6 habeant *Goeschen*, habeantur C^n *(conf.* C^a *pag. 306)* || 8 solum *add. Goeschen* || 9 unde et] *conf.* C^a || 11 post *Goeschen*, p̄ C^n, *conf.* C^a *pag. 285* || 12 matrimanio C^n, *conf.* C^a *pag. 277* || 13 potestatem *C* || 14 Non — licet *om. C post spatium uacuum (rubricatori?) relictum; suppletum est ad Institutiones, in quibus* Ergo non *pro* Non tamen *legitur* || a *C*, *om. Inst.* || 16 liberorumue locum *Inst.*, liberorum uel hoc C^n, *conf.* C^a *pag. 260* || 18 *(priore loco)* inter] *conf.* C^a *pag. 272* || 20 et incestas *C*, atque incestas *Inst.* || 22 liberorumue *Inst.*, liberorum uel C^n, *conf.* C^a *pag. 309* || possint *Inst.*, possunt *C* || 23 coniungi C^n, iungi *Inst.*

adoptionem filia*e* *aut* neptis loco esse coeperit, non potero
60 *u*xore*m* ducere, quamuis eam emancipaueri*m*. Inter eas
quoque personas quae ex transuerso gradu cognatione iun-
guntur, est quaedam similis obseruatio, sed non tanta.
61 sane inter fratrem et sororem prohibitae sunt nuptiae, siue
eodem patre eademque matre nati fuerint, siue alterutro
eorum; sed si qua per adoptionem soror mihi esse coe-
perit, quamdiu quidem const*a*t adoptio, sane inter me et
eam nuptiae non possunt consistere; cum uero per eman-
cipationem adoptio dissoluta sit, potero eam uxorem du-
cere; sed et si ego emancipatus fuero, nihil in*pe*dimento
62 erit nuptiis. Fratris filiam uxorem ducere licet; idque
primum in usum uenit, cum diuus Claudius Agrippinam fra-
tris sui filiam uxorem duxisset; sororis uero filiam uxorem
ducere non licet. et haec ita principalibus co*n*stitutionibus
significantur. || Item amitam et materteram uxorem ducere pag. 17
63 non licet. item eam quae mihi quondam socrus aut nurus aut
priuigna aut nouerca fuit. ideo autem diximus »quondam«,
quia si adhuc constant eae nuptiae, per quas talis adfinitas
quaesita est, alia ratione mihi nupta esse non potest, quia
neque eadem duobus nupta esse potest, neque idem duas
64 uxores habere. Ergo si quis nefarias atque incestas nup-
tias contraxerit, neque uxorem habere uidetur neque li-
beros; itaque hi qui ex eo coitu nascuntur, matrem qui-
de*m* habere uidentur, patrem uero non utique; nec ob id
in potestate eius ⟨*sunt, sed tales*⟩ sunt quales sunt h*i* quos
mater uulgo concepit; nam et h*i* patrem habere non intelle-
guntur, cum *is* et*iam* incertus sit; unde solent spurii filii

§ 60 = Inst. 1, 10, 2 || § 61 = Inst. 1, 10, 2 || § 64 inde ab 24 *itaque* fere = Inst. 1, 10, 12.

1 filiae aut neptis loco *Goeschen*, filiasneptis *(priore* s *littera expuncta)* loco *C*, filia aut neptis *Inst.* || 2 uxorem *Inst.*, eam uxore *C* || emancipauerimus *C*, *conf.* *C*ᵃ *pag. 278* || 3 cognatione *C*, cognationis *Inst.* || 5 sane *C*, sane enim *Inst.* || et sororem *C*ⁿ, sororemque *Inst.* || prohibitae sunt nuptiae *C*ⁿ, nuptiae prohibitae sunt *Inst.* || siue *C*, siue ab *Inst.* || 6 siue *C*, siue ex *Inst.* || 8 constat *Inst.*, constant *C*ⁿ || 9 non possunt consistere *C*ⁿ, consistere non possunt *Inst.* || 11 in(pe)dimento erit *C*, est impedimento *Inst.* || 18 fuit· *C*, *conf.* *C*ᵃˢ; *an* fuerit *legendum? (conf. C*ᵃ *pag. 269 uers. 6)* || 26 ⟨ ⟩ *suppletum duce contextu Institutionum* || 28 is *Goeschen*, his *C Inst.* || etiam *Inst.*, *aut* et *C aut* etiam *C*ⁿ || sit *C*, est *Inst.* || spurii filii *C*, filii spurii *Inst.*

appellari, uel a Gr*a*eca uoce qu*a*si σποράδην concepti, uel quasi sine patre filii.

65 |*Aliquando autem euenit, ut liberi qui statim ut na*|ti sunt, parentum in potestate non fiant, ii postea tamen redigan-
66 tur in potestatem. *Veluti si Lat*inus ex lege Aelia Sentia uxore ducta filium procreauerit aut Latinum ex Latina aut ciuem Romanum ex ciue Romana, non habebit eum in potestate; *sed si poste*a *causa pro*bata *ius* ⟨*Quiritium*⟩ conse*cutu*s *f*uer*it*, simul *e*um in potestate || sua habere incipit. pag.18
67 Item si ciuis Romanus Latinam aut peregrinam uxorem duxerit per *i*gnorantiam, cum eam ciuem Romanam esse crederet, et filium procreauerit, hic non est in potestate eius, quia ne qu*i*dem ciuis Romanus est, sed aut Latinus aut peregrinus, id est eius condicionis cuius et mater fuerit, quia non aliter quisque ad patris condicionem accedit, quam si inter patrem et matrem eius conubium sit; sed ex senatusconsulto permittitur causam erroris pro*b*are, et ita uxor quoque et filius a*d* ciuitatem Romanam perueniunt, et ex eo tempore incipit filius in potestate patris esse. idem iuris est si eam per ignorantiam uxorem duxerit quae dedi*ti*ciorum
68 numero est, nisi quod uxor non fit ciuis Romana. Item si ciuis Romana per errorem nupta sit peregrino tamquam ciui Romano, permittitur ei causam erroris probare, et ita filius quoque eius et maritus a*d* ciuitatem Romanam perueniunt, et aeque simul incipit filius in potestate patris esse. idem iuris est si peregrino tamquam Latino ex lege Aelia Sentia nupta sit; nam et de hoc specialiter senatusconsulto cauetu*r*. idem iuris est aliquatenus si ei qui dedi*ti*cioru*m* numero est, tamquam ciui Romano aut Latino *e* lege Aelia Sentia nupta sit;

§ 65 fere = Inst. 1, 10, 13.

1 quasi] *conf.* C^{a} *pag. 289 uers. 26* || σποράδην *Inst.*, sporade *C* || 3 Aliquando — ut na| *suppleuit Lachmann ex Inst.* || 4 parentum in potestate *C*, in potestate parentum *Inst.* || ii *C*, *om. Inst. (concinnius)* || 5 ueluti si] *conf.* C^{a} || 8—9 *ad incertos Goescheni et Bluhmii ductus (conf.* C^{a}*) dubitanter suppletum; in C fuisse poterit uelut* s'sip'eac̄pbataius| consecutus fuerit simul, *conf.* C^{as} || 9 eum] ergo eum *C teste Goescheno, conf.* C^{as} || 13 eius] *conf.* C^{a} *pag. 264 uers. 34* || ne quidem *Goeschen*, neque dem? C^{n},. *conf.* C^{a} *pag. 293* || 18 ad] at *ex* et *correctum C* || 20 dediciorum C^{n} || 27 cauetur. idem *Goeschen*, caueturridem *uel* cauetupridem C^{n} || 28 dediticiorum *Goeschen*, dediciorunt? C^{n}, *conf.* C^{a} *pag. 299* || 29 e lege Aelia Sentia *Goeschen*, a· selegeā· s̄· (*i. e.* Aelia Sentia e lege Aelia Sentia?) *C*, *conf.* C^{a} *pag. 257*.

nisi quod scilicet qui dediticiorum numero est, in sua condi-
cione permanet, et ideo filius, quamuis fiat ciuis Romanus,
69 in potestatem patris non redigitur. Item si Latina peregrino,
cum eum Latinum esse cre||deret, ⟨*e lege Aelia Sentia*⟩ nup- pag. 19
serit, potest ex senatusconsulto filio nato causam erroris
probare, *et ita* omnes fiunt ciues Romani, et filiu*s* in po-
70 testate patris esse incipit. Idem constitutum est *s*i Latinus
per errorem peregrinam quasi Latinam aut ciuem Romanam
71 e lege Aelia Sentia uxorem duxerit. Praeterea si ciuis
Romanus qui se credidisset Latinum ess*e*, ob id Latinam
⟨*uxorem duxerit*⟩, permittitur e*i* filio nato erroris causam
pro*b*are, tamqua*m* ⟨*si*⟩ e lege Aelia Sentia uxorem duxis-
s*e*t. Item hi*s* qui cum ciues Romani essent, peregrinos se
esse cred*i*dissent et peregrinas uxores duxissent, permitti-
tur ex senatusconsulto filio nato causam erroris pro*b*are;
quo facto fiet | uxor ciuis Romana et filius ———— non
solum *ad ciuita*|tem Romanam peruenit, sed etiam in po-
72 testate*m* patris redigitur. Quaecumque de filio esse diximus,
73 eadem et de filia dicta intellegemus. Et quantum ad erro-
ris causam pro*b*andam attinet, nihil interest cuius aetatis
filius sit | ————————————————
———|————————————————————
———|—, si minor anniculo sit filius filiaue, causa pro*b*ari |
non potest. nec me praeterit in aliquo rescripto diui Ha-
driani ita esse constitutum, tamquam qu*od* ad erroris *quoque* |
causam pro*b*andam ——————————————|———

4 e lege Aelia Sentia *addidit Huschke* || 6 et ita *Goeschen probabiliter, etsi tribus tantum litteris capessendis spatium in C sufficit* || 7 si] ut si? *C* || 10 esse] esse et C^{n} *(conf. C^{a} pag. 266 inf.), conf.* C^{as} || *uerba* ob id *fortasse delenda sunt* || 11 ⟨ ⟩ *ad sensum supplendum additum est* || ei *Goeschen*, eis *C* || 12 tamquam si *Hollweg*, tamq modo C^{n}, *conf. C^{a} pag. 277 et 289 inf.* || duxisset *Goeschen*, duxissent *C* || 13 his *Goeschen*, hi *C* || 14 crededissent *C* || 16 *inter* filius *et* non *in C 8—9 fere litterae (conf. C^{a}) extant, quae quid sibi uelint non liquet, cum ad sententiam nihil desideretur* || 17 potestate *C* || 18 esse C^{n}, *delendum uidetur* || 21 *ante* sit *uidetur* filiaue *intercidisse, nisi post hoc uerbum (conf. C^{a}) eadem notio aliquo modo addita erat. in lacuna quae sequitur, dictum fuisse, ex lege Aelia Sentia causam probari non posse, si minor anniculo sit filius filiaue, intellexit Goeschen; sententiarum conexum e. g. hoc modo restitui posse censet Krueger:* ,nisi forte eorum aliquis, qui e lege Aelia Sentia matrimonium se contrahere putarint, erroris causam probare uelit; ab hoc enim, si minor etc. || 25 quoque *Goeschen*, qc *C (conf. C^{a} pag. 297 uers: 17), conf.* C^{as} || 26 *post* probandam *tale quid supplere possis duce fere Goescheno:* attinet, anniculus filius esse debeat.

————————————————————————|———
74 imperator ————————— dedit. || ⟨*Sed*⟩ si pere- pag. 20
grinus ciuem Romanam uxorem d*u*xerit, an ex senatus-
consulto *causam* pro|*b*are possit, quaesitum e*st*. ————
———— *probare* | causam non potest, quamuis ipse
——————————————|hoc ei speci-
aliter concessum est. sed cum peregrinus ciuem Romanam
uxorem duxisset et filio nato alias ciuitatem Romanam
consecutus esset, deinde cum qu*ae*reretur an causam pro-
*b*are posset, rescri*p*sit imperator Antoninus proinde posse
eum causam pro*b*are, atque si peregrinus mansisset. ex quo
75 colligimus etiam peregrinum causam pro*b*are posse. Ex *h*is
quae diximus apparet, siue ciuis Romanus peregrinam siue
peregrinus ciuem Romanam uxorem duxerit, eum qui nasci-
tur peregrinum *esse*. *sed* siquidem p*er* errorem tal*e* matri-
monium contractum fuerit, emendari uitiu*m* eius ex *sena-
tusconsulto* l*icet* ⟨*secundum*⟩ ea qu*ae* superius diximus. si
uero nullus error interuenerit, ⟨*sed*⟩ scientes suam condi-
cionem ita coier*i*nt, nullo cas*u* eme*n*datur uitium e*iu*s ma-
76 trimonii. Loquimur autem de his scilicet, ⟨*inter*⟩ quos co-
nubium non sit; nam alioquin si ciuis Romanus peregrinam
cum qua ei conubium est, uxorem duxerit, sicut supra
quoque diximus, iustum matrimonium contrah*itur*; et tunc
ex h*i*s qui nascitur, ciuis Romanus est et in potestate pa-
77 tris erit. It*em* si ciuis Romana peregrino cum qu*o* ei co-

§ 76 *supra*] § 55.

Deinde Krueger dubitanter conicit Gaium addidisse: nihil ex hoc rescripto Hadriani contra ius supra expositum concludi posse, quia is qui, ut erroris causam probaret, preces imperatori obtulisset, filium anniculum se habere adseuerauerit et propter hoc ipsum, non iuris nouandi gratia imperator in rescripto anniculi filii mentionem fecerit.

2 sed *om.* *C* (*conf.* C^{a} *pag. 300 uers. 17 seqq.*) || 3 dixerit *C* || 3—6 *conf.* C^{as} || 4 causam] b *C*, *conf.* C^{a} *pag. 259 uers. 9 seqq.* *supplementum quod olim proposuimus, ad codicis C ductus non quadrat* || 9 queurereretur C^{n} || 15 esse sed] *in C fuerit* ēē sed *uel* ēē set || per *Huschke*, pro *C* || talem | matrimonium *C*, *conf.* C^{a} *pag. 279 uers. 25* || 16—17 ex senatusconsulto licet secundum] ex·cl *C*, *conf.* C^{a} *pag. 302 et pag. 300 uers. 16* || 18 sed *om.* *C* (*conf.* C^{a} *pag. 300 uers. 17 seqq.*) || 19 coierint] *conf.* C^{a} *pag. 299 uers. 4* || casu] *conf.* C^{a} *pag. 260 inf.* || emedatur *C* || eius] es *C*, *conf.* C^{a} *pag. 264 inf.* || 20 inter *om.* *C* (*conf.* C^{a} *pag. 271 uers. 30 seqq.*) || 21 aliquin *C* || 23 contrahi *C*, *conf.* C^{as} || 25 item] itaque C^{n} (*conf.* C^{a} *pag. 273*), *conf.* C^{as} || quo] qua *C*, *conf.* C^{a} *pag. 293 inf.*

nubium est, nupseri*t*, peregrinu*s* sane procreatur et is iustus patris filius est, tamquam si ex peregrina eum procreasset. ‖ hoc tamen tempore ⟨*ex*⟩ senatusconsulto quod pag. 21 auctore diuo Hadrian*o* factum est, etiamsi non fuerit conubium inter ciuem Romanam et peregrinum, qui nasci*tur*, iustus patris filius est. |

78 Quod autem diximus inter ciuem Romanam peregrin*um*que ———————— *qui* | nascitur, peregrinum esse, lege Minicia cau*etur*, ⟨————————⟩ |est, ut s———————— parentis condicionem *sequatur*. | eadem lege enim ex diuerso caue*tur*, *ut* si peregri*nam*, *cum* qua ei conubium non sit, uxorem dux*erit ciuis Romanus*, peregrinus ex eo coitu nascatur. sed hoc maxime casu necessaria lex Minicia; nam remota ea lege diuersa*m* condicionem sequi deb*ebat*, *quia* ex eis inter quos non est conu*b*ium, qui nascitur, iure gentium matris condicion*i* accedit. qua parte autem iubet lex ex ciue Romano et peregrina peregrinum nasci, superuacua uidetur; nam et remota ea lege hoc utique iure gentium | futurum erat.

79 Adeo autem hoc ita est, ut ————————|———————— ————————————————|———————— ———————————— *non* | solum exter*ae* nationes et gentes sed etiam qui Latini nominantur; sed ad alios Latinos pertinet, qui proprios populos propriasque ciuitate*s* habebant et erant peregrinorum numero.

80 Eadem ratione ex contrario ex Latino et ciue Romana, siue ex lege Aelia

---

1 nupserit | erit peregrinum *(conf. C^{a} pag. 287) C; possis etiam* nupseri*t*, peregrinum sane procrea*t temptare* ‖ 4 Hadriano *Goeschen*, hadriano|s̄? *C, conf. C^{a} pag. 300* ‖ 7 peregrinumque *Goeschen*, peregrinoque *aut* peregrinuque *C, conf. C^{a} pag. 287* ‖ 7—10 *locus lectu difficillimus (conf. C^{as}) uario modo suppleri potest; nec tamen ullum supplementum satis apte ad reliquiarum umbras quadrare uidebatur. Sententia nunc fere haec fuisse uidetur Kruegero:* **Quod autem diximus** (*§ 75*) **inter ciuem Romanam peregrin*um*que** *contracto* matrimonio eum [*pro his tribus uocabulis Mommsen mauult* nisi con*u*bium sit] qui **nascitur, peregrinum esse, lege Minicia cauetur,** ⟨qua lege effectum⟩ **est, ut si** *matrimonium* inter ciues Romanos peregrinosque non interueniente conubio contrahatur, is qui nascitur peregrini **parentis condicionem** sequatur. ‖ 12 hoc *C; sententia potius* illo *pronomen flagitari uidetur* ‖ 15 condicioni *Hollweg*, condicione *C* ‖ 19—21 *lacuna, quae* ita est ut *uerba excipit (conf. C^{as}), sic fere ad sensum suppleri posse Mommseno uidetur:* **Adeo autem hoc ita est, ut ex** *ci*ue Romano et Latina qui nascitur, Latinus nascatur, quamquam ad eos qui hodie Latini appellantur, lex Minicia non pertinet; nam conprehenduntur quidem peregrinorum appellatione in ea lege non **solum** etc. ‖ 23 ciuitates *Goeschen*, ciuitate *C*.

Sentia siue *aliter contractum* fu*erit* matrimonium, ciuis Ro-
manus nascitur. fuerunt || tamen qui putauerunt ex lege Aelia pag.22
S*entia* contracto matrimonio Latinum nasci, quia uidetur eo
*c*asu per legem Aeliam Sentiam et Iuniam conubi*um* inter
eos dari, et semper conubium eff*i*cit, ut qui nascitur patris
condicioni accedat; al*i*ter uero contracto *m*atrimonio eum
qui nascitur, iure gentium matris condicionem sequi et ob
id esse ciuem Romanum. s*ed* hoc iure utimur ex senatus-
consulto, qu*o* auctore diuo Hadriano significatur, ut quo*quo*
modo ex Latino et ciue Romana natus ciuis Romanus nasca-
81 tur. His *co*nuen*ie*nt*er* et*iam* illud senatusconsultum diuo
Hadriano auctor*e* significauit, ut ⟨*qui*⟩ ex Latino *e*t pere-
grina, item contra ⟨*qui*⟩ ex peregrino et Latina nascit*ur*, is
82 matris condicionem sequatur. Illud quoque his consequens
est, quod ex ancilla et libero iure gentium seruus nascitur,
83 et contra ex libera et seruo liber nascitur. Animaduertere
tamen debemus, n*e* iuris gentium regulam ue*l* lex aliqua
uel quod leg*is* uicem optinet, aliquo casu commutauerit.
84 ecce enim ex senatusconsulto Claudiano poterat ciuis Ro-
mana quae alieno seruo uolente domino eius co*ï*it, ipsa ex
pactione libera permanere, sed seruum procreare; n*am*
quod inter eam et dominu*m* istius serui conuenerit, e*o* se-
natusconsulto ratum esse iubetur. sed postea diuus Ha-
drianus iniquitate rei et inelegantia iuris motus restituit
iuris gen||tium regulam, ut cum ipsa mulier libera perma- pag.23
85 neat, liberum pariat. ⟨*Item e lege*————⟩ ex a*n*cilla et
libero poterant *l*iber*i* nasci; nam ea lege cauetur, ut si quis
cum aliena a*n*cilla quam credebat liberam esse coierit, si-
quidem mascu*l*i nascantur, liberi sint, si uero feminae, ad

1 siue aliter] *conf.* C^{a} || contractum] contrarium? C^{n}, *conf.* C^{a} *pag. 260* || 4 casu *Bluhme,* sasu *C* || conubium *Goeschen*, conubion *C* || 5 efficit *Goeschen*, effecit *C* || 6 aliter *Bluhme*, alter *C* || mmatrimonio *C, conf.* C^{a} *pag. 279* || 8 sed *Bluhme*, s̄ (*i. e.* sunt) C^{n}, *conf.* C^{a} *pag. 301* || 9 quo *Goeschen*, quod? C^{n} *(conf.* C^{a} *pag. 293 inf.); possis etiam ad modum § 81 scribere:* quod ... significat || quoquo *Polenaar*, quo? C^{n} || 11 conuenienter *Goeschen*, queniuntur? *C, conf.* C^{a} *pag. 260 uers. 14* || 12 hadriano *ex* hadrianos *correctum C, conf.* C^{a} *pag. 300* || auctore *Goeschen*, auctor *C, conf.* C^{a} *pag. 256 et pag. 298* || qui *om. C, conf.* C^{a} *pag. 292 uers. 22* || et peregrina *Goeschen*, etperetperegrina *C* || 16 qui *om. C, conf.* C^{a} *pag. 292 uers. 22* || nascitur *Goeschen*, nas̄citur C^{n}, *conf.* C^{a} *pag. 312* || 17 ne *Huschke*, nec *C* || uel lex *Goeschen*, uelex *C* || 18 legis *Goeschen*, lege *C, conf.* C^{a} *pag. 276* || 20 coiit *Lachmann*, coit *C* || 21 nam *Goeschen*, non C^{n}, *conf.* C^{a} *pag. 280* || 22 dominum *Goeschen*, dominu *C* || eo *Huschke*, ex *C* || 26 *de qua lege et num de lege Romana egerit Gaius (conf. § 86), non liquet* || accilla *C* || 27 liberi *Goeschen*, hibere *C* || 28 acilla *C* || 29 masculli *C*.

e*u*m pertinea*n*t, *c*uius mater a*n*cilla fuerit. sed et in hac speci*e* diuus Vespasianus in*e*legantia iuris motus restituit iuris gentium regulam, ut omni modo, etiamsi masculi

86 nascantur, serui sint eius cuius et mater fuerit. Sed illa pars eiusdem legis sal*u*a est, ut ex libera et seruo alieno quem sciebat seruum esse, serui nascantur. itaque apud quos talis lex non est, qui nasc*i*tur, iure gentium matris condicione*m* sequitu*r* et ob id liber e*st*.

87 Quibus autem casibus matris et non patris condicione*m* sequitur qui nascitur, *i*sdem casibus in potestate eum patris, etiamsi is ciuis Romanus sit, non esse plus quam manifestum est. et ideo superius rettulimus quibusdam casibus per errorem non iusto contracto matrimonio senatum interuenire et emendare uitium matrimonii, eoque modo plerumque efficere, ut in potestatem patris filius redig*a*tur.

88 Sed si ancilla ex ciue Romano concep*e*rit, deinde manumissa ciuis Romana facta sit, et tunc pariat, licet ciu*i*s R*omanus* sit qui nascitur, || sicut pater eius, non tamen in pag.24 potestat*e* patris est, quia neque ex iusto coitu conceptus est neque ex ullo senatusconsulto talis coitus quasi iustus constitui*tur*.

89 Quod autem placuit, si ancilla ex ciue Romano conceperit, deinde manumissa pep*er*erit, qui nascitur liberum nasci, *na*turali ratione fit; nam hi qui illegitime concipiuntur, statum sumunt ex eo tempore quo nascuntur; itaque si ex libera nascuntur, liberi fiunt, nec interest ex quo mater eos concep*e*rit, cum ancilla fuerit; at hi qui legitime

90 concipiuntur, ex concept*i*onis tempore statum sumun*t*. itaque si cu*i* mulieri ciui Romanae praegnati aqua et igni interdictum fuerit, eoque modo peregrina f*acta* tunc pariat, conplures disting*u*unt et puta*n*t, siquidem ex iustis nuptiis

---

§ 87 *superius*] § 67 seqq.

---

1 eum *Goeschen*, em *C* || pertineant *Goeschen*, pertineat *C*ⁿ || quius *C* || acilla *C* || 2 inlegantia *C* || 7 nascitur *Goeschen*, nascantur *C* || 8 condicione *C*ⁿ || 9 condicione *C* || 15 redigatur *Goeschen*, rediganttur *C* || 16 sed *C*ⁿ, sed et *Mommsen* || 17 (*fin.*) ciues *C*, *conf. C*ª *pag. 261* || 18 Romanus *Goeschen*, rum? *C*ⁿ, *conf. C*ªˢ *et C*ª *pag. 261 et pag. 299 med.* || 19 potestatem *C* || 23 pepererit *Goeschen*, peperit *C*, *conf. C*ª *pag. 284* || 24 naturali *Goeschen*, turali *C* || 28 sumunt *Goeschen*, sumuntur *C*, *conf. C*ª *pag. 306* || 29 cui *Goeschen*, cua *C* || 30 *pro* facta *possis cum Goescheno* fiat et *scribere*, *conf. tamen C*ª.

conceperit, ciuem Romanum ex ea nasci, si uero uulgo con-
91 ceperit, peregrinum ex ea nasci. Item si qua mulier ciuis
Romana praegnas ex senatusconsulto Claudiano ancilla facta
sit ob id quod alieno seruo inuito et denuntiante domino
eius ⟨*coierit*⟩, conplures *distinguunt* et existimant, siquidem
ex iustis nuptiis conceptus sit, ciuem Romanum ex ea nasci,
si uero uulgo conceptus sit, *seruum* nasci eius cuius mater
92 facta esset ancilla. Peregrina quoque si uulgo conceperit,
deinde ciuis Romana ⟨*fiat*⟩ *et* tunc pariat, ciuem Romanum
parit; si uero ex peregrino || secundum leges moresque per- pag. 25
egrinorum conceperit, ita uidetur ex senatusconsulto quod
auctore diuo Hadriano factum est, ciuem Romanum parere,
si et patri eius ciuitas Romana donetur.

93 Si peregrinus sibi liberisque suis ciuitatem Romanam
petierit, non aliter filii in potestate eius fient, quam si im-
perator eos in potestatem redegerit; quod ita demum is
facit, si causa cognita aestimauerit hoc filiis expedire. dili-
gentius autem exactiusque causam cognoscit de inpuberibus
absentibusque; et haec ita edicto diui Hadriani significan-
94 tur. Item si quis cum uxore praegnate ciuitate Romana
donatus sit, quamuis is qui nascitur, ut supra diximus, ciuis
Romanus sit, tamen in potestate patris non fit; idque sub-
scriptione diui Hadriani significatur; qua de causa qui in-
tellegit uxorem suam esse praegnatem, dum ciuitatem sibi
et uxori ab imperatore petit, simul ab eodem petere debet,
ut eum qui natus erit, in potestate sua habeat.

95 Alia causa est eorum qui Latii iure cum liberis suis
ad ciuitatem Romanam perueniunt; nam horum in potestate
fiunt liberi. quod ius quibusdam peregrinis ciuitatibus da-
tum est uel a populo Romano uel a senatu uel a Cae|sare. —
96 ———————— aut maius est Latium aut minus:

§ 94 *supra*] § 92.

2 nasci *Goeschen*, nascitur C^{n} || 5 coierit *addidit Hollweg; fortasse* »coierit, plerique distinguunt« *potius scribendum est, conf.* C^{a} || 6 iustiis *C* || 8 esset *C, expectes* sit *uel* est *(sic Goeschen)* || 19 significantur *Goeschen*, significatur *C* || 21 diximus *Goeschen*, dixi *C, conf.* C^{a} *pag. 265 uers. 10 et pag. 278* || ciuis *Hollweg*, ciues *C, conf.* C^{a} *pag. 261* || 23 diui *Goeschen*, diuis *C, conf.* C^{a} *pag. 300* || 26 suam *C* || 29 quod *Goeschen*, que C^{n}, *conf.* C^{a} *pag. 294 inf.* || 31 *ante* aut maius *nisi post spatium initio paragraphi uacuum relictum* ceterum *uel* sed *uel similis particula supplenda est, talia fere suppleri posse uidentur:* Huius autem iuris duae species sunt; nam

maius est Latium, cum et h*i* qui decuriones leguntur et ei qui honorem aliquem aut || magistratum gerunt, ciuitatem pag.26 Romanam consecuntur; minus Latium est, cum hi tantum *q*ui magistratum uel honorem gerunt, ad ciuitatem Romanam perueniunt; idque conpluribus epistulis principum significatur.

97 |*Non solum tamen naturales liberi secundum ea quae*|dixi-
mus, in potestate nostra sunt, uerum et hi quos adoptamus.
98 Adoptio autem duobus modis fit, aut populi auctoritate, aut
99 i*m*perio magistratus, uel*uti* praetoris. Populi auctoritate
adoptamus eos qui sui iuris sunt; qu*a*e species adoptionis
dicitur adrogatio, quia et is qui adoptat rogatur, id est in-
terrogatur, an uelit eum quem adoptaturus sit, iustum si*b*i
filium esse; et is qui adoptat*ur* rogatur, an id fieri patia-
tur; et populus rogatur, an id fieri iubeat. imperio magis-
tratus adoptamus eos qui in potestate parent*u*m sunt, siue
primum gradum liberorum optineant, qualis est filius et
filia, siue inferiorem, qualis est nepos neptis, pronepos pro-
100 neptis. Et quidem illa adoptio quae per populum fit, nus-
quam nisi Romae fit; a*t* haec etiam in prouinciis apu*d* prae-
101 sides earum fieri solet. Item per populum feminae non
adoptantur, nam id magis placuit; apu*d* || p*raetorem* uero pag.27
uel in prouinciis apu*d* proconsule*m* legatumue etiam feminae
102 solent adoptari. Item inpuberem apu*d* populum adoptari
aliquando prohibitum est, aliquando permissum est; ⟨——⟩
nunc ex epistula optimi imperatoris Antonini quam scrip-
sit pontificibus, si iusta causa adoptionis esse uide*b*itur,
cum quibusdam condicionibus permissum est. apu*d* prae-
torem uero, et in prouinciis apu*d* proconsulem legatumue,

§ 97 = Inst. 1, 11 pr. || *diximus*] § 55 || § 98 fere = Dig. 1, 7, 2 pr.; Inst. 1, 11, 1 || § 99 fere = Dig. 1, 7, 2 pr.; usque ad 12 *adrogatio* et inde ab 15 *imperio* fere = Inst. 1, 11, 1.

4 qui] uel qui *C* || 7 Non — quae *suppletum ex Inst. duce Goescheno* || 8 et *C*, etiam *Inst.* || 10 inperio magistratus uel *(conf. Ca pag. 311 inf.;* uelut *Hollweg)* praetoris *Cn*, imperio magistratus *Inst. (fortasse recte)*, magistratus imperio *Dig.* || 14 adoptatur *Dig.*, adoptat *C* || 16 parentium *C Inst.*, parentis *Dig.* || 17 filius et filia *C*, filius filia *Dig. Inst. (recte, ut uidetur)* || 22 praetorem *Goeschen*, p̄· r̄· *Cn*, *conf. Ca pag. 288 inf.* || 23 proconsulem *Goeschen*, proconsules *Cn* || legaturmue *C (sed expuncta* r *littera)* || 24—25 *ante* nunc *particula intercidisse uidetur uelut* sane *uel* nam *(conf. Ca pag. 279 inf. et pag. 282 uers. 7)*.

103 cuiuscumque aetatis ⟨*personas*⟩ adoptare possumus. Ill*ud*
utriusque adoptionis commune est, qu*od* et hi qui generare
104 non possunt, quales sunt spadones, adoptare possunt. fe-
min*ae* uero nullo modo adoptare possunt, quia ne quidem
105 naturales liberos in potestate habent. Item si quis per
populum siue apu*d* praetorem uel apu*d* praesidem pro-
uinciae adoptauerit, potest eundem alii in adoptionem
106 dare. S*ed* et illa quaesti*o*, an minor natu maiorem natu
adoptare possit, utriusque adoptionis commun*is* est. illu*d*
107 proprium est eius adoptionis quae per populum fit, quod
is qui liberos in potestate habet, si se adrogandum dederit,
non solum ipse potestati adrogatoris subicitur, se*d* etiam
liberi eius in eiusdem fiunt potestate *tam*quam nepotes. ||
pag.28
108 |*Nunc de his personis uideamus quae in manu nostra sunt.*
109 *quod* | et ipsum ius proprium ciuium Romanorum est. Sed
in potestate quidem et masculi et feminae esse solent; in
110 manum autem feminae tantum co*n*ueniunt. Olim itaque
*t*ribus modis in manum conueniebant, usu, farreo, coem-
111 ptione. Usu in manum conueniebat quae anno continuo
nupta perseuerab*at*; *quia* enim ueluti annua possessione
usucapiebatur, in familiam uiri trans*i*bat filiaeque locum
optinebat. itaque lege $\overline{\text{XII}}$ tabularum cautu*m* est, ut si qua
nollet eo modo in manu*m* mariti conuenire, ea quo*t*annis
trinoctio abesset a*t*que eo modo ⟨*usum*⟩ cuiusque anni in-
terrumperet. se*d* hoc totum ius partim legibus sublatum
112 est, partim ipsa desuetudine obli*t*teratum est. Farreo in
manu*m* conueniunt per quoddam genus sacrificii quod Ioui

§ 103 = Dig. 1, 7, 2, 1; Inst. 1, 11, 9 || § 104 fere = Inst. 1, 11, 10 || § 107 = Dig. 1, 7, 2, 2; Inst. 1, 11, 11.

1 personas *addidimus*, *om. C (conf. Cᵃ pag. 289 uers. 7)* || illud *Dig.*, illi uero *C (conf. Cᵃ pag. 310 uers. 1)*, (sed et illud *Inst.*) || 2 quod *Dig. Inst.*, quia Cⁿ, *conf. Cᵃ pag. 294* || 4 ne quidem *C*, nec *Inst.* || 5 potestate *C*, potestate sua *Inst.* || 8 sed et *Goeschen*, set *C*, *conf. Cᵃ pag. 301* || quaestio *Goeschen*, quaestioest Cⁿ || 9 communis *Goeschen*, cō|mune *C (conf. C Gai. II § 72)* || illut *C Inst.*, hoc uero *Dig.* || 10 eius *C Dig.*, illius *Inst.* || 12 etiam *C Inst.*, et *Dig.* || 13 tamquam *Dig. Inst.*, anquam *C* || 14 Nunc—15 quod *suppleuit Goeschen* || 18 teribus *C* || 20 perseuerabat quia *Huschke*, perseuerabatq *ex* perseuerabant *correctum?? Cⁿ*, *conf. Cᵃ* || 21 transiebat *C* || 22 $\overline{\text{XII}}$] duodecima *C*, *conf. Cᵃ pag. 307* || 23 manu *C* || 24 usum *addidit Goeschen* || 27 manum *Goeschen*, manus *C*.

Farreo fit; in quo farreus panis adhibetur, unde etiam
conf*arre*atio dic*it*ur; conplura praeterea huius iuris ordi-
nandi gratia cum certis et sollemnibus uerbis, praesentibus
decem testibus, aguntur et fiunt. quo*d* ius etiam nostris
temporibus in usu est; nam flamine*s* maiores, id est Dia-
les Martiales Quirinale*s*, item || reges sacrorum, nisi ex pag.29
farreatis nati *n*on leguntur; ac ne ipsi quidem sine *con*-
113 farreat*i*one sacerdot*i*um habere possunt. Coemptione uero
in manum conueniunt per mancipatione*m*, *id est* per quan-
dam imaginariam uenditionem; nam adhibitis non m*i*nu*s*
quam V̄ testibus ciuibus Romanis puberibus, item libripend*e*,
114 emit *is* mulierem, cuius in manum conuenit. Po*test* autem
coemptionem facere mulier non solum cum marito suo se*d*
etiam cum extraneo; scilicet aut matrimonii causa facta co-
emptio dicitur, aut fiduciae; quae enim cum marito suo
facit coe*m*ptionem, ⟨*ut*⟩ apu*d* eum filiae loco sit, dicitur
matrimonii causa fecisse coemptionem; quae uero alterius
rei causa facit coemptionem aut cum uiro suo aut cum ex-
traneo, ueluti tutelae euitandae causa, dicitur fiduciae causa
115 fecisse coemptionem. quod est tale: si qua uelit quos
habet tutores *d*eponere et alium nancisci, illis *auc*toribus
coemptionem facit; deinde a coemptionatore remancipata ei
cui ipsa uelit, et ab eo uindicta || manumissa incipit eum pag.30
habere tu*t*orem, ⟨*a*⟩ quo manumissa est; qui tutor fiducia-
115a rius dicit*ur*, sicut inferi*us* app*a*re*b*it. Oli*m* etiam testamenti
faciendi gratia fiduciar*i*a fiebat coemptio; tunc enim non
al*iter* feminae testamenti faciendi ius habebant, exceptis
qui*bus*dam personis, quam si coemptionem fecissent reman-

§ 113 inde ab 10 *adhibitis* usque ad 11 *libripende* = Priscian. VI 96 (1 pag. 282 ed. Hertz) || § 115 *inferius*] § 195a.

1 *conf. Acta Philolog. Wirceburg. pag. 125* || 2 confarreatio dicitur *Goeschen*, conferratio dictur *C* || 4 quod *Goeschen*, quos *C* || 5 flamines *Goeschen*, flaminesi *C* || 6 Quirinales *Goeschen*, quirinales quirinales C^n || 7 nati non] nation *C* || 8 sacerdotum *C* || 9 id est] *conf.* C^a, *fortasse* siue *potius in C fuit* || 10 minus *Prisc.*, manu *C* || 11 quam C^n, *om. Prisc.* || libripende *Prisc.*, libripenda *C* || 12 is] eum *C* || potest *Goeschen*, poste *C*, *conf.* C^a *pag. 285* || 16 coeptionem? *C* || ut *addidit Goeschen* || 16 apud — 18 coemptionem] *haec uerba ad taedium usque repetita sunt in C, conf.* C^a || 21 reponere *C* || auctoribus *Hollweg*, tutoribus *C*, *conf.* C^a *pag. 256* || 24 a *addidit Bluhme* || 25 inferius apparebit *Bluhme*, inferioribus appeauerit? *C* || olim *Bluhme*, olim olim *C* || 27 aliter] *conf.* C^a *pag. 256 inf.*

cipataeque et manumissae fuissent; se*d* hanc necessitatem coemptionis faciendae ex auctoritate diui Ha|driani senatus
115b remisit. ——————————————| femina——————————————————————————— fi|duciae causa *cum uiro suo fecerit* coemp*tionem*, nihilo minus filiae loco incipit esse; nam si omnino qualibet ex causa uxor in manu uiri sit, placu*it* eam filiae iura nancisci.

116 Superest ut exponamus, quae personae in mancipio
117 sint. Omnes igitur liberorum personae, siue masculini siue femi*ni*ni s*e*xus, quae in potestate parentis sunt, mancipari ab *hoc eodem* modo possunt, quo etiam serui mancipari pos-
118 sunt. Idem iuris est in earum personis quae in manu sunt; | ————————— coemptionatoribus eodem modo possunt | ——————————————— apu*d* coemptionatorem fi|liae loco sit ——— nupta sit, ———nihilo minus etia*m* || quae ei nupta pag.31
non *si*t nec ob id filiae loco sit, ab eo mancipari possit.
118a Plerumque ⟨*uero tum*⟩ solum et a parentibus et a coemptionatoribus mancipantur, cum uelint parentes coemptionatoresque ⟨*ex*⟩ suo iure eas personas dimittere, sicut inferius
119 euidentius app*a*rebit. Est autem mancipatio, ut supra quoque diximus, *i*maginaria quaedam uenditio; qu*od* et ipsum ius proprium ciuium Romanorum est; eaque res ita agitur: adhibitis non minus qu*am* quinque testibus ciuibus Romanis puberibus et praeterea alio eiusdem condicionis, qui libram aeneam teneat, qui appellatur libripens, is qui

---

§ 118a *inferius*] conf. §§ 132, 134, 137 || § 119 = Boeth. in Top. 5, 28 (ed. Baiter pag. 322); inde ab 24 *qui libram* usque ad 25 *libripens* = Priscian. VI 96 (I pag. 282 ed. Hertz) || *supra*] § 113.

---

3 *post* remisit *Gaius haec fere uidetur dixisse: eam feminam, quae fiduciae causa cum extraneo coemptionem fecerit, filiae loco apud eum non fieri; sed quae* fiduciae causa etc. || 7 placuit *Niebuhr*, placuti? *C* || iura *ex* iurae *correctum C* || 10 femini *C* || 11 hoc eodem *Goeschen*, eodem hoc *C* || 13—15 *lacunae ducibus ex parte incertis codicis C umbris cum Lachmanno aliisque ita e. g. expleri possunt:* nam (*uel* quare) feminae a coemptionatoribus eodem modo possunt ⟨mancipari, quo liberi a parente mancipantur; adeo⟩ qu*i*dem, ut *quamuis* ea sola apu*d* coemptionatorem filiae loco sit, *quae ei* nupta sit, *tamen* nihilo minus etc. || 16 non sit *Lachmann*, non est *C* || nec *ex* et *correctum C* || 17 ⟨ ⟩ *addidit Goeschen* || 19 ex *additum duce Cramero* || 20 appearebit *C* || 21 diximus *C*, indicauimus *Boeth.* || quod et *Goeschen*, quia et *C*n *(conf. C*a *pag. 294 inf.)*, quod *Boeth.* || 22 ciuium romanorum est *C*n, romanorum est ciuium *Boeth.* || 23 quam *Boeth.*, quod *C, conf. C*a *pag. 291.*

mancipio accipit, *aes* tenens ita dicit HVNC EGO HOMINEM EX
IV*RE* QVIRITIVM MEVM ESSE AIO *I*SQVE MIHI EMPTVS ESTO HOC AER*E*
AENEAQVE LIBRA; deinde *a*ere percutit libram idque aes dat
120 ẹi a quo mancipio accipit quasi pret*i*i loco. Eo modo et
seruiles et liber*ae* personae mancipantur; animalia quoque
quae mancip*i*i sunt, quo in numero habentur *b*oues, equi,
mul*i*, asini; item praedia tam urbana qu*am* rustica quae
et ipsa mancip*i*i sunt, quali*a* sunt Italica, eodem modo
121 solent mancipari. In eo solo praed*i*orum mancipatio a ce-
terorum mancipatione differt, quod personae seruiles et libe-
rae, item animalia quae mancip*i*i sunt, nisi in praesentia
sint, mancipari non possunt; adeo quidem, || ut eum ⟨*qui*⟩ pag.32
mancipio acc*i*pit, adprehendere id ipsum quod e*i* mancipio
dat*ur*, necesse sit; unde etiam mancipatio dicit*ur*, quia
manu res capitur; praedia uero absentia solent mancipari.
122 Ideo autem aes et libra adhibetur, quia olim aereis tantu*m*
nummis utebantur, et erant asses, d*u*pund*i*i, semisses, qua-
drantes, nec ullus aureus uel argenteus nummus in usu erat,
sicut ex lege XII tabularum intellegere possumus; eorum-
que nummorum uis et potestas non | in numero erat sed
in pondere —————— as|ses librales erant, et d*u*-
p*u*nd*i*i ——————|; unde etiam dup*u*ndius dictu*s*
est *qua*si duo pondo, quod nomen adh*uc* in usu ret*in*et*ur*.
semiss*es* *quo*que et quadrant*es* pro rata scilicet portione ad
pon|dus examinati erant.——————qui daba*t* *olim* | pe-
cuniam, non numerabat eam, sed appendebat; unde serui
quibus permittitur administratio pe|cuniae, dispensatore*s*
123 appellati sunt et——————|——————

---

1 mancipio *C*, mancipium *Boeth.* || aes *Boeth.*, rem *C* || 2 iure *Boeth.*, iust· *C*[n], *conf.* *C*[a] *pag. 273* || isque *Boeth.*, iisque *C* || esto *C*, est *Boeth.* || aere *Boeth.*, aer *C* *(conf.* *C*[a] *pag. 298)* || 4 mancipio *C*, mancipium *Boeth.* || 7 mulii *C* || quam *Goeschen*, que *C*[n], *conf.* *C*[a] *pag. 291* || 8 qualia *Goeschen*, quali *C* || 9 praediorum *Goeschen*, praeditorum *C*[n] || 10 seruiles *ex* seruires *correctum* *C*[1] || 12 qui *addidit Goeschen*, *om.* *C* *(conf.* *C*[a] *pag. 292 uers. 22)* || 13 accipit *Goeschen*, accepit *C* || ei *Goeschen*, et in *uel* ei in *C* || 14 datur *Goeschen*, dat *C* || 16 tantum *Goeschen*, tantumtum *C*, *conf.* *C*[a] *pag. 308* || 21—22 *Gaius talia fere expressisse uidetur:* **sed in pondere** posita; **nam et as|ses librales erant et dupundii** *bilibres* || 22—23 *conf.* *C*[a] || 23 adhuc *Goeschen*, adhunc *C* || 25 *ante* qui dabat *supplendum uidetur:* quam ob rem *uel simile aliquid* || 28 *enuntiatum, quod ad* appellati sunt *pertinere supra significatum est, utrum paulo latius etiam* (et adhuc . . . .) *patuerit necne, non liquet. Deinde apparet explicatum esse a Gaio, quibus rebus differat condicio feminae quae in manu sit, ab eorum condicione qui in mancipio sint.*

———————— coemptio|———————————
——a quidem quae coem|ptionem fac——————————
—— seruilem condici|onem a———————————
————————|— mancipa*t*i mancipataeue seruorum loco con|stituuntur, adeo quidem, ut ab eo cuius in mancipio || sunt, neque hereditate*m* neque legata aliter capere poss*i*nt, pag.33 quam ⟨*si*⟩ simul eodem testamento liberi esse iubeant*ur*, sicut *i*uris est in persona seruorum. sed differentiae ratio manifest*a* e*st*, cum a parentibus et a coemptionatoribus isdem uerbis mancipio accipi*a*nt*ur*, quibus serui; quod non similiter *fit* in coemptione.

124 Videamus nunc quomodo *hi* qui alieno iuri *sub*iecti sunt, eo iure li*b*erentur.

125 Ac prius de his dispiciamus qui in potestate sunt.

126 Et quidem seru*i* *que*madmodum potestate liberent*ur*, ex his
intell*eg*ere possumus quae de seruis manumittend*is* *su*perius
127 expo*s*uimus. Hi uero qui *in potestate pa*rentis sun*t*, *mortuo eo sui iuris fiunt. sed hoc d*istinctionem recipit; nam *mortuo patr*e sane omni modo fil*i*i filiaeue sui iuris efficiunt*ur*; mortuo uero auo *non omni* modo *nepotes nept*esue *sui i*uris *fiunt*, *sed ita*, *si post mortem aui* in patris sui potestatem recasuri non *sunt*. *ita*que si moriente auo *pater eorum et uiuat et in potestat*e patris ⟨*sui*⟩ fuer*i*t, tunc post ob*itum aui in patris* sui potestate fiunt; si uero is, quo tempore au*us* moritur, aut iam mor*tuus est aut* exiit de potestate ⟨*patris*, *tunc hi*, *quia in potestatem*⟩ eius cadere non possunt, sui *i*uris

§ 124 = Inst. 1, 12 pr. || § 126 = Inst. 1, 12 pr. || *superius*] inter § 21 et § 22? (conf. ad pag. 6 uers. 17) || § 127 = Inst. 1, 12 pr.

2—4 *ita fere supplendo sensum Gaianum restituas:* ea quidem quae coem|ptionem fa*cit*, non deducitur in seruilem condici|onem; a p*arentibus autem* et a coemptionatori|bus mancipa*t*i mancipataeue etc. || 4 mancipati *Bluhme*, mancipari *C* || 6 hereditatem *Goeschen*, hereditates *C*, *conf. C*ᵃ *pag. 270* || possint *Goeschen*, possunt *C*, *conf. C*ᵃ *pag. 301 inf.* || 7 si *addidit Goeschen* || 9 manifesta est *Goeschen*, manifeste *C*, *conf. C*ᵃ *pag. 266* || 10 accipiantur *Goeschen*, accipiunt *C* || 12 quomodo *C*, quibus modis *Inst.* || 13 liuerentur *C*ⁿ, liberantur *Inst.* || 15 *seqq. supplementa paragraphorum 126 et 127 ex Institutionibus deprompsit Goeschen* || 15 liberent(ur) *C*ⁿ, liberantur *Inst.* || 17 exposuimus *C*, *conf. C*ᵃ *pag. 284 uers. 32 seqq.* || 20 (nep|te)sue *C*, neptesque *Inst.* || 21 patris sui potestatem *C*, potestatem patris sui *Inst.* || 22 uiuat *Goeschen*, uiuit *Inst.* || 23 sui *Inst.*, *om. C* || fuerit *Goeschen*, fuerint *C*, est *Inst.* || 24 (patris) sui potestate *C*, potestate patris sui *Inst.* || 25 mortus *uidetur fere in C fuisse* || 25—26 ⟨ ⟩ *addidit Goeschen ex Inst.*

128 fiunt. Cum || autem is cui ob aliquod maleficium ex lege pag. 34
Cornelia aqua et igni interdicitur, ciuitatem Romanam
amittat, sequitur ut, qui*a* eo modo ex numero ciuium Ro-
manorum tollit*ur*, proinde ac mortuo eo desinant liberi in
potest*at*e eius esse; nec enim ratio patitur, ut peregrinae
condicionis homo ciuem Romanum in potestate habeat. pari
ratione et si ei qui in potestate parentis sit, aqua et igni
interdictum fuerit, desinit in potestate parentis esse, quia
aeque ratio non patitur, ut peregrin*ae* condicionis homo in
129 potestate sit ciuis Romani parentis. Quodsi ab hostibus
captus fuerit parens, quamuis seru*us* hostium fiat, tamen
pendet ius liberorum propter ius postlimin*i*i, qu*o* hi qui ab
hostibus capti sunt, si reuersi fuerint, omn*ia* pristina iura
recipiunt; itaque reuers*us* habebit liberos in potestate. si
uero illic mort*u*us sit, erunt quidem liberi sui iuris; sed
utrum ex hoc tempore quo mort*u*us est apu*d* hostes parens,
an ex illo qu*o* ab hostibus captus est, dubitari potest. ipse
quoque filius neposue si ab hostibus captus fuerit, simili-
ter dicemus propter ius postlimin*i*i potestatem quoque pa-
130 rentis in suspenso esse. Praeterea exeunt liberi uirilis
sexus de parentis potestate, si flamines Diales inauguren-
131 tur, et || feminini sexus, si uirgine*s* Vestales capiantur. Olim pag. 35
quoque, quo tempore populus Romanus in Latinas regiones
colonias deducebat, qui *i*u*s*su parentis in coloniam Latinam
nomen dedissent, desinebant in potestate *pa*rentis esse,
quia efficerentur alterius ciuitatis ciues.

§ 128 usque ad 5 *esse* et inde ab 6 *pari* usque ad 8 *esse* fere = Inst. 1, 12, 1 || § 129 usque ad 14 *potestate* et inde ab 17 *ipse* = Inst. 1, 12, 5.

1 *uerba* ex lege Cornelia *ex glossemate irrepsisse conicit Krueger* || 2 romanam amittat C^n, amittit *Inst.* || 3 quia *Institutionum aliquot libri*, qui *C et alii libri Inst.* || 4 tollitur *Inst.*, tollit *C* || proinde ac *C*, perinde acsi *Inst.* || 5 potestate *Inst.*, poteste *C, conf.* C^a *pag. 288* || 5—6 peregrinae homo condicionis *addito asterisco* C^n, *conf.* C^a *pag. 312* || 10 quodsi C^n, si *Inst.* || 11 seruus *Inst.*, seruo *C, conf.* C^a *pag. 302 inf.* || 12 quo *Polenaar*, quod C^n *(conf.* C^a *pag. 293 uers. 32)*, quia *Inst.* || 14 itaque *C*, idcirco *Inst.* || reuersus *Inst.*, reuersis *C* || habebit liberos *C*, et liberos habebit *Inst.* || 17 quo *Goeschen*, quod *C, conf.* C^a *pag. 293 inf.* || 19 dicemus *C*, dicimus *Inst.* || potestatem quoque C^n, ius quoque potestatis *Inst.* || 22 uirgines *Goeschen*, uirgine *C* || 23 *uerba* in Latinas regiones *ex glossemate irrepsisse censet Mommsen* || 24—25 *conf.* C^{as} || 24 qui iussu *Goeschen*, quiusu *C*.

132 *Praeterea* emancipatione desinunt liberi in potestate parent*u*m esse. se*d* filius quidem tribu*s* mancipationibus, ceteri uero li*b*eri, siue masculini sexus siue feminini, una mancipatione exeun*t* de parent*u*m potestate; lex enim XII tabularum tantum in persona fil*i*i de tribus mancipationibus loquitur h*is* uerbis SI PATER FILIVM ⟨*TER*⟩ VENVM DV*IT*, A PATRE FILIVS LIBER ESTO. *eaque* res ita agitur: mancipat pater filium alicui; is eum uindicta manumittit; eo facto reuertitur in potestatem patris; is eum iterum mancipat uel eidem uel alii (se*d* in usu est eidem mancipari) isque eum postea similiter uindicta manumittit; eo facto rursus in potestatem patris *r*euertitur; tertio pater eum mancipat uel eidem uel al*i*i (se*d* hoc in usu est, ut eide*m* mancip*etur*), *eaque* mancipatione *d*esini*t i*n p*o*tes*t*ate patris ess*e*, e*t*iamsi nondum manumissus sit se*d* adhuc in causa mancip*i*i. || si ———— pag. 36

———————————— | ————————

———————————— missi —— | — *(3 uersus in C legi*

132a *nequeunt)* ———————————— |

———————————— patrono in bonis lib*erti* | ——

(3 uersus in C legi nequeunt)

———————————— |

———————————— *feminae una* | manci-

§ 132 usque ad 2 *esse* = Inst. 1, 12, 6.

1 praeterea *suppleuit Lachmann ex Inst.* || emancipatione *C*, emancipatione quoque *Inst.* || potestate *Inst.*, potestatem *C* || 2 parentum *Inst.*, parentem *C*, *conf. Ca pag. 305 inf.* || 4 exeun *C* || parentium *C* || 6—7 *conf. Cas* || 6 ter *Vlpianus* 10, 1, *om. C* || uenum du(it) a patre filius *C*?, uenundauit filius a patre *codex Vaticanus Vlpiani l. l.* || 11—14 *conf. Cas* || 12 reuertitur] fueri reuertitur *C ex glossemate (conf. Ca pag. XXXII inf.)* || 13 eidem *Goeschen*, eide *C* || 13. 14 *suppleuit Hollweg ad codicis C ductus* || 15—*pag.* 32 *uers.* 2 *conf. Cas* || 15 *seqq. post ea, quae in fine codicis C paginae 35 leguntur, Gaius primum dixerit oportet: filium ab eo manumissum, apud quem in tertia mancipatione est, sui iuris fieri. Deinde de iis egisse Gaium iam Goeschen coniecit, quae in Epit. 1, 6 § 3 med. hoc modo leguntur:* Tamen cum tertio mancipatus fuerit filius a patre naturali fiduciario patri, hoc agere debet naturalis pater, ut ei a fiduciario patre remancipetur et a naturali patre manumittatur, ut si filius ille mortuus fuerit, ei in hereditate naturalis pater, non fiduciarius, succedat. *cui rei conuenit quod in pag.* 31, 19 *dictum uidetur fuisse, ei, qui liberum caput e causa mancipii manumittit, eadem iura in eius bonis competere, quae* patrono in bonis liberti *competunt* || 21 *fin. suppleri poterat ex Epit. l. l., ubi comprehensis cum feminarum mentione nepotibus masculis [de quibus sine dubio etiam Gaius egerat] haec leguntur:* Feminae uel nepotes masculi ex filio una emancipatione

patione exeunt de patris pote*state*——————|————
————manumissae fuerint s——————|————

——————————————————————

——————————————————————

133 ——————————*Admonendi autem sumus liberum esse arbitrium ei qui filium et ex eo nepotem in potestate habebit, filium quidem de potestate dimittere, nepotem uero in potestate retinere; uel ex diuerso filium quidem in potestate retinere, nepotem uero manumittere, uel omnes sui iuris efficere. eadem et de pronepote dicta esse intellegemus.* ——————

134 ——————————————————————

——————————————————————||

et duae intercedentes manumissiones proinde fiunt, ac fieri pag.37 solent, cum ita eum pater de potestate dimittit, *ut* sui iuris effici*a*tur. deinde aut patri remancipatur, et ab eo is qui adoptat, uindicat *a*pu*d* praetorem filium suum esse, et illo contra non uin*di*cante ⟨*a*⟩ praetore uindicanti filius addicitur; aut non remancipat*ur* patri, *sed* ab eo uindicat is qui adop*tat*, *apud* que*m in* te*r*tia mancipatione est; se*d* sane

§ 133 = Dig. 1, 7, 28; Inst. 1, 12, 7.

de patris uel aui exeunt potestate et sui iuris efficiuntur. Et hi ipsi quamlibet una mancipatione de patris uel aui potestate exeant, nisi a patre fiduciario remancipati fuerint et a naturali patre manumissi, succedere eis naturalis pater non potest, nisi fiduciarius, a quo manumissi sunt⟨, hereditatem repudiauerit aut decesserit *uel similia addit Krueger*⟩. Nam si remancipatum eum sibi naturalis pater uel auus manumiserit, ipse ei in hereditate succedit.

1—2 *(post* pote*state) forma Gaiana e. g. haec fuisse potest:* et si ex ea mancipatione **manumissae fuerint,** sui iuris efficiuntur. || 5—10 (Admonendi — intellegemus), *quorum uerborum nec uola nec uestigium in codicis C pagina 36 dispici potest (conf.* C[as]*) ex Dig. (ubi* »Gaius lib. I Inst.« *laudatur) et Inst. in posteriore huius paginae parte inserenda esse intellexit Goeschen* || 5. 6 Admonendi autem sumus liberum esse arbitrium *Inst.*, Liberum arbitrium est *Dig.* || 6 nepotem *Dig.*, nepotem uel neptem *Inst.* || 7 de potestate *Inst.*, potestate *Dig.* || uero *Dig.*, uero uel neptem *Inst.* || 8 uel *Dig.*, et *Inst.* || 9 uero *Dig.*, uero uel neptem *Inst.* || 9 uel — 10 intellegemus *Dig.*, eadem et de pronepote uel pronepte dicta esse intellegantur, uel omnes sui iuris efficere *Inst.* || 13 *ante* et duae *praecessisse tale quid:* Praeterea parentes, liberis in adoptionem datis, in potestate eos habere desinunt. et in filio quidem, si in adoptionem datur, tres mancipationes *censuit Goeschen* || 14 ut *Goeschen,* aut *C* || 15 efficiatur *Goeschen,* efficiantur C[n], *conf.* C[a] || 16 apud *Goeschen*, aaput *C* || 17 uindicante a *Goeschen,* uincante *C.*

commodius est patri remancipari. In ceteris uero libero-
rum personis, seu masculini seu feminini sexus, una sci-
licet mancipatio sufficit, et aut remancipa*n*tur parenti aut
non remancipa*n*tur. Eadem et in prouinciis apu*d* praesidem
135 prouinciae solent fieri. Qui ex filio semel iterumue manci-
pato conceptus est, licet post tertiam mancipationem patris
sui nascatur, tamen in aui potestate est, et ideo ab eo et
*e*mancipari et in adoptionem dari potest. A*t* is qui ex eo
filio conceptus est qui in tertia mancipatione est, non nasci-
tur in aui potestate. se*d* eum Labeo quidem existimat *i*n
eiusdem mancipio esse cuius et pater sit; utimur autem
hoc iure, ut quamdiu pater eius in mancipio sit, pendeat
ius eius; et siquide*m* pater eius ex mancipatione manu-
missus erit, cad*a*t in e*i*us potestatem; si uero is dum in
135a mancipio sit, de||cesserit, sui iuris fiat. | Eadem scilicet —— pag. 38
——————————|——————————
—————————— *nam* | ut supra diximus, quod in
filio faciunt tres manci|pationes, hoc facit una mancipatio
136 in nepote. ——|——————————
——————|——————————
——————|——————————Maxi-
mi et | Tuberonis cautum est, ut haec quod ad sacra
tantum uideatur in manu esse, quod uero ad ceteras cau-
sas p*r*oinde habeatur, a*t*que si in manum non conuenisset.|
——————————|——
—— potestate parentis liberantur; nec in|terest an in uir*i*
sui manu si*n*t an extranei, quamuis hae sol*a*e loco filiarum

§ 135a *supra*] §§ 132. 134.

3 remancipantur *Goeschen*, remancipatur C[n] *(uix recte)* || 4 remancipantur *Scheurl*, remancipatur *C (uix recte)* || 8 emancipari *Huschke*, mancipari *C* || 10 in *Goeschen*, ion *C* || 14 cadat *Boecking*, cadit *C* || eius *Goeschen*, eus *C* || 15—17 *talia fere sententiarum nexus flagitare uidetur, quibus similia iam Huschke proposuit:* Eadem scilicet dicemus de eo qui ex nepote semel mancipato necdum manumisso conceptus fuerit. nam ut supra etc.; *conf. C*[a] || 19—21 *haec fere ad sensum, non ad ductus suppleri posse censet Krueger:* Praeterea mulieres quae in manum conueniunt, in patris potestate esse desinunt. sed in confarreatis nuptiis de flaminica Diali *(de hac cogitauit iam Goeschen)* senatusconsulto ex relatione Maximi etc. || 25 (*post* conuenisset) *haec sententia expressa aliquo modo fuit:* Coemptione autem facta mulieres omni modo potestate etc. *(spatium in C paulo plura extitisse docet)* || 26 uiri *Goeschen*, uiriri *C* || 27 sint *Goeschen*, sit *C*.

137 habea*n*tur, quae in uiri ma|nu *su*nt. ———————
———————————|———————————
——————————|———————————
——————|——*mancipatio*ne desinunt in manu esse,
et si ex ea mancipatione manumissa*e* fuerint, sui iur*i*s
137a ef|fici*untur*. ————— quae —————|
——————————— cogere coem*pti*|onato-
rem *potest*, ut *se* re*mancip*et, cui ipsa uel|it———
nihil*o* magis potest cogere, || quam et filia patrem. se*d* pag. 39
filia quidem nullo modo patrem potest *c*ogere, etiamsi
adoptiua sit; haec autem ⟨*uirum*⟩ repudio misso proinde
co*n*pellere potest, atque si ei numquam nupta fuisset.
138 *I*i qui in causa mancipii sunt, quia seruorum loco
ha*b*entur, uindicta, censu, testamento manumis*s*i sui iuris
139 fiunt. Nec tamen in hoc casu lex Aelia Sentia locum habet.
itaque nihil requirimus, cuius aetatis sit is qui manumittit
et qui manumittitur; ac ne illu*d* quidem, an patronum cre-
ditoremue manumissor habeat. ac ne numerus quidem leg*e*
140 Fufia Caninia finitus in his personis locum habet. Quin
etiam inuito quoque eo cuius in mancipio sunt, censu liber-
tatem consequi possunt, excepto eo quem pater ea lege
mancipio dedit, ut sibi remancipetur; nam quodammodo
t*u*nc pater potestatem propriam reseruare si*b*i uidetur
eo ipso, quo*d* mancipio recipit. ac ne is quidem dici-
tur inuito eo cuius in mancipio est, censu libertatem
consequi, quem pater ex noxali causa [mancipio dedit], ueluti
quod furti eius nomine damnatus est, [et eum] mancipio
141 actori dedit; nam hunc actor pro pecunia habet. In summa
admonendi sumus aduersus eos quos in mancipio habemus,

1 habeantur *Goeschen*, habeatur *C* || 1—4 *eorum, quae post* sunt *extabant, duce ex parte Huschkio hanc fere sententiam fuisse opinatur Krueger:* In manu autem esse mulieres desinunt isdem modis, quibus filiae familias potestate patris liberantur; sicut igitur filiae familias una mancipatione de potestate patris exeunt, ita eae quae in manu sunt, una mancipatio*n*e **desinunt in manu esse** etc. || 5 manumissae *Huschke*, manumissa C^n, *conf.* C^a *pag. 279 uers. 10* || 6—9 *hanc fere sententiam expressisse uidetur Gaius:* Inter eam uero quae cum extraneo, et eam quae cum uiro suo coemptionem fecerit, hoc interest, quod illa quidem **cogere coem*pti*onatorem** pot*est*, ***ut*** *se* *re*mancipet, **cui ipsa uelit,** ***h*****aec** autem uirum suu*m* **nihil*o* magis** etc. || 9 nihilo *Goeschen*, nihil C^n, *conf.* C^a *pag. 281* || 10 cogere *Goeschen*, gogere *C* || 11 uirum *ante* proinde *addit Goeschen* || 14 *conf.* C^a || manumisi C^n, *conf.* C^a *pag. 279* || 18 lege Fufia Caninia *Mommsen*, legis fuf. can. C^n *(conf.* C^a *pag. 275 seqq.)* || 24 quod *Goeschen*, quo *C*, *conf.* C^a *pag. 295* || 26 *et* 27 *uerba uncis inclusa expulit Mommsen.*

nihil nobis || contumeliose facere licere; alioquin iniuriarum pag.40
tenebimur. ac ne diu quidem in eo iure detinentur homines, sed plerumque hoc fit dicis gratia uno momento, nisi scilicet ex noxali causa mancipentur.

142 Transeamus nunc ad aliam diuisionem. nam ex his personis quae neque in potestate neque in manu neque in mancipio sunt, quaedam uel in tutela sunt uel in curatione, quaedam neutro iure tenentur. uideamus igitur quae in tutela, quae in curatione sint; ita enim intellegemus cete-
143 ras personas quae neutro iure tenentur. Ac prius dispiciamus de his quae in tutela sunt.

144 Permissum est itaque parentibus, liberis quos in potestate sua habent, testamento tutores dare: masculini quidem sexus inpuberibus, ⟨*feminini autem sexus cuiuscumque aetatis sint, et tum quo*⟩que cum nuptae sint. ueteres enim uoluerunt feminas, etiamsi perfectae aetatis sint, propter animi
145 leuitatem in tutela esse. Itaque si quis filio filiaeque testamento tutorem dederit, et ambo ad pubertatem peruenerint, filius quidem desinit habere tutorem, filia uero nihilo minus in tutela permanet; tantum enim ex lege Iulia et Papia Poppaea iure liberorum tutela liberantur feminae. loquimur autem || exceptis uirginibus Vestalibus, quas etiam pag.41
ueteres in honorem sacerdotii liberas esse uoluerunt, ita-
146 que etiam lege XII tabularum cautum est. Nepotibus autem neptibusque ita demum possumus testamento tutores dare, si post mortem nostram in patris sui potestatem [iure] recasuri non sint. itaque si filius meus mortis meae tempore in potestate mea sit, nepotes ex eo non poterunt ex testamento

§ 142 = Inst. 1, 13 pr. || § 143 = Inst. 1, 13 pr. || § 144 usque ad 13 *dare* fere = Inst. 1, 13, 3 || § 146 = Inst. 1, 13, 3.

1 alioquin *Goeschen*, aliquoquin *C* || iniuriarum] iniuriarumc (*i. e.* causa?) *C* || 3 gratia uno momento *Goeschen*, gratiamuncnomento *C* || 4 scilicet *C*, *conf.* C^a *pag. 302* || mancipentur *Goeschen*, manciparentur *C* || 8—9 quae in tutela quae in curatione sint *C*, de his quae in tutela uel in curatione sunt *Inst.* || 9 intellegemus *Inst.*, intellegimus *C* || ceteras *Inst.*, de ceteris *C* || 13 sua *C*, *om. Inst.* || testamento tutores *Inst.*, testamentores C^n || 14—15 ⟨ ⟩ *ut sententia suppleretur, e. g. additum est* || 18 pubertate *C* || 19 habere *Goeschen*, haberet *C* || 21 Poppaea *Goeschen*, popeia *C* || 23 honorem *Goeschen*, honores *C*, *conf.* C^a *pag. 298* || 24 lege *Goeschen*, legi *C*, *conf.* C^a *pag. 276* || autem *C*, tamen *Inst.* || 25 testamento *Inst.*, testes *C*, *conf.* C^a *pag. 307 inf.* || iure *C*, *om. Inst.* || recasuri non sint C^n, non sint recasuri *Inst.* || 28 ex eo *Inst.*, quos ex eo *C*, quos ex eo ⟨habeo⟩ *Goeschen* || poterunt *Inst.*, potesint *C* || ex testamento C^n, testamento *Inst.*

meo habere tutorem, quamuis in potestate mea fuerint;
scilicet quia mortuo me in patris sui potestate futuri
147 *su*nt. Cum tamen in co*n*pluribus aliis causis postumi pro
iam natis habeantur, et in hac causa placuit non minus
postumis quam iam natis testamento tutores dari posse, si
modo in ea causa sint, ut si *u*iuis nobis nasc*a*ntur, in po-
testate nostra fiant. hos ⟨*enim*⟩ etiam heredes instituere
possumus, cum extraneos postumos heredes instituere
148 permissum non s*i*t. ⟨*Vxori*⟩ quae in manu est, proinde ac
filiae, item nurui quae in fili*i* manu est, proinde ac
149 n*e*pti tutor dari potest. Rectissime autem tutor sic dari
potest L. TITIVM LIBERIS MEIS TVTOREM D*O*. sed et si ita scrip-
tu*m* sit LIBERIS ME*I*S uel VXORI MEAE TITIVS TVTOR ESTO, recte
150 datus intellegitur. In persona tamen || uxoris quae in manu pag. 42
est, rece*p*ta est etiam tutoris optio, id est ut liceat ei per-
mittere quem uelit ipsa tutorem sibi optare, hoc modo TI-
TIAE VXORI MEAE TVTORIS OPTIONEM DO. quo casu licet uxori
⟨*tutorem optare*⟩ uel in omnes res uel in unam forte aut
151. 152 duas. Ceterum aut plena optio datur aut angusta. plena
ita dari solet, ut prox*im*e supra diximus. angusta ita dari
solet TITIAE VXORI MEAE *TVTORIS OPTIONEM DVMTAXAT* SEMEL DO,
153 aut DVMTAXAT BIS DO. Quae optiones plurimum inter se dif-
fer*u*nt. nam qu*ae* plenam optionem habet, potest semel et
bis et ter et saepius tutorem optare; quae uero angus*tam*
habet optionem, si dumtaxat semel data est optio, amplius
quam semel optare non pote*st*; si *dumtaxat* bis, amplius
154 quam *b*is optandi facultatem non habe*t*. Vocantur autem

§ 147 usque ad 7 *fiant* = Inst. 1, 13, 4.

1 habere tutorem *C*, tutorem habere *Inst.* || 2 potestate futuri *C*ⁿ, potestatem recasuri *Inst.* || 3 sunt *Inst.*, sint *C* || tamen *C*, autem *Inst.* *(paulo tolerabilius, conf. ad pag.* 35, 24*)* || 4 habeantur *C*, habentur *Inst.* || 6 nascantur *Goeschen*, nascuntur *C*, nascerentur, sui et *Inst.* || 7 fiant *C*, fierent *Inst.* || enim *add. Huschke*, *om. C*, *conf. C*ᵃ *pag.* 281 *uers.* 20 || 9 sit *Goeschen*, sint *C* || uxori *addidit Savigny* || ac *Goeschen*, ac si *C* || 10 filii *Goeschen*, filia *C* || 11 neepti *C* || 12 DO *Goeschen*, dolic·tut do *C* *(conf. C*ᵃ *pag.* 275 *uers.* 28*)* || 13 MEIS *Goeschen*, meois *C* || 15 recepta *Goeschen*, rececta *C* || 16 ipsèa *(sic)* *C* || titiae *ex* tutiae *correctum C* || 18 ⟨ ⟩ *add. Lachmann* || 20 proxime *Hollweg*, proximumae *C* || 21 TVTORIS OPTIONEM DVMTAXAT *Huschke*, dumtaxat tutoris optionem *C*ⁿ || 22 differunt *Goeschen*, differant *C* || 24 bis *ex* uis *correctum C*¹ || angustam *Goeschen*, angus *C* || 26 potest *Goeschen*, poteñ *C*, *conf. C*ᵃ *pag.* 266 || dumtaxat] tatum *C*, tantum *Goeschen*, *conf. C*ᵃ *pag.* 264 || 27 habet *Goeschen*, habetis *C*.

hi qui nominatim testamento tutores dantur, datiui; qui ex
optione sumuntur, optiui.
155 Quibus testamento quidem tutor datus non sit, iis ex
lege XII ⟨*tabularum*⟩ agnati sunt tutores, qui uocantur legi-
156 timi. Sunt autem agnati per uirilis sexus personas co-
gnatione iuncti, quasi a patre cognati, ueluti frater eodem
patre natus, fratris filius neposue ex eo, item patr*u*us et
patrui || filius et nepos ex eo. at hi qui per feminini sexus pag. 13
personas cognatione coniunguntur, non sunt agnati, sed
alias naturali iure cognati. itaque inter auunculum et so-
roris filium non agnatio est, sed cognatio. item amitae,
materterae filius non est mihi agnatus, se*d* cognatus, et in-
uicem scilice*t* e*g*o illi eodem iure coniungor, quia qui na-
157 scuntur, patris, non matris familiam secuntur. *Et* olim
quidem, quantum ad legem XII tabularum attinet, etiam
femin*a*e agnatos habebant tutores. se*d* postea lex Claudia
lata est, quae qu*od* ad feminas attinet, ⟨*agnatorum*⟩ tutelas
sustulit; itaque masculus quidem inpubes fratrem pu*b*erem
aut patr*u*um habet tutorem, femina uero talem habere tu-
158 torem non potest. Se*d* *a*gnationis quidem ius *c*api*t*is *de*-
minutione perimitur, cognationis uero ius eo modo non
commutatur, quia ciuilis rati*o* ciuilia qu*i*d*e*m iura corrum-
159 pere potest, naturalia uero non potest. Est autem *c*apitis
*d*eminutio prioris *status* permutatio. eaque tribus modis
accidit: nam aut maxima est capitis *d*emi*nutio*, aut minor,

§ 155 fere = Inst. 1, 15 pr. || § 156 usque ad 8 *ex eo* = Dig. 26, 4, 7; usque ad 10 *itaque* et inde ab 11 *amitae* fere = Inst. 1, 15, 1 || § 158 fere = Inst. 1, 15, 3 || § 159 = Inst. 1, 16 pr.

1 testamento *Goeschen*, testament *C, conf. Cᵃ pag. 305 med.* || 4 XII· *C (conf. Cᵃ pag. 304 uers. 4)*, duodecim tabularum *Inst.* || 5 per uirilis sexus personas cognatione iuncti *Cⁿ*, per uirilis sexus cognationem coniuncti *Inst.*, qui per uirilis sexus personas cognatione iuncti sunt *Dig.* || 8 et nepos *C*, neposue *Dig. Inst.* || hi qui *C*, qui *Inst.* || 9 coniunguntur *C*, iunguntur *Inst.* || 12 materterae *C;* tuae *Inst.*, *quae* meae *pro* materterae *uocabulo (ex glossemate nato?) scribendum esse suadent* || 13 scilicet *Inst.*, scilicetsic *C, conf. Cᵃ pag. 302* || ego *Goeschen*, eo *C* || 14 et *Mommsen*, Sed *C* || 17 quod *Goeschen*, que *Cⁿ*, *conf. Cᵃ pag. 294 inf.* || agnatorum *addidit Goeschen* || 22 ratio *Inst.*, ratione *C (conf. Cᵃ)* || quidem *Inst.*, quedam *C, conf. Cᵃ pag. 296 inf.* || 23 non potest *C*, non utique *Inst.* || 24 status *Inst. et Gaius in Dig. 4, 5, 1 et Boeth. ad Top. 4, 18 (pag. 302 ed. Baiter)*, capitis *C* || permutatio *C*, commutatio *Inst.* || 25 diminutio *Goeschen*, dimidia *C, conf. Cᵃ pag. 274.*

160 quam quidam mediam uocant, aut minima. Maxima est *c*apitis *d*eminutio, cum aliquis simul et ciuitatem et libertatem amittit; quae accidit incensis, qui ex forma censua||li pag.44
uenir*e* iu*b*entur; quod ius p——————————————|———
———————————————— ex leg*e* ——|————
qui contra eam legem in urbe Roma do|micilium habuerint; item feminae, quae ex senatusconsulto Claudiano ancillae fiunt eorum dominorum, quibus inuitis et denun-
161 tiantibu*s* cum seruis eorum coierint. Minor siue media est *c*apitis *d*em*inutio*, cum ciuitas amittitur, libertas retin*e*tur; quod accidit ei cui aqua et igni interdictum fuerit.
162 Minima est capitis *d*eminutio, cum et ciuitas et libertas retin*e*tur, sed status hominis co*m*mutatur; quod accidit in his qui adoptantur, item in his quae coemptionem faciunt, et in his qu*i* mancipio dantur quique ex mancipatione manumittuntur; adeo quidem, ut quotiens quisque mancipetur
163 aut manumittatur, totiens capit*e* *d*eminu*a*tur. Nec solum maior*ibus* ⟨*capitis*⟩ *d*eminutionibus ius *a*gn*a*tionis corrumpitur, se*d* etiam minima; et ideo si ex duobu*s* liberis alterum pater emancipauerit, post obitu*m* eius neuter alteri
164 agnationis iure tutor esse poterit. Cum autem ad agnatos tutela pertineat, non simul ad omnes pertinet, se*d* ad eos tantum qui proximo gradu sunt. ||

§ 160 usque ad 3 *amittit* = Inst. 1, 16, 1 || § 161 = Inst. 1, 16, 2 || § 162 usque ad 14 *qui* = Inst. 1, 16, 3 || § 164 = Inst. 1, 16, 7.

4 ueniri C || *post* ius *quid dictum fuerit, nescimus; sane uix apte huc trahi uidetur sanctio legis Aeliae Sentiae de iis qui peregrinorum dediticiorum numero sint proposita (§ 27): nam hoc loco non de iis agitur, qui in urbe Roma uel intra centesimum miliarium contra eam legem commorentur, sed de iis qui domicilio ibi collocato legem uiolauerint; nec uero consilio legis Aeliae Sentiae consentaneum uidetur eos solos poenae subici, qui in urbe Roma uel intra centesimum miliarium domicilium collocauerint. Mommsen, cum* morandi *uocabulum, ut* degendi *et* consistendi, *ad domicilium pertinere possit (conf. Dig. 50, 16, 239, 2), supplet:* **quod ius** proprie hodie in usu non est; sed libertatem poenae causa hodie amittunt **ex** lege Aelia Sentia qui dediticiorum numero sunt, si **qui contra eam legem in urbe Roma domicilium habuerint** || 8 denuntiantibus] denuntiantibus dominis C *(ex glossemate)* || 10 deminutio *Inst.*, dimidia *C*, *conf.* *C*[a] *pag. 274* || ciuitas amittitur libertas *C*, ciuitas quidem amittitur libertas uero *Inst.* || retinetur *Inst.*, retineretur *C* || 12—13 retinetur *Inst.*, retineretur *C* || 15 qui *Goeschen*, qua *C*, *conf.* *C*[a] *pag. 293 uers. 2* || 17 diminuatur *Goeschen*, diminuantur *C* || 18 maioribus *Goeschen*, maiore *C* || capitis *add. Huschke*, *om. C*, *conf.* *C*[a] *pag. 274 uers. 29* || agnationis *Goeschen*, adgnitionis *C*.

164a (*4 uersus in C legi nequeunt*) pag.4
———————————————————— urbe 8
(*2 uersus in C legi nequeunt*)
————————————————————
——— in urbe Roma ————————————
———— itaque ut seru——— est ————————
————————————————————
———————— sunt ———————
(*2 uersus in C legi nequeunt*)
————————————————————
———————————————— esse ———
— simile ——————————————————
————————————————————
——————————.

165 Ex eadem lege XII tabularum liber*t*arum et inpuberum liber*t*orum tutela ad patronos liberosque eorum pertinet. quae et ipsa tutela legitima uocatur, no*n quia nominatim* ea lege de hac tutela c*auetur*, *sed* quia proinde accepta est per interpretationem, a*t*que si uerbis legis *introduc*ta esset. eo enim ipso, *quod* h*ereditat*es libertorum libertarumque, si ‖ in*t*estati decessissent, iusserat lex ad patronos liberosue pag.4 eorum pertinere, crediderunt ueteres uoluisse legem etiam tutelas ad eos pertinere, quia et agnatos quos ad hereditatem uocauit, eosdem et tutores esse iusserat.

166 Exemplo patronorum rec*e*ptae ⟨*sunt et aliae tutelae, quae* 9 *et ipsae legitimae uocantur. nam si quis filium nepotemue ex filio et deinceps inpuberes, aut filiam neptemue ex filio et deinceps tam puberes quam inpuberes alteri ea lege mancipio dederit, ut sibi remanciparentur, remancipatosque manumiserit, legitimus*

---

§ 165 = Inst. 1, 17 ‖ § 166 usque ad 25 *inpuberes* et inde ab 27 *legitimus* usque ad 40, 1 *erit* fere = Inst. 1, 18.

---

1 *uerisimiliter coniecit Hollweg Gaium de legitima gentilium tutela egisse atque hunc locum eum esse, ad quem lector a Gaio 3, 17 remittitur; quid deinceps secutum sit, nescitur* ‖ 13—14 liberarum et inpuberum liberorum *C*, libertorum et libertarum *Inst.* ‖ 15 tutela legitima *C*, legitima tutela *Inst.* ‖ 15—18 *supplementa praebuerunt Inst.* ‖ 16 proinde *C*, perinde *Inst.* ‖ 17 introducta *Inst.*, accepta *C* ‖ 19 intestati *Inst.*, initestati *C* ‖ 21 quia *C*, cum *Inst.* ‖ 22 uocauit *C*, uocat *Inst.* ‖ iusserat *C*, iussit *Inst.* ‖ 23 receptae *Lachmann*, rectae *C* ‖ 23—40, 1 ⟨⟩ *hoc fere supplementum et Inst. 1, 18 et res ipsa flagitant; parentis enim manumissoris tutela fiduciariis non solet adnumerari. uerba ipsa partim ad Inst. partim ad Gai. 1, 172 composita sunt.*

160 quam quidam mediam uocant, aut minima. Maxima est
capitis deminutio, cum aliquis simul et ciuitatem et liber-
tatem amittit; quae accidit incensis, qui ex forma censua‖li pag.44
uenire iubentur; quod ius p————————————|———
——————————————— ex lege ——|———
qui contra eam legem in urbe Roma do|micilium habue-
rint; item feminae, quae ex senatusconsulto Claudiano
ancillae fiunt eorum dominorum, quibus inuitis et denun-
161 tiantibus cum seruis eorum coierint. Minor siue media
est capitis deminutio, cum ciuitas amittitur, libertas retine-
tur; quod accidit ei cui aqua et igni interdictum fuerit.
162 Minima est capitis deminutio, cum et ciuitas et libertas re-
tinetur, sed status hominis commutatur; quod accidit in his
qui adoptantur, item in his quae coemptionem faciunt, et
in his qui mancipio dantur quique ex mancipatione manu-
mittuntur; adeo quidem, ut quotiens quisque mancipetur
163 aut manumittatur, totiens capite deminuatur. Nec solum
maior*ibus* ⟨*capitis*⟩ deminutionibus ius agnationis corrum-
pitur, sed etiam minima; et ideo si ex duobus liberis al-
terum pater emancipauerit, post obitum eius neuter alteri
164 agnationis iure tutor esse poterit. Cum autem ad agna-
tos tutela pertineat, non simul ad omnes pertinet, sed ad
eos tantum qui proximo gradu sunt. ‖

§ 160 usque ad 3 *amittit* = Inst. 1, 16, 1 ‖ § 161 = Inst. 1, 16, 2 ‖ § 162 usque ad 14 *qui* = Inst. 1, 16, 3 ‖ § 164 = Inst. 1, 16, 7.

4 ueniri *C* ‖ *post* ius *quid dictum fuerit, nescimus; sane uix apte huc trahi uidetur sanctio legis Aeliae Sentiae de iis qui peregrinorum dediticiorum numero sint proposita (§ 27): nam hoc loco non de iis agitur, qui in urbe Roma uel intra centesimum miliarium contra eam legem commorentur, sed de iis qui domicilio ibi collocato legem uiolauerint; nec uero consilio legis Aeliae Sentiae consentaneum uidetur eos solos poenae subici, qui in urbe Roma uel intra centesimum miliarium domicilium collocauerint. Mommsen, cum* morandi *uocabulum, ut* degendi *et* consistendi, *ad domicilium pertinere possit (conf. Dig. 50, 16, 239, 2), supplet:* **quod ius** proprie hodie in usu non est; sed libertatem poenae causa hodie amittunt **ex lege** Aelia Sentia qui dediticiorum numero sunt, si **qui contra eam legem in urbe Roma domicilium habuerint** ‖ 8 denuntiantibus] denuntiantibus dominis *C (ex glossemate)* ‖ 10 deminutio *Inst.*, dimidia *C, conf. C*[a] *pag. 274* ‖ ciuitas amittitur libertas *C*, ciuitas quidem amittitur libertas uero *Inst.* ‖ retinetur *Inst.*, retineretur *C* ‖ 12—13 retinetur *Inst.*, retineretur *C* ‖ 15 qui *Goeschen*, qua *C, conf. C*[a] *pag. 293 uers. 2* ‖ 17 diminuatur *Goeschen*, diminuantur *C* ‖ 18 maioribus *Goeschen*, maiore *C* ‖ capitis *add. Huschke, om. C, conf. C*[a] *pag. 274 uers. 29* ‖ agnationis *Goeschen*, adgnitionis *C.*

164a (*4 uersus in C legi nequeunt*) pag.45

———————————————————— urbe

(*2 uersus in C legi nequeunt*)

————————————————————

——— in urbe Roma ———————————

——— itaque ut seru ——— est ———————

————————————————————

———————— sunt ———————

(*2 uersus in C legi nequeunt*)

————————————————————

———————————————— esse ———

— simile ——————————————

————————————————————

——————————.

165 Ex eadem lege XII tabularum liber*t*arum et inpuberum liber*t*orum tutela ad patronos liberosque eorum pertinet. quae et ipsa tutela legitima uocatur, no*n quia nominatim* ea lege de hac tutela ca*uetur*, *sed* quia proinde accepta est per interpretationem, a*t*que si uerbis legis *introduc*ta esset. eo enim ipso, *quod* h*ereditat*es libertorum libertarumque, si || in*t*estati decessissent, iusserat lex ad patronos liberosue pag.46 eorum pertinere, crediderunt ueteres uoluisse legem etiam tutelas ad eos pertinere, quia et agnatos quos ad hereditatem uocauit, eosdem et tutores esse iusserat.

166 Exemplo patronorum rec*eptae* ⟨*sunt et aliae tutelae, quae et ipsae legitimae uocantur. nam si quis filium nepotemue ex filio et deinceps inpuberes, aut filiam neptemue ex filio et deinceps tam puberes quam inpuberes alteri ea lege mancipio dederit, ut sibi remanciparentur, remancipatosque manumiserit, legitimus*

§ 165 = Inst. 1, 17 || § 166 usque ad 25 *inpuberes* et inde ab 27 *legitimus* usque ad 40, 1 *erit* fere = Inst. 1, 18.

1 *uerisimiliter coniecit Hollweg Gaium de legitima gentilium tutela egisse atque hunc locum eum esse, ad quem lector a Gaio 3, 17 remittitur; quid deinceps secutum sit, nescitur* || 13—14 liberarum et inpuberum liberorum *C*, libertorum et libertarum *Inst.* || 15 tutela legitima *C*, legitima tutela *Inst.* || 15—18 *supplementa praebuerunt Inst.* || 16 proinde *C*, perinde *Inst.* || 17 introducta *Inst.*, accepta *C* || 19 intestati *Inst.*, initestati *C* || 21 quia *C*, cum *Inst.* || 22 uocauit *C*, uocat *Inst.* || iusserat *C*, iussit *Inst.* || 23 receptae *Lachmann*, rectae *C* || 23—40, 1 ⟨⟩ *hoc fere supplementum et Inst. 1, 18 et res ipsa flagitant; parentis enim manumissoris tutela fiduciariis non solet adnumerari. uerba ipsa partim ad Inst. partim ad Gai. 1, 172 composita sunt.*

166ª *eorum tutor erit.*⟩ [DE FIDVCIARIA *TVTELA*.] Sunt et aliae
tutelae, quae fiduciariae uocantur, id est quae ideo nobis
co*n*petunt, quia liberum caput mancipatum nobis uel a
167 parente uel a coemptionatore manumiserimus. Se*d* Lati-
narum et Latinorum i*n*puberum *tute*la non omni modo ad
manumissores *e*orum pertinet, sed ad eos quorum ante
manumissionem ⟨*ex iure Quiritium fuerunt; unde si ancilla*⟩
ex iure Quiritium tu*a* sit, in bonis mea, a me quidem
solo, non etiam a te manumissa, Latina fieri potest, et
bona eius ad me pertinent, se*d* eius *tu*tela ti*b*i co*n*petit;
nam ita lege Iunia cauetur; itaque si ab eo cuius et in
bonis et ex i*ure* Qu*iritium* ancilla fuerit, facta sit Latina,
ad eundem et bona et tutela pertine*n*t.
168 Agnatis et patronis et liberorum capitum manumisso-
ribus permissum est feminarum tutelam alii in iure ce-
dere; pupillorum autem tutelam non est permissum cedere,
quia non uidetur one||rosa, cum tempore pubertatis finiatur. pag. 47
169 Is autem cui ceditur tutela, cessicius *tu*tor uocatur;
170 quo mortuo aut *c*apite deminuto reuertitur ad eum tutorem
tutela qui cessit; ipse quoque qui cessit si mort*u*us aut
*c*apite d*e*minutus sit, *a* cessic*io* tutela discedit et reuertitur
ad eum qui post eum qui cesserat, secundum gradum in
171 ea tutela habueri*t*. se*d* quantum ad agnatos pertinet, nihil
hoc tempore de cessicia tutela qu*a*eritur, cum agnatorum
172 tutelae in feminis lege Claudia sublatae sint. sed fidu-
ciarios quoque quidam puta*u*erunt cedendae tutelae ius
non habere, cum ipsi se oneri subiecerint. quod etsi pla-
ceat, in parente tamen qui filiam neptemue aut proneptem
alteri ea lege mancipio dedit, ut sibi remanciparetur, re-
mancipatamque manumisit, idem dici non debet, cum is
et legitimus tutor habeatur, et non minus huic quam pa-
tronis honor praestandus *sit*.
173 Praeterea senatusconsulto mulieribus permissum est in
absentis tutoris locum alium petere; quo petito prior de-

1 *rubrica falso loco in C scripta est, conf.* Cª || 6 eorum] liueris ineorum *an* liuerti ineorum? *C (ex glossemate), conf.* Cªˢ || 7 ⟨ ⟩ *addidit Huschke* || 12 iure Quiritium *Goeschen*, ique *C, conf.* Cª *pag. 273 uers. 12* || 13 pertinent *Huschke*, pertinet Cⁿ || 18 tutor *Goeschen*, uocator *C* || 20 *prius* cessit *ex* cessauit *correctum*? *C* || 21 a cessicio *Goeschen*, accessio *C* || 23 habueri *C, conf.* Cª *pag. XXXII inf.* || 32 sit *Huschke*, est *C.*

174 sinit; nec interest quam longe abs*i*t is tutor. Se*d* exci-
pitur, ne in absentis patroni locum liceat libert*ae* tutorem
175 petere. Patroni ‖ autem loco habemus etiam parentem qui pag.48
ex eo, quod ipse sibi re*m*ancipatam filiam neptemue aut
proneptem manumisit, legitimam tutelam n*a*ctus est. ⟨*sed*⟩
huius quidem liberi fiduciar*i*i tutoris loco numerantur; *pa-
troni autem* liber*i* ea*n*dem tutelam adipiscuntur, quam et
176 pater eorum habuit. S*ed* aliquando etiam in patroni ab-
sentis locum p*ermitti*t*ur* tutorem petere, ueluti ad heredi-
177 tatem adeunda*m*. Idem senatus censuit et in persona pu-
178 pilli patroni fil*i*i. Nam e*t* lege Iulia de maritandis ordinibus
ei quae in legitima tutela pupilli sit, permittitur dotis con-
179 stituendae gratia a praetore urbano tutorem petere. Sane
patroni filius etiamsi inpubes sit, libertae efficiet*ur* tutor,
quamquam in nulla re auctor fieri potest, cum ipsi nihil
180 permissum sit sine tutoris auctoritate agere. Item si qua
in tutela legitima furiosi aut muti sit, permittitur ei se-
natusconsulto dotis constituendae gratia tutorem petere.
181 Quibus casibus sal*u*am manere tutelam patrono patronique
182 filio manifestum est. Praeterea senatus censuit, ut si tutor
pupilli pu*pi*ll*a*eue suspectus a tutela remotus sit, siue ex
iusta causa fuerit excusatus, in locum eius alius tutor de-
183 tur, quo facto prior tutor amittit tutelam. Haec omnia si-
militer et Romae et in pro‖uinciis obseruantur, scilicet ⟨*ut* pag.49
Romae a praetore⟩ et in prouinciis a praeside prouinciae
184 tutor p*e*t*i* *debeat*. Olim cum legis actiones in usu erant,
etiam ex illa causa tutor dabatur, si inter tutore*m* et mu-
lierem pupillum*ue* leg*e* agendum erat; nam quia ipse tut*or*
in re sua auctor esse non poterat, alius dabatur, quo auctore
legi*s* actio perageretur; qui dicebatur praetorius tut*or*, quia
a praetore urbano da*b*at*ur*. se*d* post sublatas legis actiones
quidam putant hanc speciem dandi tutoris in usu esse de-

---

1 absit] aberit *C*, afuerit *commendat Mommsen*, abierit *Polenaar* ‖ 4 remancipatam *Goeschen*, remmancipatam *C* ‖ sed *add. Polenaar*, *om. C*, *conf. Ca pag. 300 uers. 17 seqq.* ‖ 6—7 patroni autem *Goeschen*, autem patroni *C* ‖ 7 liberi eandem *Goeschen*, libere eadem *C* ‖ 9 permittitur] *conf. Ca* ‖ 11 *Kruegero § 178 uidetur post § 180 collocanda esse* ‖ et *Hollweg*, e *C* ‖ 21 pupillaeue *Goeschen*, pulleue *C* ‖ 23 amittet *an* amittit *C*, *conf. Cas* ‖ 24—25 ⟨ ⟩ *hoc uel simile supplementum commendat sententiarum conexus*; et *particula fortasse delenda est* ‖ 27 tutorem *Goeschen*, tutore *C* ‖ 28 pupillumue *Goeschen*, pupillumqe *C* ‖ legem *C* ‖ tutor *Goeschen*, tutelae? *C*, *conf. Ca pag. 309* ‖ 30 legis] legis legis *C* ‖ tutor *Goeschen*, tutelae *C*, *conf. Ca pag. 309* ‖ 31 a *Goeschen*, aut *C*, *conf. Ca pag. 312* ‖ dabatur *Goeschen*, datur *Cn*.

s*i*isse, ali*is autem* placet a*dhuc* in us*u* esse, si legitimo iudicio agatur.

185 Si cui nullus omnino tutor sit, ei datur in urbe Roma ex leg*e* Atilia a praetore u*r*bano et maiore parte tribunorum plebis, qui Atilianus tutor uocatur; in prouinciis uero a praesidibus prouinci*a*rum ⟨*ex*⟩ lege Iulia et Titia. Et ideo
186 si cui testamento tutor sub condicione aut ex die certo datus sit, quamdiu condicio aut dies pendet, tutor dari potest; item si pure datus fuerit, quamdiu nemo heres existat, tamdiu ex *h*is legibus tutor petendus est; qui desini*t* tutor esse, posteaquam aliquis ex testamento tutor esse
187 coeperit. Ab hostibus quoque tutore capto ex h*i*s legibus tutor peti debet; qui desinit tutor esse, si is qui captus est, in ciuitatem reuersus fuerit; nam reuersus recipit tutelam iure postlimin*i*i.

188 ||Ex *h*is apparet quo*t* sint species *t*utelarum. si uero pag.50
qu*a*eramus in quo*t* genera ha*e* species d*i*ducantur, longa erit disputatio; nam de ea re ualde ueteres dubita*u*erunt, nosqu*e* diligentius hunc tractatum e*x*ecuti sumus et in edicti interpretatione et in his libris quos ex Q. Mucio fecimus. hoc *t*antisper sufficit admonuisse, quod quidam quinque genera esse dixerunt, ut Q. Mucius; al*i*i tria, ut Ser. Sulpicius; al*i*i duo, ut Labeo; al*i*i tot genera esse crediderunt, quo*t* etiam species essent.

189 Sed inpu*b*eres quidem in tutela esse omnium ciuitatium iure contingit; quia id naturali ration*i* conueniens est, ut is qui perfect*ae* aetatis non sit, alterius tutela regatur. nec fere ulla ciuitas est in qua non licet parentibus liberis suis inpuberibus *testamento* tutorem dare; quamuis, ut supra

§ 185 fere = Inst. 1, 20 pr. || § 186 usque ad 11 *desinit tutor esse* fere = Inst. 1, 20, 1 || § 187 fere = Inst. 1, 20, 2 || § 189 usque ad 27 *regatur* fere = Inst. 1, 20, 6 || *supra*] § 55.

1 adhuc] athunc *C*, *conf.* *C*as || 3 urbe *C*, urbe quidem *Inst.* || 4 urbano *Inst.*, ubano *C* || 6 prouinciarum *Inst.*, prouincilarum *C* || ex *Inst.*, *om. C; ceterum conf. C*a *pag. 317 seq.* || et ideo si cui *C*, sed et si *Inst.* || 7 ex *C*, *om. Inst.* || 8 tutor *C*n, ex isdem legibus tutor *Inst.* || 9 heres *C*n, ex testamento heres *Inst.* || 10 his *Goeschen*, is *C*, isdem *Inst.* || desinit *Goeschen*, desini *C* || 13 tutor esse *C*n, esse tutor *Inst.* || 16 tutelarum *Goeschen*, instutelarum? *C*n || 17 haec *C* || deducantur *C* || 19 nosque *Lachmann*, nosqui *C*, *conf. C*a *pag. 290* || 21 hoc totum tantisper *C (conf. C*a *pag. 308 uers. 19)*, hoc loco tantisper *Mommsen* || 26 rationi *Goeschen*, ratione *C*, iure *Inst.* || 28 licet *C*, liceat *Goeschen* || 29 testamento *Goeschen*, co·st· *C*, *conf. C*a *pag. 308.*

diximus, soli ciues Romani uideantu*r* liberos suos in pote-
190 state habere. feminas uero perfectae aetatis in tutela esse fere nulla pretiosa ratio suasisse uidetur; nam qu*ae* uulgo creditur, quia leuitate animi plerumque decipiunt*ur* et ae*qu*um erat eas tutorum auctoritate regi, magis *s*peciosa uidetur quam uera; mulieres enim qu*ae* perfect*ae* aetatis sunt, ips*ae* sibi negotia tractant, et in quibusdam || causis pag.54
dici*s* gratia tut*or* interponit au*ctoritatem* suam; s*a*epe etiam
191 inuitus auctor fieri a praetore cogitur. unde cum tutore nullum ex tu*tela* iudicium mulieri datu*r*; a*t* ubi pupillorum pupillarumue negotia tutores tractan*t*, ei post pubertatem
192 tutel*ae* iudici*o* rationem reddunt. Sane patronorum et parentum legitimae tutelae uim aliquam habere intelleguntur eo quod hi neque a*d* testamentum faciendum neque ad res mancip*i*i alienandas neque ad obligationes suscipiendas auctores fieri coguntur, praeterquam si magna causa alienandarum rerum mancipi*i* obligationisqu*e* suscipiendae interueni*a*t; eaque omnia ipsorum causa constituta sunt, ut, quia ad eos intes*ta*tarum mortuarum hereditates pertine*n*t, neque per testamentum excludantur ab hereditate, neque alienatis pretiosioribus rebus susceptoqu*e* aere alieno minus
193 loc*u*ples ad eos hereditas *per*ueniat. Apud peregrinos non similiter ut apu*d* nos in tutela s*unt* femin*ae*; se*d* tamen plerumque quasi in tutela sunt; u*t* *e*cce lex Bit*h*ynorum, si qui*d* mulier *contra*hat, maritum a*u*c*torem* esse iu*b*et aut filiu*m* eius puberem.

§ 191 inde ab 10 *pupillorum* = Inst. 1, 20, 7.

1 uideantur] uideanturtant *C* || 4 decipiuntur *Goeschen*, decipiunt *C*, *conf. C*ᵃ *pag. 306* || 5 speciosa *Goeschen*, hispeciosa *C* || 7 ipsae *Goeschen*, ipsi *C* || 8 dicis *Goeschen*, dici *C* || tutor *Goeschen*, tutele *C*, *conf. C*ᵃ *pag. 309* || auctoritatem *Goeschen*, aut *C*, *conf. C*ᵃ *pag. 257* || 10 tutela *Goeschen*, tule *C*, *conf. C*ᵃ *pag. 309* || datur *Goeschen*, datum *C*, *conf. C*ᵃ *pag. 306 inf.* || 10—11 pupillorum pupillarumue negotia tutores *C*ⁿ, pupillorum pupillarumque tutores negotia *Inst.* || 11 tractant *Goeschen*, tractans *C*, gerunt *Inst.* || ei (*non* eis) *C*, *om. Inst.*, eis *Cramer (probabiliter)* || 12 iudicio *Inst.*, iudici *C*, *conf. C*ᵃ *pag. 274* || 17 mancipi *Goeschen*, mancipio *C* || interueniat *Goeschen*, interueniant *C* || 19 intestarum *C* || pertinent *Goeschen*, pertinet *C*ⁿ || 21 pretiosioribus *Goeschen*, protiosioribus *C*ⁿ, *conf. C*ᵃ *pag. 286 uers. 4* || susceptoque aere *Goeschen*, susceptoquaere *C*, *conf. C*ᵃ *pag. 297 inf.* || 23 sunt *Goeschen*, s *ex* c *uel ex* e *correctum C* || 24 ut ecce *Hollweg*, ui haecce *C* || bytinorum *C* || 25 contrahat *Lachmann*, hat *C (conf. C*ᵃ *pag. 260 uers. 13)* || auctorem *Goeschen*, aut *C*, *conf. C*ᵃ *pag. 257* || 26 filium *Goeschen*, filius *C (conf. C*ᵃ *pag. 268)*.

194 Tutel*a* autem liberantur ingenuae quidem trium ⟨*libe-*
rorum iure, *libertinae uero quattuor*, *si in patroni*⟩ libero-
rumue eius legitima tut*ela* sint; nam *c*eter*ae* quae alterius ge-
neris tutores hab*e*nt, [uelut Atilianos aut fiduciarios,] trium
195 liberorum || iure tutela liberantur. P*o*test autem pluribus pag.52
modis libertina alterius generis ⟨*tutorem*⟩ habere, ueluti si
a femina manumissa sit; tunc enim e le*ge* Atilia petere
debet tutorem, uel in prouinc⟨*iis e lege Iul*⟩ia et Titia; nam
195a in patronae tutela esse non potest. Item si ⟨*a*⟩ masculo
manumissa ⟨*fuerit*⟩ et auctore eo coemptionem fecerit, deinde
remancipata et manumissa sit, patronum quidem habere
tutorem desinit, incipit autem habere eum tutorem a quo
195b manumissa est, qui fiduciarius dicitur. Item si patron*us*
*eiusue filiu*s in adoptionem se dedit, debet liberta *e lege*
195c *Atilia uel Iulia et* Titia tut*orem* petere. Similiter ex isdem
legibus petere debet tutorem *li*ber*t*a, si patronus decesserit
nec ullum uirilis sexus liberorum in familia re*liquer*it.
196 Masculi *autem cum* puberes esse coeperi*n*t, tutela libe-
rantur. P*uberem autem* Sabinus quidem et Cassius ceterique
nostri praeceptores eum esse puta*n*t, qui habitu corporis
pubertatem ostendit, id est eum qui generare potest; sed in
his qui pubescere non possunt, quales sunt spadones, eam
aetatem esse spectandam, cuius aetatis puberes fiunt; sed
diuersae sc*h*olae auctores annis putant pubertatem *a*estiman-
dam, id est eum puberem esse existimant *qui* || *XIIII annos* pag.53
expleuit.——————————|————

§ 196 inde ab 18 *cum* usque ad 19 *liberantur* = Inst. 1, 22 pr.

1 tutela autem *Goeschen*, tutelautem *C*, *conf. Ca pag. 309* || 1—2 ⟨⟩ *addidit Hollweg* || 3 tutela *Goeschen*, tutum *C*, *conf. Ca pag. 309* || ceterae *Huschke*, etcetere *C* || 4 habent *Goeschen*, habeant *C* || *uerba uncis inclusa ut glossema expulit Polenaar* || 5 potest] *conf. Ca pag. 285 uers. 21* || 6 tutorem *addidit Goeschen*, *om. C (conf. Ca pag. 309 uers. 9)* || 7 lege *Goeschen*, le *C*, *conf. Ca pag. 275* || 8 prouinciis e lege Iulia] prouincia *C*, prouincia ⟨e lege Iulia⟩ *Heffter; ceterum conf. Ca pag. 317 seq.* || 9 a *addidit Goeschen* || 10 fuerit *addidit Goeschen* || 13—14 patronus eiusue filius *Goeschen*; patronus eiusque filius *in C extitisse ueri non est dissimile*, *conf. Ca* || 14—15 e lege Atilia uel Iulia et Titia] e leg titia et titia? *Cn*, *conf. Ca* || 15 tutorem *Goeschen*, *aut* tute *aut* tuts *C*, *conf. Ca pag. 309* || 16 liberta *Goeschen*, busta *C*, *conf. Ca pag. 258 et pag. 276* || 17 reliquerit] recipit? *C* || 18—19 *conf. Cas* || 18 coeperint *Inst.*, coeperit *C* || 19 Cassius *Lachmann*, casius *C* || 20 putant *Goeschen*, putant(ta)nt? *C* || 23 *ante* puberes *expectes* plerique *uel simile aliquid* || 25 qui — 26 expleuit *suppleuit Goeschen* || 26 *In pagina codicis C* 53 *quae nunc legi nequit, Gaius primum de pubertate Neratii Prisci sen-*

(23 uersus in C legi nequeunt)

197 ——————————————————————————————||
aetatem peruenerit, in qua res suas tueri possit; sicuti apud peregrinas gentes custodiri superius indicauimus. pag.54
198 Ex isdem causis et in prouinciis a praesidibus earum curatores dari *s*ol*e*nt.
199 Ne tamen et pupillorum et eorum qui in curatione sunt, negotia a tutoribus curatoribusque consumantur aut deminuantur, curat praetor, ut et tutores ⟨*et*⟩ curatores eo nomine satisdent.
200 se*d* hoc non est perpetuum; nam et tutores t*estamento* dati satisdare non coguntur, quia fides eorum et diligentia ab ipso testatore probata est; et curatores, a*d* quos no*n* e lege curat*i*o pertinet, se*d* ⟨*qui*⟩ uel a consule uel a praetore uel a praeside prouinciae *dan*tur, plerumque non coguntur satisdare, scil*i*cet quia satis ho*nesti electi* sunt.

⟨*COMMENTARIVS SECVNDVS.*⟩

1 ||*Superiore commentario de iure personarum* | exposuimus; modo uideamus de rebus; qu*a*e uel in nostro patrimonio sunt uel extra nostrum patrimonium ha*b*entur. pag.55

---

§ 197 *superius*] § 189 || § 199 fere = Inst. 1, 24 pr. || § 200 usque ad 11 *est* = Inst. 1, 24 pr. || II § 1 = Inst. 2, 1 pr.

---

tentiam (Vlp. 11, 28) addidisse uidetur Huschkio. Deinde transiit Gaius ad eas personas quae in curatione sunt (conf. 1, 142. 143). Eodem autem ordine, quo Vlpianus 12, de curatoribus egisse (conf. etiam Epit. 1, 8: Peractis pupillaribus annis, quibus tutores absoluuntur, ad curatores ratio minorum incipit pertinere. Sub curatore sunt minores aetate, maiores euersores, insani. Hi qui minores sunt, usque ad uiginti et quinque annos impletos sub curatore sunt. Qui uero euersores aut insani sunt, omni tempore uitae suae sub curatore esse iubentur, quia substantiam suam rationabiliter gubernare non possunt.) *et adiecisse uidetur: in curatore minoribus dato, si quando pater in testamento curatorem filio nominauerit, praetorem eius uoluntatem obseruare, quia aequum sit patrem filio prouidere, donec ad eam* **aetatem peruenerit** etc.

2 peruenerit *Goeschen*, perueneret? C^n || 5 solent *Lachmann*, uolunt *C* || 7 negotia *C Inst.*, *expectes* patrimonia || curatoribusque *C*, curatoribusue *Inst.* || 8 et curatores *Inst.*, cur *C uel potius* C^n || nomine *Inst.*, naomine *C* || 9 nam et *C*, nam *Inst.* || 9—10 tutores testamento *Inst.*, tutorest? *C*, *conf.* C^a *pag. 304 inf.* || 12 non e *Goeschen*, nonne *C* || curatio *Bluhme*, curato *C* || qui *addidit Goeschen*, *om. C (conf.* C^a *pag. 292 uers. 22)* || 15 *conf.* C^a || 17 *suppleuit Goeschen ex Inst.*, *in quibus* libro *pro* commentario *extat* || 19 sunt *C*, *om. Inst.* || *aut* hauentur C^n *aut* hauent *C*.

2 Summa itaque rerum diuisio in duos articulos diduci-
3 tur: nam aliae sunt diuini iuris, aliae humani. Diuini
4 iuris sunt ueluti res sac*rae* et religiosae. Sac*rae* sunt qu*ae*
diis superis consecratae sunt; religiosae quae diis Manibus
5 relictae sunt. Sed sacrum quidem hoc solum existimatur
quod *ex* auctoritate populi Romani conse*crat*um est, ueluti
6 lege de ea re lata aut senatusconsulto facto. religiosum
uero nostra uoluntate facimus mortuum inferentes in locum
7 nostrum, si modo eius mortui funus ad nos pertineat. s*ed*
in prouinciali solo placet plerisque solum religiosum non
fieri, quia in eo solo dominium populi Romani est uel Cae-
saris, nos autem possessionem tantum uel usumfructum
habere uidemur; utique tamen etiamsi non sit religiosu*m*,
7ª pro reli*g*ioso habet*u*r. item quod in prouinc*i*is non ex aucto-
ritate populi Romani consecratum est, proprie sacrum non
8 est, tamen pro sacro habetur. Sanctae quoqu*e* res, uelut
9 muri et portae, quodammodo diuini iuri*s* *sunt*. Quod au-
tem *di*uini iuris est, id nullius in bonis est; id uero quod
humani || *iuris est, plerumque alicuius in bonis est; potest* pag.56
autem et nullius in bonis esse; nam res hereditariae, an-
9ᵇ *tequam aliquis heres existat, nullius in bonis sunt.* ———

(8 fere uersus in C legi nequeunt)

——— |*e domino.
10 Hae autem quae humani iuris sunt, *aut publicae sunt* aut
11 priuatae. Quae publicae sunt, null*ius ui*dentur in bonis
esse; ipsius enim uniuersitatis *esse* credunt*ur*. priuatae
sunt quae singulorum homin*um sunt*.

§ 2 = Dig. 1, 8, 1 pr. || § 3 = Dig. 1, 8, 1 pr. || § 8 = Dig. 1, 8, 1 pr.; Inst. 2, 1, 10 || § 9 usque ad 21 *sunt* = Dig. 1, 8, 1 pr. || § 10 = Dig. 1, 8, 1 pr. || § 11 = Dig. 1, 8, 1 pr.

1 itaque C^{n}, *om. Dig.* || diducitur *C*, deducitur *Dig.* || 13 religiosum] religiosus *C* || 14 *uerba* in prouinciis *ut glossema expellit Mommsen* || 15 sacrum *ex* sacarum *correctum C* || 16 quoque *Dig. Inst.*, quoqueque C^{n}, *conf.* C^{a} *pag. 297* || uelut C^{n}, ueluti *Dig. Inst.* || 17 iuris *Dig. Inst.*, iuri? *C* || 18 iuris est *Dig.*, iurie est? C^{n} || 19 iuris — 21 sunt *suppleuit Goeschen ex Dig.* || 21 *post* sunt *quid scriptum fuerit, certo dici nequit; egisse Gaium de rebus nondum occupatis et de rebus derelictis et de seruis qui sine domino sunt ueri non est dissimile* || 23 autem *C*, autem res *Dig.* || 23 *et* 25 *suppleuit Goeschen ex Dig.* || 23 publicae *Dig.*, (pu)blici *C* || 24 null . . . . . dentur in bonis esse *C*, nullius in bonis esse creduntur *Dig.* || 25 priuatae *C*, priuatae autem *Dig.* || 26 singulorum homin . . . . . . *C (conf.* C^{as}*)*, singulorum sunt *Dig.*

12 Quaedam praeterea res corporales sunt, quaedam in⟨*cor-*
13 *porales*⟩. Corporales hae ⟨*sunt*⟩ quae tangi possunt, uelut
fundus homo uestis aurum argentum et denique aliae res
14 i*nnu*mera*b*iles. Incorporal*es sunt quae* tangi non possunt, qualia sunt ea quae iure consistunt, sicut hereditas, usus-fructus, obligationes quoquo modo contractae. nec ad rem per⟨*tinet, quod in hereditate res corporales con*⟩tinent*ur* et fructus qui ex fundo percipiunt*ur*, corporales *sunt*, et quod ex aliqua obligatione no*b*is debe*tur*, *id* || plerumque corpo- pag. 57
rale est, *ueluti* fundus homo pecunia; nam ipsum ius successionis et ipsum iu*s* u*ten*di fruendi et ipsum ius obligationis incorporale est. eodem numero sunt iura praediorum urba|norum et rustico*rum*. ———————————— | ———————— altius tollend*i* ———————— | ——— luminibus uicini aed——— non extollen|di, ne |luminibus uicini officiatur. | item fluminum et stilicidiorum ——— ius, ut —|———————————— *in* aream ————————|————————————

§ 12 = Dig. 1, 8, 1, 1; Inst. 2, 2 pr. || § 13 = Dig. 1, 8, 1, 1; Inst. 2, 2, 1 || § 14 usque ad 13 *rusticorum* = Dig. 1, 8, 1, 1; Inst. 2, 2, 2 et 3.

1 incorporales *Dig. Inst.*, in *C* || 2 sunt *Dig. Inst.*, *om. C, conf. C*[a] *pag. 301 uers. 23* || tangi *C Dig.*, sui natura tangi *Inst.* || uelut *C*[n], ueluti *Dig. Inst.* || 4 in(u)merauiles *C* || *ex Dig. et Inst. suppleuit Goeschen* || sunt *C*[n]? *Dig.*, autem sunt *Inst.* || 5 iure *C*, in iure *Dig. Inst. cum Epitoma Gaiana* || 7 ⟨ ⟩ *additum ex Dig. et Inst.* || et *C*, nam et *Dig. Inst.* || 8 corporales *Dig. Inst.; fortasse (conf. tamen C*[as]*)* res corporales *in C erat, quod ferri potest* || sunt *Dig. Inst.*, sunt *an* set *incertum C (conf. C*[as]*)* || et quod *C*, et id quod *Dig. Inst.* || 9 debe ..... plerumque *C*, debetur plerumque *Dig. Inst.* || 10 *ex Dig. et Inst. suppleuit Goeschen* || successionis *C Dig.*, hereditatis *Inst.* || 12 sunt *C Inst.*, sunt et *Dig.* || 13 *post* rusticorum *Dig. et Inst. haec addunt:* quae etiam seruitutes uocantur, *de quibus uide infra. Lacunam post* rusticorum *ita fere explere possis (conf. Epit. 2, 1, 3)*: Praediorum urbanorum iura sunt uelut ius **altius tollendi** aedes et offici*endi* **luminibus uicini aed***ium* aut **non extollendi, ne luminibus uicini officiatur.** *Fortasse tamen nonnulla in C perperam iterata erant et locus ita corrigendus:* .... uelut ius altius tollendi aedes aut non tollendi *(conf. 2, 31)*, ne luminibus uicini officiatur*; falso igitur scripserit librarius:* uelut ius **altius tollendi** aedes aut non tollen|*di ne* (?, *conf. C*[a]) **luminibus uicini aedes** aut **non extollendi ne luminibus uicini officiatur** || 16—18, 9 *lacunae sic fere ad sensum expleri possunt (conf. Epit. 2, 1, 3)*: **item fluminum et stilicidiorum ius,** id est (*in C* idem ius *pro* ius id est *scriptum fuisse uidetur*) **ut** uicin*us* flumen uel stillicidium in **aream** uel in aedes suas recipiat; item cloacae immittendae

——————|——————————————
——————|——————————ius aquae ducen-
dae ———|——————————————
14ª ———|——————————*aut mancipii sunt aut*
nec mancip*i*i. | Mancip*i*i *sunt*——————————
————|item aedes in Italico solo————
————|————————————
————|————————————
—— *serui*|*tute*s praediorum urbanorum nec mancipi*i* *sunt.* |
15 Item stipendiaria praedia et tributaria nec mancip*i*i | sunt.
sed quod diximus——————————|mancip*i*i esse
——————————————|——————
————————————||statim ut nata sunt manci- pag.58
p*i*i esse putan*t*; Nerua uero et Proculus et ceteri diuersae
sc*h*olae auctores non aliter ea mancip*i*i esse putant, quam
si domita sunt; et si propter *n*imiam feritatem domari non
possunt, tunc uideri mancip*i*i esse incipere, cum ad eam
16 aetatem peruenerint, qu*a* domari solent. *Item* ferae bestiae
nec mancip*i*i sunt uelut ursi, leones, item ea animalia quae
fere *b*estiarum numero sunt, ueluti ele*ph*anti et cameli; et
ideo ad rem non pertinet, quod haec animalia etiam collo
dorsoue domari so*lent*; nam n*e* *nomen* quidem eorum ani-
malium illo tempore ⟨*notum*⟩ fuit, quo constituebatur quas-
17 dam res mancip*i*i esse quasdam n*ec* mancipi*i*. Item fere
omnia quae incorporalia sunt, nec mancip*i*i sunt, exceptis
seruitutibus praediorum rusticorum; nam eas mancip*i*i esse
constat, quamuis sint ex numero rerum incorporalium.

---

et luminum immittendorum. Praediorum rusticorum iura sunt uelut uia, iter, actus, item pecoris ad aquam adpulsus, ***item*** **ius aquae ducendae.** haec iura *(conf. Dig. 1, 8, 1, 1 et Inst. 2, 2, 3)* tam rusticorum quam urbanorum praediorum **seruitutes** uocantur. (§ 14ª) ***Est etiam*** alia rerum diuisio: nam aut mancipii sunt aut **nec mancipii. Mancipii** sunt uelut fundus in Italico solo, **item aedes in Italico solo,** item serui et ea animalia quae collo dorsoue domari solent, uelut boues equi muli asini; item seruitutes praediorum rusticorum. nam seruitutes **praediorum urbanorum nec mancipii** sunt.

11—13 *lacunas ad sensum ita fere suppleas:* **sed quod diximus** ea animali*a* *qu*ae domari solent, **mancipii esse,** *q*uomodo *(conf. tamen Cª)* intellegendum sit, quaeritur, quia non statim ut nata sunt, domantur. et nostrae quidem scholae auctores **statim ut nata sunt** etc. || 14 putant *Goeschen,* putantur *Cⁿ (conf. Cª pag. 306)* || 16 nimiam *Goeschen,* minimiam *C* || 18 qua] quia *C, conf. Cª pag. 289 inf.* || item] *conf. Cªˢ* || 20 fere *C,* ferarum *Goeschen* || 22 ne nomen] *conf. Cªˢ* || 23 notum *ex coniectura additum* || 24 nec mancipii] non *(conf. Cª pag. 280 inf.)* mancipis *C.*

18 Magna autem differentia est inter mancip*i*i res et nec
19 mancip*i*i. Nam res nec mancip*i*i ipsa traditione pleno iure
alterius fiunt, si modo corporales sunt et ob id recipiunt
20 traditionem. Itaque si tibi uestem uel aur*u*m uel argen-
tum tradidero *s*iue ex uenditionis causa siue ex donationis
siue quauis alia ex causa, statim tua fit ea res, si modo
21 ego eius dominus sim. *I*n eadem ‖ causa sunt prouincia- pag.59
li*a* praedia, quorum alia stipendiaria alia tributaria uoca-
mus. stipendiaria sunt ea quae in his prouinc*i*is sunt, quae
propriae populi Romani esse intelleguntur; tributaria sunt
ea quae in his prouinciis sunt, quae propriae Caesaris esse
creduntur.
22 Mancip*i*i uero res sunt quae per mancipationem ad
alium transferuntur; unde etiam mancip*i*i res sunt dictae.
quod autem ualet ⟨*mancipatio, idem ualet et in iure cessio.*
23 *Et*⟩ mancipatio quidem quemadmodum fiat, superiore com-
24 mentario tradidimus. In iure cessio autem hoc modo fit:
apu*d* magistratum populi Romani, uel*uti* praetore*m*, is cui
res in iure ceditur, rem tenens ita dicit HVNC EGO HOMINEM
EX IVRE QVIRITIVM MEVM ESSE AIO; deinde postquam hic uin-
dicaue*rit*, *praetor inter*rogat eum qui cedit, an contra uin-
dicet; quo negan*t*e aut tacente tunc ei qui uindicauerit,
eam rem addicit; i*d*que legis actio uocatur. hoc fieri po-
25 test etiam in prouinciis apu*d* praesides earum. Plerum-
que tamen et fere semper mancipationibus utimur. quod
enim ipsi per nos praesentibus amicis agere possumus, hoc

§ 23 *superiore commentario*] 1 § 119 ‖ § 24 usque ad 23 *uocatur* = Boeth. in Top. 5, 28 (pag. 322).

1 res] rexs *C (inducta* x *littera)* ‖ 4 aurum *Goeschen*, aurium *C* ‖ 5 siue *Goeschen*, tiue? *C* ‖ 7 in *Goeschen*, min? *C, conf.* C[as] ‖ prouincialia *Savigny*, prouinciali C[n] ‖ 13 sunt quae C[n]; *fortasse haec uocabula delenda sunt, uel transponenda* quae sunt ‖ 15—16 ⟨ ⟩ *addidit Goeschen (qui* sed *dedit pro* et, *quam particulam suppleuit Savigny)* ‖ 17 cessio autem hoc modo fit *C*, autem cessio fit hoc modo *Boeth.* ‖ 18 ueluti praetorem] ū p̄r· ū a p̄r· praesidem prouinciae C[n] *(ex glossemate)*, uel apud praetorem uel apud praesidem prouinciae *Boeth. (in cuius codice Gaiano glossema illud iam extabat). Codicis Veronensis ductus probabiliter ita explicat Mommsen, ut supra* ū ū p̄r· (*i. e.* ueluti praetorem) *uerba Gaiana in archetypo hoc glossema additum fuisse suspicetur:* p̄r· ā praesidem prouinciae (*i. e.* praetorem aut praesidem prouinciae), *id autem glossema hoc modo in Gaianorum uerborum contextum irrepsisse:* ū [p̄r·] ū [ā] p̄r· [praesidem prouinciae] is cui etc. ‖ 19 dicit *C*, uindicat *Boeth.* ‖ 21 *suppleuit Goeschen ex Boethio* ‖ 22 negante *Boeth.*, negantte *C*.

non est necesse cum maiore difficultate apu*d* praetorem aut
26 apu*d* praesidem prouinciae agere. Quodsi neque manci-
pata neque in iure cessa sit res mancip*i*i || ——— *(6 uersus* pag. 60
in C legi nequeunt)
———
*plena possessio concessa ———
ex formula qua hi qu———
———
———
fructus na———
27 Item adhuc i———
(4 uersus in C legi nequeunt)
———
non fuissent ———
(7 uersus in C legi nequeunt)
———
s——— pag. 61
———
est quo nomine ———
———
ere uel ———
praedium ———
dem ulla libera ciuitas ——— *admo-*
nendi sumus ———
esse, prouincialis soli nexum non e———
significationem solum *It*ali*cu*m mancip*i*i *est*, pro|uinciale
nec mancip*i*i est. aliter enim ueteri lingua a|———
——— mancipa—|

28 ⟨*Res*⟩ incorporales traditionem non recipere manifestum
29 est. Sed iura praediorum urbanorum in iure cedi ⟨*tantum*⟩
possunt; rusticorum uero etiam mancipari possunt.

30 Vsusfructus in iure cessionem tantum recipit. na*m*
dominus propri*e*tatis al*i*i usumfructum in iure cedere po-
t*est*, ut ille usumfructum habeat et ipse nudam proprieta-

1 est *Savigny*, ȷe C[n] *(sed ita ut* ȷ *littera, cum lineola inducta sit, uideatur fere* inter *praepositionis notam sollemnem efficere, conf.* C[a] *pag. 271 uers. 30)* || 3 (*post* mancipii) *secuta esse* sed tantum tradita *probabiliter coniecit Huschke. Deinde Gaius egisse uidetur de iure eius, cui res mancipii tradita tantum sit; tum de iure commercii similiter atque Vlpianus 19, 4. 5* || 6 *conf.* C[as] || *In sequentibus ars nesciendi exercenda est. Ceterum conf.* C[a] *usque ad uers.* 25 || 26 ⟨Res⟩ incorporales *Boecking*, Incorporales ⟨res⟩ *Goeschen, conf.* C[a] *pag. 298 uers. 18* || 27 tantum *ante* cedi *addidit Goeschen, om. C, conf.* C[a] *pag. 308 uers. 16* || 30 potest] *conf.* C[a] *pag. 285 uers. 21.*

tem *retineat*. ipse usufructuarius in iure cedendo domino
proprietatis usumfructum efficit, ut a se discedat et con-
uertatur in proprietatem; al*i*i uero in iure cedendo nihilo
minus ius s*u*um retine*t*; creditur enim ea cessione nihil
31 agi. Sed haec scilicet in Italicis praediis ita sunt, quia
et ipsa praedia mancipationem || et in iure cessionem re- pag.62
cipiunt. alioquin in prouincialibus praed*i*is siue qu*i*s
usumfructum siue ius eundi, agendi aquamue ducendi uel
altius tollendi aedes aut non tollendi, ne luminibus uicini
officiatur, ceteraque similia iura constituere uelit, pactio-
nibus et s*t*ipulationibus id efficere potest; quia ne ipsa
quidem praedia mancipationem aut ⟨*in*⟩ iure cessionem re-
32 cipiun*t*. *Sed* cum ususfructus et hominum et ceterorum
animalium constitui possit, intellegere debemus h*o*rum
usumfructum etiam in prouinciis per in iure cessionem
33 constitui posse. Qu*od* autem diximus usumfructum in iure
cessionem tantum recipere, non est temere dictum, qu*am*-
*u*is etiam per mancipationem constitui possit eo, quod in
mancipanda proprietate detrahi potest; non enim ipse usus-
fructus mancipatur, sed cum in mancipanda proprietate
deducatur, eo fit ut apu*d* alium ususfructus, apu*d* alium
propri*e*tas sit.

34 Hereditas quoque in iure cessionem tantum recipit.
35 nam si is a*d* quem ab intestato legitimo iure pertinet
hereditas, in iure eam al*i*i ante aditionem cedat, id est
antequam *h*eres extiterit, proinde fit heres is cui in iure
cesserit, ac si ipse per legem ad here*dita*tem uocatus esset;
post obligationem uero si cess*e*rit, nihilo minus ipse || heres pag.63
permanet et ob *id* creditoribus tenebitur, debita uero per-
eunt eoque modo de*b*itores hereditar*i*i lucrum faciunt; cor-
pora uero eius hereditatis p*r*oinde transeunt ad eum cui
cessa est hereditas, ac si ei singula in iure cess*a* fuissent.

1 retineat] *conf.* C^a || 4 suum retinet *Goeschen*, sum retinetur *C*, *conf.* C^a *pag. 306* || 7 quis *Goeschen*, qus *C*, *conf.* C^a *pag. 297 inf.* || 11 sipulationibus C^n || 12 in *addidit Goeschen* || recipiunt *Goeschen*, recipiuntur C^n, *conf.* C^a *pag. 306* || 13 sed *Goeschen*, et *C* || hominum *ex* hominem *correctum* C^1 || 14 horum *Goeschen*, honorum *C* || 17 quamuis *Goeschen*, quod iis C^n, *conf.* C^a *pag. 291* || 21 ut apud *Goeschen*, ut aputut *C* || 27 hereditatem *Goeschen*, heretem *C*, *conf.* C^a *pag. 271* || 28 obligationem *C*, aditionem *Goeschen*, *conf. infra ad pag.* 52, 5 || cesserit *Goeschen*, cesseerit C^n, *conf.* C^a *pag. 266* || 29 id *Goeschen*, id a *C* || 32 in iure cessa *Goeschen*, in iure cessa in *C*?, *conf.* C^a.

36 Testamento autem scriptus heres ante aditam quidem here-
ditatem in iure cedendo eam ali*i* nihil agi*t*; postea uero
quam adierit si cedat, ea accidunt quae proxim*e* diximus
de eo ad quem ab intestato legitimo iure pertinet heredi-
37 tas, si post obligationem ⟨*in*⟩ iure cedat. Idem et de ne-
cessari*i*s heredibus diuers*ae* sc*h*ol*ae* auctores existimant,
quod nihil uidetur interesse, utrum ⟨*aliquis*⟩ adeundo here-
ditate*m* fiat heres, an inuitus exist*at*; quod quale sit, suo
loco appare*bit*. sed nostri praeceptores putant nihil agere
necessarium heredem, cum in iure cedat hereditatem.
38 Obligationes quoquo modo contractae nihil eorum reci-
piunt. nam quod mihi ab aliquo debetur, id si uelim tibi
deberi, nullo eorum modo, quibus res corporales ad alium
transferuntur, id efficere possu*m*, sed opus est, ut iu*b*ente
me tu ab eo stipuleris; quae res efficit, ut a me liberetur
39 et incipiat tibi teneri; qu*ae* dicitur nouatio obligationis. sine
hac uero nouatione non poteri*s* tuo nomine agere, sed debes
ex persona mea quasi cognitor || aut procura*t*or meus experiri. pag. 64
40 Sequitur ut admoneamus apu*d* peregrinos quidem
unum esse dominium; nam aut dominus quisque est, aut
dominus non intellegitur. Quo iure etiam populus Roma-
nus olim utebatur: aut enim ex iure Qui*ritium* unusquis-
que dominus erat, aut non intellegebatur dominus. se*d*
postea diuisionem accepit dominium, ut alius possit esse
41 ex iure Quiritium dominus, alius in bonis habere. n*am* si
tibi rem mancipi*i* neque mancipauero neque in iure ces-
sero, se*d* tantum tradidero, in bonis quidem tuis ea res
efficitur, ex iure Quiritium uero mea permanebit, donec
tu eam possidendo usucapia*s*; semel enim i*n*pleta usuca-
pione proinde pleno iure incipit, id est et in bonis et ex
iure Quiritium tua res esse, ac si ea mancipata uel in
42 iure cessa ⟨*esset. Vsucapio autem*⟩ mobilium quidem rerum
anno co*n*pletur, fundi uero et aedium biennio; et ita lege
XII tabularum cautum est.

§ 36 *proxime*] § 35 || § 37 *suo loco*] §§ 152 seq.

2 agit *Goeschen*, agi *C* || 5 obligationem *C*, aditionem *Goeschen*, *conf. supra ad pag.* 51, 28 || in *addidit Goeschen* || 7 aliquis *ex 3, 87 addidit Lachmann* || hereditatem *Huschke*, hereditatemstatem C^n, *conf.* C^a *pag. 270* || 8 existat *Goeschen*, existant *C* || 9 apparebit *Goeschen*, appareuitur C^n, *conf.* C^a *pag. 306* || 14 possum *Goeschen*, possumus C^n, *conf.* C^a *pag. 278* || 17 poteris *Goeschen*, poterit *C* || 18 procurator *Goeschen*, procuratior C^n || 22 iure Quiritium] *conf.* C^a *pag. 275* || 25 nam *Goeschen*, non C^n, *conf.* C^a *pag. 280* || 29 usucapias *Goeschen*, usucapia *C* || 32 ⟨ ⟩ *addidit Lachmann*.

43 Ceter*um* etiam earum rerum usucapio nobis conpetit
quae non a domino nobis traditae fuerint, siue mancip*i*i
sint *e*ae res siue nec mancip*i*i, si modo ea*s* bona fide ac-
ceperimus, cum crederemus eum qui traderet, dominum
44 esse. quod ideo receptum uidetur, ne rerum dominia diu-
tius in incerto essent, cum sufficeret domino ad inquiren-
dam rem suam anni aut ‖ bienn*i*i spatium, quod tempus pag.65
ad usucapionem pos*s*essori tributum est.
45 Se*d* aliquando etiamsi maxime quis bona fide alienam
rem possideat, non tamen ill*i* usucapio procedit, uelut si
qui*s* rem furtiuam aut ui possessam possidea*t*; nam fur-
tiuam lex XII tabularum usucapi prohibet, ui possessam lex
46 Iulia et Plautia. Item prouincialia praedia usucapio*nem*
47 non recipiunt. ⟨*Item olim*⟩ mulieris qu*a*e in agnatorum
tutela er*a*t, res mancip*i*i usucapi non poterant, praeter-
quam si ab ipsa tutore ⟨*auctore*⟩ tradita*e* essent; id*que* ita
48 leg*e* XII tabularum *cautum erat*. Item liberos homines et
res sacras et religiosas usucapi non posse manifestum est.
49 Quod ergo uulgo dicitur furtiuarum rerum et ui possessa-
rum usucapionem per leg*em* XII tabularum prohibitam esse,
non eo pertinet, ut n*e* *ipse fur quiue* per uim *poss*idet,
usucapere *p*ossit (nam huic ali*a* ratione usucapio non *con*-
petit, quia scilicet mala fide possidet); sed nec ullus
alius, quamquam ab eo bona fide emerit, usucapiendi ius

§ 45 usque ad 11 *possideat* fere = Inst. 2, 6, 1 ‖ § 49 fere = Inst. 2, 6, 3.

1 ceterum *Goeschen*, ceterarum *C* ‖ 3 eae *Goeschen*, ae *C* ‖ eas *Goeschen*, ea *C* ‖ 8 possessori] *conf.* C^a *pag. 284 inf.* ‖ 10 illi *Inst.*, ill· *C*, *conf.* C^a *pag. 275* ‖ uelut C^n, ueluti *Inst.* ‖ 11 quis *Inst.*, qui *C* ‖ possideat *Inst.*, possideatur C^n, *conf.* C^a *pag. 306* ‖ 13 usucapionem non *Goeschen*, usucapio non C^n, *conf.* C^a *pag. 281* ‖ 14 Item olim *Goeschen*, res *C (ortum fortasse ex* rubrica *uocabulo per compendium in archetypo scripto: conf.* C^a *pag. 298 uers. 18 et pag. 299 uers. 11)* ‖ 15 erat *Goeschen*, erant *C* ‖ 16 auctore *addidit Goeschen, om. C (conf.* C^a *pag. 307 uers. 8 seqq. et pag. 256 uers. 1 seqq.)* ‖ traditae *Goeschen*, tradita *C* ‖ idque *Savigny*, id *C (duriore admissa parenthesi)* ‖ 17 legem *C* ‖ cautum erat *Goeschen*, mf? *C*, *conf.* C^a *pag. 259 uers. 25; manifestatur mauult Mommsen* ‖ 19 rerum et ui possessarum *C*, et ui possessarum rerum *Inst.* ‖ 20 lege XII tabularum C^n, legem *Inst. (non male)* ‖ 21 *seq. suppleuit Goeschen ex Inst.* ‖ 21 quiue *Inst.*, *aut* quique C^n *aut* quiue *C* ‖ 22 huic *C*, his *Inst.* ‖ alia *Inst.*, ali *C* ‖ 23 possidet C^n, possident *Inst.* ‖ nec *C*, ne *Inst.* ‖ 24 quamquam C^n, quamuis *Inst.* ‖ eo *C*, eis *Inst.*

50 habeat. Vnde in rebus mo*b*ilibus non facile p*rocedit*, *ut*
*bonae fidei possessori usucapio con*petat, quia qui alienam
rem uendidit et tradidit, furtum committit; idemque acci-
dit etiam si ex ali*a* causa tradatur. se*d* tamen hoc ali-
quando aliter se habet; nam si heres rem defuncto com-
modatam aut locatam uel apu*d* eu*m* depositam, existimans
eam esse here‖ditariam uendiderit aut donauerit, furtum pag.66
non committit; item si is a*d* quem ancillae ususfructus
pertinet, partum et*iam* suum esse credens uendiderit aut
donauerit, furtum non committit; *f*urtum enim sine a*d*-
fectu furandi non committitur. aliis quoque modis acci-
dere potest, ut quis sine uitio furti rem alienam ad ali-
quem transferat et efficiat, ut a possessore usucapiatur.
51 Fundi quoque alieni potest aliquis *s*ine ui possessionem
na*n*cisci, quae uel ex neglegentia domini uacet, uel quia
dominus sine successore decesserit uel longo tempore afue-
rit; *qu*am si ad alium bona fide accipientem transtulerit,
poterit usucapere possessor; et quamuis ipse qui uacantem
possessionem nactus est, intellegat alienum esse fun*d*um,
tamen nihil hoc *bonae fidei p*ossessori ad usucapionem no-
ce*t*, ⟨*cum*⟩ inpro*b*ata sit eorum se*nt*entia, qui putauerint
furt*iuum* fundum fieri po*s*se.
52 Ru*r*sus ex contrario accidit, ut qui sciat alienam rem
se possidere, usucapiat, ueluti si rem hereditariam, cuius
possessionem heres nondum nactus est, aliquis po*s*s*e*derit;
nam ei concessum ⟨*est usu*⟩capere, si modo ea res est quae
recipit usucapionem; quae species possessionis et usuca-
53 pionis pro herede u*o*catur. Et in tantum haec usucapio

§ 50 fere = Inst. 2, 6, 3 et 4 et 5 et 6 ‖ § 50 inde ab 10 *furtum non* usque ad 11 *committitur* = Dig. 41, 3, 37 pr. ‖ § 51 usque ad 16 *afuerit* = Dig. 41, 3, 37, 1.

1—2 *suppleuit Goeschen ex Inst.* ‖ 2 quia *C*ⁿ, nam *Inst.* ‖ 3 furtum *C*, furtum eius *Inst.* ‖ 4 hoc *C*, id *Inst.* ‖ 6 eum depositam *Inst.*, eundem positam *C* ‖ 7 eam esse hereditariam *C*ⁿ, hereditariam esse *Inst.* ‖ 9 etiam *Goeschen*, et [*non* ei] *C (conf. C*ᵃ *pag. 267)*, *om. Inst.*; eius *Huschke* ‖ 10 *(altero loco)* furtum *Dig. Inst.*, urtum *C* ‖ 14 sine *Dig.*, ine *C* ‖ ui *ex* um *correctum C* ‖ possessionem namcisci *C*, nancisci possessionem *Dig.* ‖ 17 quam *Goeschen*, nam *C*ⁿ ‖ 20 nocet *Bluhme*, nocetur *C*, *conf. C*ᵃ *pag. 306* ‖ 21 cum *addidit Bluhme*, *om. C (conf. C*ᵃ *pag. 260 uers. 26 seqq.)* ‖ inprobata *Goeschen*, inpropata *C* ‖ 22 furtiuum *Heise*, furti *C (t littera corrigendo mutata)*, *conf. C*ᵃ ‖ 25 posiderit *C* ‖ 26 est usucapere *Goeschen*, cape *C (conf. C*ᵃ *pag. 265 uers. 39 et pag. 311 uers. 2 seqq.)* ‖ 28 uocatur *Goeschen*, uacatur *C*.

concessa est, || ut et res quae solo continentur, anno usu- pag. 67
54 capiantur. Quare autem *hoc casu etiam* soli rerum annua
constituta sit usucapio, illa ratio est, quod olim rerum hereditariarum possession*e* *uel*ut ipsae hereditates usucapi credebantur, scilicet anno. lex enim $\overline{XII}$ tabularum soli quidem res biennio usucapi iussit, ceteras uero anno. ergo hereditas in ceteris rebus uidebatur esse, quia soli non est, quia neque corporalis est. ⟨*et*⟩ quamuis postea creditum sit ipsas hereditates usucapi non posse, tamen in omnibus rebus hereditariis, etiam quae solo ten*e*ntur, annua
55 usucapio remansit. Quare autem omnino tam inproba possessio et usucapio concessa sit, illa ratio est, quod uoluerunt ueteres maturius hereditates adiri, ut essent qui sacra facerent, quorum illis temporibus summa obseruatio fuit, *et ut* creditores haberent, a quo suum consequerentur.
56 Haec autem species possessionis et usucapionis etiam lucratiua uocatur; nam sciens quisque rem alienam lucri facit.
57 Sed hoc tempore *i*am non est lucratiua. nam ex *au*ctoritate Hadriani senatusconsultum factum est, ut tales usucapione*s* reuocarentur. et ideo potest heres ab eo qui rem usucepit, hereditatem petendo p*r*oinde eam rem consequi,
58 atque si usucapta non esse*t*. || necessario tamen herede ex- pag. 68
59 tante nihil ipso iure pro herede usucapi potest. A*d*huc etiam ex aliis causis sciens quisque rem alienam usucapit. nam qui rem alicui fiduciae causa mancipio dederit uel in iure cesserit, si eandem ipse possederit, potest usucapere, anno scilicet, ⟨*etiam*⟩ soli si sit. qu*a*e species usucapionis dicitur usureceptio, quia id quod aliquando ha-
60 buimus, recipimus per usucapionem. Se*d* fiducia contrahitur aut cum creditore pignoris iure, aut cum amico, qu*o* tutius nostr*ae* res apud eu*m* *sint; et* siquidem cum amico

2 hoc casu etiam *Goeschen*, etiam hoc casu *C* || 4 possessione uelut *Brinkmann*, possessiones ut *(conf. C*[a] *pag. 311 inf.) C* || 8 *uerba* quia neque corporalis est *tamquam glossema delet Polenaar* || et *addidit Heffter* || 10 tenentur *Goeschen*, teneantur *C* || 14 oblseruatio *C (sed inducta* l *littera)* || 15 et ut *Goeschen*, ut et *C* || 18 iam *Schopen*, etiam *C* || hauctoritate *ex* hauctoritatem *correctum C* || 19 hadriani *C*, ⟨diui⟩ Hadriani *Huschke* || usucapiones *Goeschen*, usucapionem *C*, *conf. C*[a] *pag. 311* || 21 proinde] p̄·|inde *C*, *conf. C*[a] *pag. 286* || 22 esset *Buchholtz*, esset et *C*[n], *conf. C*[a] *pag. 266* || 27 scilicet etiam *Lachmann*, scilicet? *C*, *conf. C*[a] *pag. 259 uers. 29 et pag. 267 uers. 10* || 29 sed] sed cum *C*[n]; *quod si seruaueris, infra (uers. 31) et delendum est* || 30 quo *Huschke*, quod *C*[n], *conf. C*[a] *pag. 293 inf.* || 31 sint et] essent *C*.

contracta sit fiducia, sane omni modo conpetit ususreceptio; si uero cum creditore, soluta quidem pecunia omni modo conpetit, nondum uero soluta ita demum co*n*petit, si neque conduxerit eam rem a creditore de*b*itor, neque precario rogauerit, ut eam rem possidere liceret; quo casu lucratiua

61 ususcapio conpetit. Item si rem obligatam sibi populus uendiderit eamque dominus poss*e*derit, concessa est ususreceptio; sed hoc casu pr*ae*dium *b*iennio usurecipitur. et hoc est quod u*ul*go dicitur ex praediatura possessionem usurecipi; nam qui mercatur a populo, praediator appellat*ur*.

65 Ergo ex his quae diximus a*p*paret quaedam naturali pag.69 *i*ure alienari, qualia sunt ea quae traditione alienantur; qu*ae*dam ciuili, nam mancipationis et in iure cessionis et usucapionis ius proprium est ciuium Romanorum.

66 Nec tamen ea tantum qu*ae* traditione nostra fiunt,| naturali nobis ratione adquiruntur, sed etiam — | occupando ideo ————erimus, qui*a* antea nulli|us essent;

67 qualia sunt omnia qu*ae* terra mar*i* caelo capiunt*ur*. Itaque si *f*era*m* *b*estiam aut uolucrem aut pis|cem—————— ——— captum——————|—————*eo us*-

ad § 67 inde ab 20 *eo* conf. Gai res cottid. (Dig. 41, 1, 3, 2 et 5 pr. = Inst. 2, 1, 12).

1 ususreceptio *C*, *quae forma, ne aut hic aut uers.* 7 *obscuraretur, supra seruata est (conf. R. Schoell, Legis XII tab. rel. pag. 103); ceterum conf. C*[a] *pag. 325* ‖ 3 soluta *ex* soluita *correctum C*[1] ‖ 6 ususcapio *C*, *conf. C*[a] *pag. 311 et pag. 325; forma tradita, ne obscuraretur, supra seruata est* ‖ populus *ex* pupulus *correctum C*[1] ‖ 7 possiderit *C* ‖ ususreceptio (*sic*) *C* ‖ 10 *post* appellatur *in C secuntur* §§ *62—64, quas Heimbach ante* § *80 transposuit. Mommsen haec adnotat: »Displicet transpositio Heimbachiana. Gaiana dispositio commoda magis quam accurata hic eo nititur, quod primum agitur de rerum alienatione, ad quem tractatum usucapio quoque redigitur utpote iustae alienationis legitimum supplementum, deinde transitur ad rerum adquisitionem eam, quae non ab alienatione pendet, qualis est occupatio et specificatio. Locus autem, quaenam res recte alienentur a non domino uel alienari nequeant a domino, aperte prioris tractatus appendix est, quo ipso loco in Gai libro legitur. Postea eum adiectum uideri a Gaio et aliquando* § *61 et* § *65 continuo se excepisse sane probabile est.«* ‖ 16—17 **etiam** quae **occupando ideo** *nostra fecerimus* **Boecking,** **etiam** quae **occupando ideo** *adquisierimus* *Goeschen; neutrum ad codicis C reliquias apte quadrat, cuius ductus ad* **etiamsi occupando ideo res** *adquisierimus propius accedere uidentur, quod tamen Gaianum non est* ‖ 17 quia *Goeschen*, qui *C*, *conf. C*[a] *pag. 293* ‖ 18 mari *Goeschen*, marique *C* ‖ 19 fera? *C* ‖ 19—20 *ad sententiam recte, ad ductus non recte (conf. C*[a] *et C*[a*]) *suppleuit Goeschen:* **piscem ceperimus**, quidquid ita **captum** fuerit, id statim no|**strum**

que nostrum esse intellegitur, || donec nostra custodia coer- pag.70
ceatur; cum uero custodiam nostram euaserit et in natu-
ralem *libertatem se re*ceperit, rursus occupantis fit, quia
nostr*um* esse desinit; naturalem autem libertatem recipere
uidetur, cum aut oculos nostros euaserit, aut licet *in* con-
68 spectu sit nostro, difficilis tamen *eius* persecutio sit. In
*h*is autem animalibus qu*a*e ex consuetudine abire et redire
solent, ueluti columbis et apibus, item ceruis qui in siluas
ire et redire solent, talem habemus regulam traditam, ut
si reuertendi animum habere desierint, etiam nostra esse
desinant et fiant occupa*n*tium; reuertendi autem animum
uidentur desinere habere, cum reuertendi consuetudinem
69 des*e*ruerint. Ea quoque quae ex hostibus capiuntur, na-
70 turali ratione nostra fiunt. Sed et id qu*od* per a*d*luuionem
nobis adicitur, eodem iure nostrum fit; per a*d*luuionem
autem i*d* uidetur adici quod ita paulatim flumen agro
nostro *a*dicit, ut aestimare non possimus, quantum quoquo
momento temporis adiciatur; hoc est quod u*u*lgo dicitur
per adluuionem id adici uideri quod ita paulatim adicitur,
71 ut oculos nostros fallat. Itaque si flumen partem aliquam
ex tuo praedio re*s*ciderit et ad meum praedium pertulerit,
72 haec pars tua ma||net. A*t* si in medio flumine insula nata pag.71
sit, haec eorum omnium commun*is* est qui ab utraque
parte fluminis prope ripam praedia possiden*t*; si uero non
sit in medio flumine, ad eos pertinet qui ab ea parte quae
73 prox*i*ma est, iuxta ripam praedia habent. Praeterea id

---

§ 68 inde ab 10 *si* fere = Inst. 2, 1, 15 || ad § 70 usque ad 18 *adiciatur* conf. Gai res cottid. (Dig. 41, 1, 7, 1 = Inst. 2, 1, 20).

---

fit, et eo usque etc.; *Ins. haec habent:* Ferae igitur bestiae et uolucres et pisces, id est omnia animalia, quae in terra mari caelo nascuntur, simulatque ab aliquo capta fuerint, iure gentium statim illius esse incipiunt; quod enim ante nullius est, id naturali ratione occupanti conceditur ..... quidquid autem eorum ceperis, eo usque tuum esse intellegitur, donec tua custodia coercetur; *conf. etiam Dig. 41, 1, 1. 3.*

1 coerceatur C^n, coercetur *Gai res cottid. et Inst.* || 3 libertatem se *Dig. Inst.*, se libertatem *C* || receperit *Dig. Inst.*, perceperit *C* || 4 nostrum *Dig.*, nostra *C* || 5 in *Dig. Inst.*, an *C* || 6 eius *Dig. Inst.*, inrei *C*, in(de) rei *Mommsen* || 11 occupantium *Inst.*, occupatium *C* || 13 deseruerint *Inst.*, desieruerint *C* || 16 id *Dig. Inst.*, ita *C* || 17 adicit *Goeschen*, dicit *C* || 21 resciderit] *conf.* C^a *pag. 298 inf.* || 23 communis *Goeschen*, commune *C (conf. codicis C scripturam supra Gai. 1 § 106)* || 24 possident *Goeschen*, possidentur C^n, *conf.* C^a *pag. 306 med.*

quod in solo nostro ab aliquo aedificatum est, qu*amuis* ille
suo nomine *a*edifica*u*erit, iure naturali nostrum fit, quia
74 superficies solo cedi*t*. Multoque magis id accidit et in
planta quam quis in solo nostro posuerit, si modo radici-
75 bus terram co*n*plexa fuerit. Idem contingit et in *fru*mento
76 quod in solo nostro ab aliquo satum fuerit. Sed si ab eo
petamus f*und*um uel aedificium, et inpensas in aedificium
uel in seminaria uel in sementem factas ei soluere nolimus,
poterit nos per exceptionem doli mali repellere, utique si
77 bonae fidei possessor fuerit. Eadem ratione probatum est,
quod in c*h*artulis siue membranis meis aliquis scripserit,
licet aureis litteris, meum esse, quia litterae c*h*artulis siue
membranis cedun*t*. itaque si ego eos libr*o*s eas*u*e mem-
branas petam nec inpensam scripturae soluam, per excep-
78 tionem doli mali summoueri potero. se*d* si in tabula mea
aliquis pinxerit ueluti *i*maginem, contra pro*b*atur; || magis pag.72
enim dicitur tabulam picturae cedere. cuius diuersitatis
uix idonea ratio redditur; ce*r*te secundum hanc regulam
si me possidente petas imaginem tuam esse, nec soluas
pr*e*tium tabul*ae*, poteris per exceptionem doli mali sum-
moueri; at si tu possideas, consequens est ut utilis mihi
actio aduersum te dari debe*at*; quo casu nisi soluam in-
pensam picturae, poteris me per exceptionem doli mali
repellere, utique si bonae fidei possessor fueris. illu*d*
palam est, quod siue tu subripu*eris* tabulam siue alius,
conpetit mihi furti actio.

79 In aliis quoque speciebus naturalis ratio requiritur.
proin*de* si ex u*u*is ⟨*aut oliuis aut spicis*⟩ meis uinum aut
oleum aut frumentum feceris, qu*a*eritur utrum meum sit
id uinum aut oleum aut frumentum, an t*u*um. item si ex
auro aut ar*g*ento meo uas aliquod feceris, uel ex tabulis

§ 78 inde ab 19 *si* fere = Inst. 2, 1, 34.

1 quamuis *Goeschen*, qui *C (conf. C^a pag. 297)* || 3 cedit *Goeschen*, ceditur *C*, *conf. C^a pag. 306* || 5 frumento *Goeschen*, promento *C^n* || 7 fundum *Huschke*, fructum *C* || 13 cedunt *Goeschen*, ceduntur *C^n*, *conf. C^a pag. 306* || libros *Goeschen*, librus *C* || easue *Lachmann*, easque *C* || 15 sed *Goeschen*, sedi *C* || 16 inmaginem *C* || 22 aduersum *C*, aduersus *Inst. (probabilius, conf. C^a pag. 314 uers. 29)* || dari debeat *Goeschen*, dari debet *C*, detur *Inst.* || nisi *C*, si non *Inst.* || 24 bona fide *Inst.*, bona fide *uel* bonae fidei *C^n* || illut *C*, illud enim *Inst.* || 25 subripueris *Polenaar*, subripuisse *C* || 28 proinde *Goeschen*, proin? *C^n* || ⟨ ⟩ *ex Dig. 41, 1, 7 addidit Goeschen* || 30 tuum *Goeschen*, tum *C* || 31 argento *Goeschen*, argumento *C*.

meis nauem aut armarium aut subsellium fabricaueris; item si ex lana mea uestimentum feceris, uel si ex uino et melle meo mulsum feceris, siue ex medicamentis meis emplastrum uel coll*y*rium feceris, ⟨*quaeritur utrum tuum sit id quod ex meo effeceris,*⟩ an meum. quidam materiam et substantiam spectandam esse putant, id est ut cuius materia sit, illius et res quae facta sit uideatur esse, idque maxime placuit Sabino et Cassio. alii uero *eius* r*em* esse putant qui fecerit, idque maxime diuersae scholae auctoribus uisum est; ‖ sed eum quoque cuius materia et pag.78
substantia fu*er*it, furti aduersus eum qui subripuerit, habere actionem; nec minus aduersus eundem co*n*dictionem ei co*n*petere, qui*a* extinct*ae* res, licet uindicari non possi*nt*, condici tamen furibus et quibusdam aliis possessoribus possunt.

62 Accidit aliquando, ut qui dominus sit, alienand*ae* rei pag.68
potestatem non habeat, et qui dominus non sit, ‖ *ali*enare pag.69
63 possit. nam dotale praedium maritus inuita mulie*re* per
legem Iuliam prohibetur alienare, quamuis ipsius *s*it uel
mancipatum ei dotis causa uel in iure cessum uel usu-
captum. quod quidem ius utrum ad Italica tantum prae*d*ia
64 an etiam ad prouincialia pertineat, dubitatur. Ex diuerso
agnatus furiosi curator rem furio|si alienare potest ex lege
XII tabularum; item procurator —|——————————
est; item creditor pignus ex | pactione, quamuis eius ea res
non sit. sed hoc forsitan ideo uideatur fieri, quod uoluntate debitoris intellegitur pignus alienari, qui olim pactus

§ 79 inde ab 13 *extinctae* = Inst. 2, 1, 26 ‖ § 62 fere = Inst. 2, 8 pr. ‖ § 63 usque ad 19 *sit* = Inst. 2, 8 pr. ‖ § 64 inde ab 25 *creditor* = Inst. 2, 8, 1.

4—5 ⟨ ⟩ *addidit Lachmann* ‖ 6 spectandam *ex* spectandum *correctum* C[1] ‖ 11 fuerit *Goeschen*, fuit *C*, *conf.* C[a] *pag. 269 uers. 8* ‖ 13 quia *Goeschen*, qui *C*, *conf.* C[a] *pag. 293* ‖ extinctae *Inst.*, extincta *C* ‖ 14 possint *Inst.*, possit *C* ‖ furibus et C[n], a furibus et a *Inst.* ‖ 16 *conf. quae supra ad § 61 in fine (pag.* 56, 10 *huius editionis) de paragraphorum ordine in C adnotata sunt* ‖ 17 et *C*, et contra *Inst.* ‖ 19 alienare *ex* alienares *correctum C* ‖ 24 *ad sententiam (conf. Inst. 2, 1, 45 et Dig. 41, 1, 9, 4), non ad ductus, ad quos ne reliquorum quidem editorum supplementa quadrant, hoc fere modo suppleri posse opinatur Krueger:* item procurator rem absentis, cuius negotiorum libera administratio ei permissa est; *Mommsen (coll. Dig. 3, 3, 63) hoc modo:* item procurator, *si quid ne corrumpa*tur *distrah*endum est ‖ 26 uideatur *C*, uidetur *Inst.* ‖ 27 alienari *C*, alienare *Inst. (libri meliores)* ‖ olim *C*, ab initio contractus *Inst.*

est, ut liceret creditori pignus uendere, si pecunia non soluatur.

[R̄. V̄. DE PVPILLIS AN ALIQVID A SE ALIENARE POSSVNT.] pag.73

80 Nunc admonendi sumus neque feminam neque pupillum sine tutoris auctoritate rem mancip*i*i alienare posse; nec mancip*i*i uero feminam quidem posse, pupillum non

81 posse. Ideoque si quando mulier mutuam pecuniam alicui sine tutoris auctoritate dederit, quia facit eam accipientis, cum scilicet *p*ecunia res nec mancip*i*i sit, contrahit

82 obligationem. At si pupillus idem fecerit, | quia non *facit accipien*tis s——————, null*am* | con*tra*hit obligationem; unde pupillus uindicare qu*id*em nummos suos potest, sicubi extent, id | est *eos p*etere *su*os *ex* iure Quiritium *esse* ——————|—————— repetere potest s——————|tere. *un*de de pupillo quidem quaeritur an num——|——quo*s* mutuos dedit, ab eo qui acc*e*pit, —————— | —————— actione eos persequi

83 possit, quoniam ——|—————————— potest. *A*t ex contrario | *omnes res tam mancipii quam* nec mancip*i*i mulier*ibus* || et pupilli*s* sin*e* tutoris auctoritate sol*u*i pos- pag.74

§ 80 init. fere = Inst. 2, 8, 2 || § 81 init. et § 82 init. fere = Inst. 2, 8, 2 || § 83 init. conf. Inst. 2, 8, 2.

3 *hanc rubricam (conf. C^a pag. 299 uers. 10)* q*uintam quo iure fecerit librarius (C¹), dici nequit, quia reliquae perierunt* || 9 pecunia *Huschke*, ea pecunia? *C* || 11 *supplementa (ex Inst. deriuata) incerta sunt, conf. C^a et C^as; sententia suadet ut sumamus haec aliquo modo expressisse Gaium:* quia pecuniam *(conf. Inst.)* non facit accipientis (sine tutoris auctoritate) || 12 uindicare qu(id)em *C*, quidem uindicare *Krueger, conf. quae paulo infra ad 13—18 adnotata sunt* || 13 e(os p)etere? *C, pro quo* intendere *uerbum sententiam simplicius exprimeret* || 13—18 *hoc fere modo ad sententiam suppleri posse Kruegero uidentur:* **id est eos petere *suos ex* iure Quiritium *esse*; mulier uero minime hoc modo repetere potest, sed ita**: dari sibi **opor|tere. unde de pupillo quidem quaeritur, an,** si **nummi** *(in C fuerit* nummi|si *pro* si nummi*)*, **quos mutuos dedit, ab eo qui accepit,** consumpti | sunt, aliqua **actione eos persequi possit, quoniam** obligationem etiam sine tutoris auctoritate adquirere *sibi* **potest;** *Mommseno hoc potius modo:* **id est eos petere *suos ex* iure Quiritium *esse*, *neque tamen stricto* iure petere potest** sibi eos dari oportere. **unde de pupillo quidem quaeritur, an nummis quos mutuos dedit ab eo qui accepit** consumptis ciuil*i* **actione eos persequi possit, quoniam** dari eos sibi oportere intendere non **potest;** *(conf. tamen C^a et C^as)* || 17 accepit *Goeschen*, accipit *C* || 18 at *Inst.*, et *C* || 19 omnes res tam mancipii quam *ad Goescheni coniecturam et ad Inst. 2, 8, 2, non ad C suppletum est* || 20 pupillis *Goeschen*, pupilli *C* || sine tutoris auctoritate *Inst.*, s̄ p̄ t̄ ā *C, conf. C^a pag. 303 inf.*

sunt, quoniam meliorem condicionem suam facere eis etiam
84 sine tutoris auctoritate concessum est. Itaque si debitor
pecuniam pupillo soluat, facit quidem pecuniam pupilli,
sed ipse non liberatur, quia nullam obligationem pupillus
sine tutoris auctoritate dissoluere potest, quia nullius rei
alienatio ei sine tutoris auctoritate concessa est; se*d* tamen
si ex ea pecunia locupletior factus sit et adhuc petat, per
85 exceptionem doli mali summouèri potest. Mulieri uero
etiam sine tutoris auctoritate recte solui potest; nam qui
soluit, liberatur obliga*t*ione, quia res nec mancip*i*i, ut
prox*i*me diximus, a se dimittere mulier*es* etiam sine tu-
toris auctoritate possunt. quamquam hoc ita est si accipiat
pecuniam; a*t* si non accipiat, *sed* habere se dicat et per
acceptilationem uelit de*b*itorem sine tutoris auctoritate
liberare, non potest.
86 Adquiritur autem nobis non solum per nosmet ipsos,
sed etiam per eos quos in potestate manu mancipioue
habemus; item p*er* eos seruos in quibus usum*fructum* habe-
mus; item per homines liberos et seruos alienos quos bona
fide possidemus. de quibus singulis diligenter dispiciamus.
87 Igitur ⟨*quod*⟩ liberi nostri quos in potestate habemus, item
quod serui *nostr*i mancipio accipiunt uel ex traditione nan-
ciscuntur, siue quid stipulentur, uel ex aliqualibet causa
adquirunt, id nobis adquiritur; ips*e* enim || qui in pote- pag.75
state nostra est, nihil suum habere potest. et ideo si
h*eres* institutus sit, nisi nostro iussu hereditatem adire
non potest; et si i*ube*n*t*ibus nobis adierit, heredita*s* nobis
adquiritur proinde a*t*que si nos ipsi heredes instituti esse-

§ 85 *proxime*] § 80 ‖ § 86 fere = Dig. 41, 1, 10 pr.; Inst. 2, 9 pr. ‖ § 87 *igitur* et inde ab 22 *quod* fere = Dig. 41, 1, 10, 1; § 87 usque ad 21 *habemus* conf. Inst. 2, 9, 1, sequentia fere = Inst. 2, 9, 3.

10 obligattione C^{n}, *conf.* C^{a} *pag. 305* ‖ 13 sed *Goeschen*, et *C* ‖ 16 adquiritur autem *C*, adquiritur *Inst.*, adquiruntur *Dig.* ‖ 18 per *Dig. Inst.*, pro? C^{n}, *conf.* C^{a} *pag. 284 uers.* 7 ‖ eos *C Inst.*, *om. Dig.* ‖ 20 diligenter *C*, diligentius *Dig. Inst.* ‖ 21 quod *addidit Goeschen, om. C (conf.* C^{a} *pag. 294 uers. 1)* ‖ 22 nostri *Dig.*, i *C*, *conf.* C^{a} *pag. 312 inf.* ‖ 23 aliqualibet *C*, qualibet alia *Dig. Inst.* ‖ 24 adquirunt C^{n} *Dig. Inst.*, adquirant *Goeschen* ‖ ipse *Dig. Inst.*, ipsen? *C (conf.* C^{a} *pag. 281 uers. 20)* ‖ 25 nostra *C*, alterius *Dig. Inst.* ‖ et ideo *C*, ideoque *Dig.*, sed *Inst.* ‖ 26 heres *Dig. Inst.*, hoc C^{n}, *conf.* C^{a} *pag. 270* ‖ 27 iuben-tibus *Dig. Inst.*, ibonitibus *C* ‖ hereditas *Dig. Inst.*, hereditate C^{n}, *conf.* C^{a} *pag. 270* ‖ 28 proinde *C*, perinde *Dig. Inst.* ‖ adque *C*, atque *Dig.*, ac *Inst.*

mus; et conuenienter scilicet legatum per eos nobis ad-
88 quiritur. dum tamen sciam*us*, si alterius in bonis sit ser-
uus, alterius ex iure Quiritium, ex omnibus causis ei soli
89 p*er* eum adquir*i*, cuius in boni*s* est. Non solum autem
proprietas per eos quos in potestate habemus adquiritur
nobis, sed etiam possessio; cuius enim rei possessionem
adepti fuerint, id nos possidere uidemur; unde etiam per
90 eos usucapio procedit. Per eas uero personas quas in
manu mancipioue habemus, proprietas quidem adquiritur
nobis ex omnibus causis sicut per eos qui in potestate
nostra sunt; an autem possessio adquiratur, qu*a*eri solet,
91 quia ipsa*s* non possidemus. De his autem seruis in qui-
bus tantum usumfructum habemus, ita placuit, ut qui*d*-
quid ex re nostra uel ex operis suis adquir*a*nt, id nobis
adquiratur; quod uero extra eas causas, id ad dominum
propri*e*tatis pertineat. itaque si iste seruus heres institutus
sit legatumue quod ei datum fuerit, non mihi sed domino
92 propri*e*tatis adquiritur. Idem placet de eo qui a nobis
bona fide possidetur, || siue liber sit siue alienus ser*uus*. pag.76
quod enim placuit de usufructuario, idem probatur etiam
de bonae fidei possessore. ita*que quod* extra duas istas
causas adquiritur, id uel ad ipsum pertinet, si liber est,
93 uel ad dominum, si seruus *est*. Se*d* bonae fidei possessor

§ 89 usque ad 7 *per* = Dig. 41, 1, 10, 2; § 89 usque ad 8 *usucapio* = Inst. 2, 9, 3 || § 91 = Dig. 41, 1, 10, 3; Inst. 2, 9, 4 || § 92 = Dig. 41, 1, 10, 4; fere = Inst. 2, 9, 4 || § 93 = Dig. 41, 1, 10, 5; Inst. 2, 9, 4.

1 conuenienter *C*ⁿ *Inst.*, his conuenienter *Dig.* || per eos nobis *C*ⁿ *(Inst.)*, nobis per eundem *Dig.* || 2 sciamus *Goeschen*, sciam *C*, *conf. C*ᵃ *pag. 278* || 4 per *Goeschen*, pro *C*, *conf. C*ᵃ *pag. 284 uers. 11* || adquiri *Goeschen*, adquiritur *C*ⁿ, *conf. C*ᵃ *pag. 306* || bonis *Goeschen*, boni *C* || 6 cuius *C*, cuiuscumque *Dig. Inst.* || 12 ipsas *Goeschen*, ipsa *C* || 14 operis *C Dig.*, operibus *Inst.* || adquirant *Dig. Inst.*, adquirunt *C* || 15 adquiratur *C Dig.*, adiciatur *Inst.* || quod *C*ⁿ *Inst.*, si quid *Dig.* || causas *C*, causas persecuti sint *Dig.* (sint *suppleuit m. secunda in Dig.)*, causas persecuti sunt *Inst.* || 16 pertineat *C*ⁿ *Inst.*, pertinet *Dig.* || iste *C*, is *Dig. Inst.* || 17 legatumue quod ei datum *C*ⁿ, legatumue quid aut ei donatum *Dig.*, legatumue quid ei aut donatum *Inst.*, *quod et ipse Gaius fortasse scripserat* || 18 de *C Dig.*, et de *Inst.* || qui a *C Inst.*, qui *Dig.* || 19 liber *C Dig.*, is liber *Inst.* || 20 probatur etiam *C*ⁿ *Dig.*, placet et *Inst.* || 21 bonae fidei *Dig.*, bona fide *Inst.*, *aut hoc aut illud C*ⁿ || itaque quod *Dig. Inst.*, ita quoque? *C*ⁿ, *conf. C*ᵃ *pag. 294 inf.* || istas *C Inst.*, *om. Dig.* || 23 dominum *C*ⁿ *Inst.*, dominum eius *Dig.* || est *Dig. Inst.*, sit *C* || sed *Dig. Inst.*, sed si *C*, *conf. C*ᵃ *pag. 301*.

cum usuceperit seruum, quia eo modo dominus fit, ex omni causa per eum sibi adquirere potest. usufructuarius uero usucapere non potest: primum quia non possidet, *sed* habet ius utendi [et] fruendi; deinde quia scit alienum
94 seruum esse. De illo qu*a*eritur, an per eum seruu*m* in quo usumfructum ha*b*emus, possidere aliqu*am* rem et usucapere poss*i*mus, quia ipsum non possidemus. per eum uero quem bona fide possidemus, sine dubio et possidere et usucapere possumus. loquimur autem in utriusque person*a* secundum definitionem quam prox*i*me exposuimus, id est si qui*d* ex re nostra uel ex operis suis adquirant
95 [id nobis adquiritur]. Ex *h*is apparet per liberos homines quos neque iuri nostr*o* subiectos habemus neque bona fide possidemus, item per alienos seruos in quibus neque usumfructum habemu*s* neque iustam possessionem, nulla ex causa nobis adquiri posse. et hoc est quod uulgo dicitur per extraneam personam nobis adquiri non posse. tantum de possessione qu*a*eritur, an ⟨*per liberam*⟩ perso-
96 *nam* nobis adquiratur. In summa sciendum est his qui in ‖ potestate manu mancipioue sunt, nihil in iure cedi posse; pag.77 cum enim *i*starum personarum nihil suum esse possit, conuenie*n*s est scilicet, ut nihil suum ess*e* in iure uindicare possint.

97 *Hactenus* tantisper admonuisse sufficit quemadmodum singulae res nobis adquirantur. nam legatorum ius, quo

§ 94 inde ab 9 *loquimur* fere = Inst. 2, 9, 4 ‖ § 95 usque ad 17 *posse* = Inst. 2, 9, 5 ‖ § 97 fere = Inst. 2, 9, 6.

1—2 omni causa *C*ⁿ, omnibus causis *Dig. Inst.* ‖ 2 usufructuarius *C*ⁿ *Dig.*, fructuarius *Inst.* ‖ 3 usucapere *C*ⁿ *Inst.*, usucapere seruum *Dig.* ‖ 4 et *C*, *om. Dig. Inst. rectius* ‖ quia *C Inst.*, quoniam *Dig.* ‖ alienum seruum *C*, seruum alienum *Dig. Inst.* ‖ 6 aliquam *Goeschen*, aliqui? *C*, *conf. C*ᵃ *pag. 291 inf.* ‖ 7 possimus *Goeschen*, possumus *C*ⁿ ‖ 10 persona *Inst.*, personis *uel* personas *C*ⁿ ‖ 11 operis *C*, operibus *Inst.* ‖ adquirant *C*, adepti fuerint *Inst.* ‖ 12 [ ] *C*ⁿ *ex glossemate, om. Inst.* ‖ his *Goeschen*, iis *C*, his itaque *Inst.* ‖ 13 nostro *Goeschen*, nostros *C* ‖ 15 *post* habemus *in C*ⁿ *uerba* item per alienos seruos in quibus neque usumfructum *per errorem repetita sunt, conf. C*ᵃ ‖ 16 uulgo *C*, *om. Inst.* ‖ 17 nobis adquiri non *C*, nihil adquiri *Inst.* ‖ 18 per liberam personam *Goeschen*, ps——— *uel* pe———? *C (conf. C*ᵃˢ*)*, per procuratorem *Goudsmit; conf. Inst. 2, 9, 5* ‖ 21 starum *C*ⁿ ‖ 22 conueniens *Goeschen*, conuenies *C* ‖ esse *Lachmann*, esse posse *C*ⁿ; *uerba* suum esse posse *tamquam glossema expellit Mommsen* ‖ 24 Hactenus *ex Inst. suppleuit Goeschen* ‖ sufficit *C*, sufficiat *Inst.* ‖ 25 nobis adquirantur *C*ⁿ, adquiruntur *Inst.*

et ipso singulas res adquirimus, opportunius alio loco
referemus. uideamus itaque nunc quibus modis per uni-
98 uersitatem res nobis adquira*n*tur. Si cui heredes facti
sumus, siue cuius bon*orum possessionem* petierimus, siue
cuius bona emerimus, siue quem adoptauerimus, siue qu*a*m
in manum ut uxorem receperimus, eius res ad nos transeunt.
99 Ac pr*i*us de heredita*t*ibus dispiciamus, quarum duplex
condicio est: n*am* uel ex testamento uel ab intestato ad
100 nos pertine*n*t. Et prius est ut de his dispiciamus quae
nobis ex testamento obueniunt.
101 Testamentorum autem genera initio duo fuerunt: nam
aut calatis comit*i*is testamentum faciebant, quae comitia
bis in anno testamentis faciendis destinata erant, aut in
procinctu, id est cum belli causa arma sumebant; pro-
cinctus est enim expeditus et armatus exercitus. alterum
itaque in pace et in otio faciebant, alterum in proelium
102 exituri. Accessit deinde tertium || genus testamenti, quod pag.78
per *a*es et libram agitur. qui neque calatis comit*i*is neque
in procinctu testamentum fecerat, is si subita morte urgue-
batur, amico familiam suam, id est patrimonium suum,
mancipio dabat, eumque rogabat, quid cuique post mortem
suam dar*i* uelle*t*. qu*od* testamentum dicitur per *a*es et
103 libram, scilicet quia per mancipationem peragitur. Sed
ill*a* quidem duo genera testamentorum in desuetudinem
abierunt; hoc uero *s*olum quod per *a*es et libram fit, in
usu retentum est. sane nunc al*i*ter ordinatur quam olim
solebat. namqu*e* olim familiae emptor, id est qui a testa-
tore familiam accipiebat mancipio, heredis locum optinebat,
et ob id ei mandabat testator, quid cuique post mortem

§ 97 *alio loco* §§ 191 seqq. || § 98 fere = Inst. 2, 9, 6 || § 99 = Inst. 2, 9, 6 || § 100 = Inst. 2, 9, 6.

1 ipso *C*, ipso iure *Institutionum codices* || alio *C*, inferiori *Inst.* || 3 adquirantur *Goeschen*, adquiratur *C*, adquiruntur *Inst.* || cui *C*, cui ergo *Inst.* || 4 sumus *C*, *ad* simus *ducunt Inst.* || bonorum possessionem] *conf.* C^a || 5 adoptauerimus *C*, *ad* adrogauerimus *ducunt Inst.* || quam *Goeschen*, quem *C* || 6 res *C*, res omnes *Inst.* || 7 prius *Inst.*, primus *C* || hereditatibus *Inst.*, hereditabibus C^n || 8 nam *Inst.*, non? C^n, *conf.* C^a *pag. 280* || 9 pertinent *Inst.*, pertinet C^n || *uerba* 17 quod — 18 agitur *delet Polenaar* || 18 qui *C*, qui ⟨enim⟩ *Huschke (conf.* C^a *pag. 281 uers. 20)* || 22 dari uellet *Goeschen*, dare uelletur *C (conf.* C^a *pag. 306)* || 25 solum quod *Goeschen*, quam (*uel* quod?, *conf.* C^a *pag. 294 uers. 31*) solum quod C^n, *sed nota* quam *uocabuli expuncta* || 26 aliter *Goeschen*, alter *C* || 27 namque *Goeschen*, nam quod C^n, *conf.* C^a *pag. 290 inf.*

suam dari uellet; nunc uero alius heres testame
tuitur, a quo etiam legat*a* reli*n*qu*u*ntur, alius di
propter ueteris iuris imitationem familiae emptor a
104 Eaque res ita agitur: qui facit ⟨*testamentum*⟩,
sicut in ceteris mancipationibus, v̄ testibus ciuib
nis pu*b*eribus et libripende, postquam tabulas t
scripserit, mancipat alicui dicis gratia familiam s
qua re his uerbis familiae emptor utitur FAMILI*A* P
TV*A* ENDO MANDATELA*M* CVSTODELA*M*QVE MEA*M*, QVO TV IV
MENTVM || FACERE POSSIS SECVNDVM LEGEM PVBLICAM, E
et ut quidam adiciunt AENEAQVE LIBRA, ESTO MIH
deinde aere percutit libram, idque *a*es dat testat
pretii loco; deinde testator tabulas testam*e*nti te
dicit HAEC ITA VT IN HIS TABVLIS CERISQVE SCRIPTA SVN
ITA LEGO ITA TES*T*OR ITAQVE VOS QVIRITES TESTIMONIVM
HIB*E*TOTE; et hoc dicitur nuncupatio: nuncupare
palam nominare, et sane quae testator specialiter
testamenti scripserit, ea uidetur generali sermo
105 nare atque confirmare. In testibus autem non
esse qui in potestat*e* *est* aut familiae emptoris a
testatoris, quia propter ueteris iuris imitationem t
negotium quod agitur testamenti or*di*nandi gratia,
inter familiae emptorem agi et testatorem; quip
ut proxime diximus, is qui familiam testatoris
accipiebat, heredis loco erat; itaque repro*b*atum
106 re domesticum testimonium. unde et si is qui in
patris est, familiae emptor adhibitus sit, pater e

§ 105 usque ad 20 *potestate* et inde ab 25 *reprobatu*
Inst. 2, 10, 9 || *proxime*] § 103.

2 legata relinquuntur *Goeschen*, legato reli|quantur *C* || 4
tum *addidit Huschke*, *om. C (conf. C*[a] *pag. 304 inf.)* || 6 pue
8 FAMILIA — 9 QVO TV IVRE] *ita dubitanter restitutum est duc*
Lachmanno, *qui uocabulum* mandatela *non directa uia ab*
descendere sed ab mandato *perspexisse uidetur*; familiam pe
tuam endo mandatela tuam *(repetitum ex eis quae proxin*
dunt?) custodelaque mea quo tu iure *C*[n]; FAMILIAM PECVNIA
ENDO MANDATELA TV*A* CVSTODELAQVE MEA ⟨*ESSE AIO ET EA*⟩ QV
Mommsen; FAMILIAM PECVNIAMQVE TVAM ENDO MANDATELA TV*T*
DELAQVE MEA ⟨*EX IVRE QVIRITIVM ESSE AIO, EAQVE,*⟩ QVO TV IVRE
erunt qui uel FAMILIAM PECVNIAMQVE TVAM ENDO MANDATEL*A* CV
MEA ⟨*ESSE AIO, EAQVE*⟩ QVO TV IVRE *uel similia malint* || 13 test
conf. C[a] *pag. 307 inf. et pag. 276 inf. et pag. 277 uers. 11* ||
Goeschen, testator *C* || PERHIBETOTE *Goeschen*, perhibitote *C*[n]
om. Inst. || 20 potestate est *(Inst.)*, potestatem esse? *C*[n]
pag. 266 || 22 ordinandi *Goeschen*, ornandi *C*.

et ipso singulas res adquirimus, opportunius alio loco
referemus. uideamus itaque nunc quibus modis per uni-
98 uersitatem res nobis adquira*nt*ur. Si cui heredes facti
sumus, siue cuius bon*orum possessionem* petierimus, siue
cuius bona emerimus, siue quem adoptauerimus, siue qu*am*
in manum ut uxorem receperimus, eius res ad nos transeunt.
99 Ac pr*i*us de heredita*t*ibus dispiciamus, quarum duplex
condicio est: n*am* uel ex testamento uel ab intestato ad
100 nos pertine*nt*. Et prius est ut de his dispiciamus quae
nobis ex testamento obueniunt.
101 Testamentorum autem genera initio duo fuerunt: nam
aut calatis comit*i*is testamentum faciebant, quae comitia
bis in anno testamentis faciendis destinata erant, aut in
procinctu, id est cum belli causa arma sumebant; pro-
cinctus est enim expeditus et armatus exercitus. alterum
itaque in pace et in otio faciebant, alterum in proelium
102 exituri. Accessit deinde tertium || genus testamenti, quod pag.78
per *a*es et libram agitur. qui neque calatis comit*i*is neque
in procinctu testamentum fecerat, is si subita morte urgue-
batur, amico familiam suam, id est patrimonium suum,
mancipio dabat, eumque rogabat, quid cuique post mortem
suam dar*i* uelle*t*. qu*od* testamentum dicitur per *a*es et
103 libram, scilicet quia per mancipationem peragitur. Sed
ill*a* quidem duo genera testamentorum in desuetudinem
abierunt; hoc uero *s*olum quod per *a*es et libram fit, in
usu retentum est. sane nunc al*i*ter ordinatur quam olim
solebat. namqu*e* olim familiae emptor, id est qui a testa-
tore familiam accipiebat mancipio, heredis locum optinebat,
et ob id ei mandabat testator, quid cuique post mortem

§ 97 *alio loco* §§ 191 seqq. || § 98 fere = Inst. 2, 9, 6 || § 99 = Inst. 2, 9, 6 || § 100 = Inst. 2, 9, 6.

1 ipso *C*, ipso iure *Institutionum codices* || alio *C*, inferiori *Inst.* || 3 adquirantur *Goeschen*, adquiratur *C*, adquiruntur *Inst.* || cui *C*, cui ergo *Inst.* || 4 sumus *C*, *ad* simus *ducunt Inst.* || bonorum possessionem] *conf.* C^a || 5 adoptauerimus *C*, *ad* adrogauerimus *ducunt Inst.* || quam *Goeschen*, quem *C* || 6 res *C*, res omnes *Inst.* || 7 prius *Inst.*, primus *C* || hereditatibus *Inst.*, hereditabibus C^n || 8 nam *Inst.*, non? C^n, *conf.* C^a *pag. 280* || 9 pertinent *Inst.*, pertinet C^n || *uerba* 17 quod — 18 agitur *delet Polenaar* || 18 qui *C*, qui ⟨enim⟩ *Huschke (conf.* C^a *pag. 281 uers. 20)* || 22 dari uellet *Goeschen*, dare uelletur *C (conf.* C^a *pag. 306)* || 25 solum quod *Goeschen*, quam (*uel* quod?, *conf.* C^a *pag. 294 uers. 31*) solum quod C^n, *sed nota* quam *uocabuli expuncta* || 26 aliter *Goeschen*, alter *C* || 27 namque *Goeschen*, nam quod C^n, *conf.* C^a *pag. 290 inf.*

suam dari uellet; nunc uero alius heres testamento instituitur, a quo etiam legat*a* reli*n*qu*u*ntur, alius dicis gratia propter ueteris iuris imitationem familiae emptor a*d*hibetur.
104 Eaque res ita agitur: qui facit ⟨*testamentum*⟩, a*d*hibitis, sicut in ceteris mancipationibus, V̄ testibus ciuibus Romanis pu*b*eribus et libripende, postquam tabulas testamenti scripserit, mancipat alicui dicis gratia familiam suam; in qua re his uerbis familiae emptor utitur FAMILI*A* PECVNI*A*QVE TV*A* ENDO MANDATELA*M* CVSTODELA*M*QVE MEA*M*, QVO TV IVRE TESTAMENTVM ‖ FACERE POSSIS SECVNDVM LEGEM PVBLICAM, HOC *A*ERE, pag.79
et ut quidam adiciunt AENEAQVE LIBRA, ESTO MIHI EMPTA; deinde aere percutit libram, idque *a*es dat testatori uelut pretii loco; deinde testator tabulas testam*e*nti tenens ita dicit HAEC ITA VT IN HIS TABVLIS CERISQVE SCRIPTA SVNT, ITA DO ITA LEGO ITA TES*TO*R ITAQVE VOS QVIRITES TESTIMONIVM MIHI PERHIB*E*TOTE; et hoc dicitur nuncupatio: nuncupare est enim palam nominare, et sane quae testator specialiter in tabulis testamenti scripserit, ea uidetur generali sermone nomi-
105 nare atque confirmare. In testibus autem non debet is esse qui in potestat*e* *est* aut familiae emptoris aut ipsius testatoris, quia propter ueteris iuris imitationem totum hoc negotium quod agitur testamenti or*di*nandi gratia, creditur inter familiae emptorem agi et testatorem; quippe olim, ut proxime diximus, is qui familiam testatoris mancipio accipiebat, heredis loco erat; itaque repro*b*atum est in ea
106 re domesticum testimonium. unde et si is qui in potestate patris est, familiae emptor adhibitus sit, pater eius testis

§ 105 usque ad 20 *potestate* et inde ab 25 *reprobatum* fere = Inst. 2, 10, 9 ‖ *proxime*] § 103.

2 legata relinquuntur *Goeschen*, legato reli|quantur *C* ‖ 4 testamentum *addidit Huschke, om. C (conf. C*ᵃ *pag. 304 inf.)* ‖ 6 pueribus *C*ⁿ ‖ 8 FAMILIA — 9 QVO TV IVRE] *ita dubitanter restitutum est duce ex parte Lachmanno, qui uocabulum* mandatela *non directa uia ab* mandare *descendere sed ab* mandato *perspexisse uidetur;* familiam pecuniamque tuam endo mandatela tuam *(repetitum ex eis quae proxime praecedunt?)* custodelaque mea quo tu iure *C*ⁿ; FAMILIAM PECVNIAMQVE TVAM ENDO MANDATELA TV*A* CVSTODELAQVE MEA ⟨*ESSE AIO ET EA*⟩ QVO TV IVRE *Mommsen;* FAMILIAM PECVNIAMQVE TVAM ENDO MANDATELA TV*TELA* CUSTODELAQVE MEA ⟨*EX IVRE QVIRITIVM ESSE AIO, EAQVE,*⟩ QVO TV IVRE *Huschke; erunt qui uel* FAMILIAM PECVNIAMQVE TVAM ENDO MANDATEL*A* CVSTODELAQVE MEA ⟨*ESSE AIO, EAQVE*⟩ QVO TV IVRE *uel similia malint* ‖ 13 testamanti *C*ⁿ, *conf. C*ᵃ *pag. 307 inf. et pag. 276 inf. et pag. 277 uers. 11* ‖ 15 TESTOR *Goeschen*, testator *C* ‖ PERHIBETOTE *Goeschen*, perhibitote *C*ⁿ ‖ 19 is *C*, *om. Inst.* ‖ 20 potestate est *(Inst.)*, potestatem esse? *C*ⁿ, *conf. C*ᵃ *pag. 266* ‖ 22 ordinandi *Goeschen*, ornandi *C*.

esse non potest; ac ne is quidem qui in eadem potestate
est, uelut frater eius. sed si filius familias ex castrensi
peculio post missionem faciat testamentum, nec pater eius
recte testis || adhibetur nec is qui in potestate patris est. pag.80
107 De libripende eadem quae et de testibus dicta esse intelle-
108 gemus; nam et is testium numero est. Is uero qui in
potestate heredis aut legatarii est, cuiusue heres ipse aut
legatarius in potestate est, quique in eiusdem potestate est,
adeo testis et libripens adhiberi potest, ut ipse quoque
heres aut legatarius iure adhibeantur. sed tamen quod
ad heredem pertinet quique in eius potestate est cuiusue
is in potestate erit, minime hoc iure uti debemus.

[DE TESTAMENTIS MILITVM.]

109 Sed haec diligens obseruatio in ordinandis testamentis
militibus propter nimiam inperitiam constitutionibus princi-
pum remissa est. nam quamuis neque legitimum numerum
testium adhibuerint neque uendiderint familiam neque nun-
110 cupauerint testamentum, recte nihilo minus testantur. Prae-
terea permissum est iis et peregrinos et Latinos instituere
heredes uel iis legare; cum alioquin peregrini quidem ratione
ciuili prohibeantur capere hereditatem legataque, Latini uero
111 per legem Iuniam. Caelibes quoque qui lege Iulia heredita-
tem legataque capere uetantur; item orbi, id est qui liberos
non habent, quos lex || *(48 uersus in C*

---

§ 106 inde ab 2 *sed* = Inst. 2, 10 || § 109 inde ab 14 *diligens* usque ad 17 *adhibuerint neque* et inde ab 18 *recte* = Inst. 2, 11 pr.

---

1 qui in *Goeschen*, quin *C* || 2 ex *C*, de *Inst.* || 4 patris *C*, eiusdem patris *Inst.* || est *Inst.*, sit *C* || 7 legatarii *Huschke*, inlegatari *C* || 8 in potestatem *C*ⁿ, *conf. C*ᵃ *pag. 304 et pag. 287 inf.* || 9 adeo *Lachmann*, abeo *C* || 10 aut *Goeschen*, ut *C* || 12 is *Goeschen*, iis *C* || erit *C*, est *Huschke* || 13 militum *Goeschen*, milium *C* || 15 constitutionibus *Inst.*, mentistutionibus? *C*ⁿ || principum *C*, principalibus *Inst.* || 16 quamuis *C*ⁿ, quamuis hi *Inst.* || 17 uendiderint *Goeschen*, uendiderit *C* || nunccupauerint *C* || 22 hereditatem *Goeschen*, hereditate *C* || 24 *post* lex *unum folium in C periit, in quo finis eorum perscriptus erat, quae Gaius de testamentis militum exposuit. proxima autem post* quos lex *ita ad § 286*ᵃ *suppleuit Huschke:* Papia plus quam dimidias partes hereditatis legatorumque capere uetat, ex militis testamento solidum capiunt. *Deinde egit Gaius de iis, quibus testamentum facere non licet, similiter atque Inst. 2, 12; Vlp. 20, 10 seqq. et Epit. 2, 2, § 1 seqq., ubi haec leguntur:* Id quoque statutum est, quod non omnibus liceat facere testamentum; sicut sunt hi qui sui iuris non sunt, sed alieno iuri subiecti sunt, hoc est filii tam ex nobis nati quam adoptiui. (§ 2) Item testamenta facere non possunt impuberes, id est minores quattuordecim annorum, aut puellae duodecim. (§ 3) Item et hi qui furiosi, id est mente insani

perierunt) ——————————————————————————||
——————————————prohibentur hi——————|— pag.81
(6 uersus in C legi nequeunt)
——————————————————————————————|
——————————————————eius more faciant—|—
——————————————————————————————|XXX
ann*orum* ——————————————————————|———
(8 uersus in C legi nequeunt)
——————————————————————————————|
——————————res——————————————————|—
(2 uersus in C legi nequeunt)
——————————————————————————————|

112 ———*ex auctoritate* diui Hadriani senatusconsultum factum
est, quo permissum est |——————feminis etiam sine
coemptione te|stamentum facere, si modo non minores
essent || ann*orum* *XII*, scilicet ut quae tutela liberatae non pag.82
113 essent, *tutore auctore* testari deb*e*rent. Videntur ergo meli-
oris condicionis esse femin*ae* quam masculi; nam mascu-
lus mino*r* ann*orum* XIIII testamentum facere non potest,
etiamsi tutore auctore testamentum facere uelit, femina
uero post XII ann*um* testamenti faci*endi* *i*us nanci*s*citur.

114 Igitur si qu*a*eramus an ualeat testamentum, inprimis aduertere debemus an is qui id fecerit, habuerit testamenti factionem; deinde, si habuerit, requiremus an secundum iuris ciuilis regulam *te*status sit, exceptis militibus, qui*bus* propter nimiam *inpe*ritiam, ut diximus, quomodo uelint uel quomo*do* *pos*sint, permittitur testamentum facere.

115 Non tamen, ut iure ciuili *uale*at testamentum, sufficit ea obserua*t*io quam supra expo*s*uimus de familiae uendi-

§ 114 inde ab 19 *si* usque ad 22 *sit* = Dig. 28, 1, 4 || *diximus*] § 109 || § 115 usque ad 26 *exposuimus* fere = Inst. 2, 13 pr.

fuerint, non possunt facere testamenta. sed hi qui insani sunt, per interualla quibus sani sunt, possunt facere testamenta.

6 *conf.* C[as] || 8 *conf.* C[as] || 10 *ante* ex auctoritate *praecesserit e. g.* sed postea || 11 *ante* feminis *expectes ad sententiam absoluendam e. g.* sui iuris *(conf. 1 § 115[a]); conf. tamen* C[a] || 13 annorum XII] anni XII· tab· C[n], *conf.* C[a] *pag. 256 inf.* || 14 tutore auctore] ita *C*, *conf.* C[a] *pag. 307 uers. 9* || deberent *Goeschen,* debent *C* || 16 minor *Goeschen,* minori *C* || annorum *Goeschen,* anni *C*, *conf.* C[a] *pag. 256 inf.* || 18 post *Goeschen,* potest *C*, *conf.* C[a] *pag. 285* || annum *Goeschen,* annorum C[n] *(conf.* C[a] *pag. 256 inf.)* || faciuntdi *C* || ius *Goeschen,* isius *C*, *conf.* C[a] *pag. 320 uers. 30* || nanciscitur *Goeschen,* nancicitur C[n] || 20 aduertere *C*, animaduertere *Dig.* || id fecerit *C*, fecerit testamentum *Dig.* || 22 iuris ciuilis regulam *C*, regulas iuris ciuilis *Dig.* || quibus *Goeschen*, qui *C* || 24 testamentum] *conf.* C[a] *pag. 307 inf.* || 26 ea *C*, haec *Inst.* || obseruattio C[n], *conf.* C[a] *pag. 305.*

116 tione et de testibus et de nuncupationibus. ⟨*sed*⟩ ante
omnia requirendum e*st*, a*n* institutio heredis sollemni more
facta sit; nam aliter facta institutione nihil proficit fami-
liam testatoris ita uenire testesque ita a*d*hibere *et ita nun*-
117 *c*upare testamentum, ut supra diximus. sollemnis autem
institutio h*a*ec est TIT*I*VS HERES ESTO; se*d* et ill*a* iam con-
probata uidetur TITIVM HEREDEM ESSE || IVBEO; at illa non est pag.83
conprobata TITIVM HEREDEM ESSE VOLO; se*d* et illae a pleris-
que inprobatae *sunt* TITIVM HEREDEM INSTIT*V*O, item HERE-
DEM FACIO.

118 Obseruandum praeterea est, ut si mulier quae in tutela
est, faciat testamentu*m*, tutor*e auctore* facere debeat; alio-
119 quin inutiliter iure ciuili testabitur. Praetor tamen si
septem signis testium signatum sit testamentum, scriptis
heredibus secundum tabulas testamenti b*onorum* ⟨*possessio*-
nem⟩ pollicetur; ⟨*et*⟩ si nemo sit, a*d* quem ab intestato iure
legitimo pertineat hereditas, uelut frater eodem patre natus
aut patr*u*us aut fratris filius, ita poterunt scripti heredes
retinere hereditatem. nam idem iuris est et si alia ex
causa testamentum non ualeat, uelut quod familia non
uenierit aut nuncupationis uerba testator locutus non sit.
120 Sed uideamus an etiamsi frater aut patruus extent, potiores
scriptis heredibus habeantur. re*s*cri*p*to enim imperatoris
Antonini significat*ur* eos qui secundu*m* tabulas testamenti
non iure factas bonorum possessionem petierint, posse ad-
uersus eos qui ab intestato uindicant hereditatem, defen-
121 dere se per exceptionem doli mali. Quod sane quidem ad

§ 115. 116 *supra*] §§ 104 seqq.

1 nunccupationibus C[n], nuncupatione *Huschke (probabiliter)* || sed *addidit Boecking, om. C (conf. C[a] pag. 300 uers. 17)* || 2 est an *Goeschen*, eam? C[n], *conf. C[a] pag. 266* || 4 et ita *Boecking*, aut C[n] || 4—5 nuncupare] nupare *C, conf. C[a] pag. 282 uers. 8* || 6 TITIVS *Goeschen*, titus *C* || illa *Goeschen*, illam *C* || 9 inprobatae sunt *Goeschen*, inprobataest *C (conf. C[a] pag. 301), unde etiam sic scribere possis:* sed et illa a plerisque inprobata est etc. || INSTITVO *Goeschen*, institutio *C* || 12 tutore auctore *Hollweg*, tutores habet *C (in archetypo fuerit* tut· auct· *uel per errorem* tut· auet·, *conf. C[a] pag. 257 uers. 28 et pag. 307 uers. 9 et pag. 309 uers. 9)* || 15 bonorum possessionem *Goeschen*, bus? *C, conf. C[a] pag. 258* || 16 et *addidit Goeschen* || 20 causa *Goeschen*, senatusconsulto C[n], *conf. C[a] pag. 259* || 22—23 *expectes:* sed uideamus an ⟨non⟩ etiam si frater aut patruus extent, potiores scripti heredes habeantur *(similiter Huschke)* || 23 resscribto C[n], *conf. C[a] pag. 298* || 26 uindicant *ex* uindicat *factum C.*

masculorum testamenta pertinere certum est; item ad feminarum quae ideo non utiliter testat*ae* sunt, qu*ia* uerbi gratia familiam non ue*n*diderint aut nuncupationis uerba locutae non sint; || an autem et ad ea testamenta femi- pag.84
narum qu*ae* sine tutoris auctoritate fecerint, haec consti-
122 tutio pertineat, uide*b*imus. Loquimur autem de his scilicet feminis quae n*on* in legitima paren*t*um aut patronorum tutela s*unt*, sed [de his] quae alterius generis tutore*s* habent, qui etiam inuiti coguntur auctores fieri; alioquin parentem et patron*u*m sine auctoritate eius facto testamento non summoueri palam est.

123 Item qui filium in potestate habet, curare debe*t* [ut eum uel heredem instituat uel nominatim exheredet; alioquin si eum silentio praeterierit, inutiliter testabitur, adeo quidem, ut nostri praeceptores existiment, etiamsi uiuo patre fili*us* defunctus sit, neminem heredem ex eo testamento existere posse, qu*ia* scilice*t* statim ab initio non constiterit institutio. sed diuersae scholae auctores, siquidem fili*us* mortis patris tempore uiuat, sane i*n*pedimento eum esse scriptis heredibus et illum ab intestato heredem fieri confitentur; si uero ante mortem patris interceptus sit, posse ex testamento hered*itat*em adiri putant, nullo iam filio i*n*pedimento; quia scilicet existimant ⟨*non*⟩ statim
124 ab initio inutiliter fieri testamentum filio praeterito. Ceteras uero liberorum personas si praeterierit testator, ualet testamentum, ⟨*sed*⟩ praeteritae ist*ae* personae scriptis heredibus

§ 123 inde ab 12 *qui* usque ad 18 *institutio* fere = Inst. 2, 13 pr.

7 non *Goeschen*, n *C*, *conf.* *C*ᵃ *pag. 281 inf.*; non *ante* 6 de his *collocat Huschke* || 7 parentium *C* || 8 sunt *Goeschen*, ṡ *C*, *conf.* *C*ᵃ *pag. 301* || de his *ut glossema expulit Mommsen* || tutores *Goeschen*, tutorem *C*, *conf.* *C*ᵃ *pag. 298 inf.* || 10 patronum *Goeschen*, patronorum *C* || 12 debet *Inst.*, debetur *C*ⁿ, *conf.* *C*ᵃ *pag. 306* || 13 eum uel *C*ⁿ, eum *Inst.* || nominatim exheredet *C*ⁿ, exheredem nominatim faciat *Inst.*; nominatim, *quod tuetur Epitoma (2, 3 pr.), tamquam glossema uetustum propter* § *127 expellit Mommsen* || 15 etiamsi *C*, etsi *Inst.* || 16 filius *Inst.*, filious *C*, *conf.* *C*ᵃ *pag. 268 uers. 29* || defunctus *C*, mortuus *Inst.* || 17 quia scilicet *Inst.*, quod scilicet quia *C*ⁿ || statim *C*, *om. Inst.* || 18 institutio *C*, testamentum *Inst.* || 19 filius *Goeschen*, fili *C*, *conf.* *C*ᵃ *pag. 268 uers. 29* || 20 illum *C*, suum *Huschke* || 22 hereditatem *Goeschen*, heredem *C*ⁿ, *conf.* *C*ᵃ *pag. 270* || 23 iam *C*, in *uel* iam a *mauult Lachmann*; nullo iam filio inpediente *Mommsen* || 23 quia — 24 praeterito *ex glossemate ad uersus 17—18* (quia — institutio) *adscripto nata esse suspicatur Mommsen* || 23 non *addidit Goeschen (conf.* *C*ᵃ *pag. 281 inf.)* || 26 sed *additum duce Goescheno (conf.* *C*ᵃ *pag. 300 uers. 17).*

in || partem adcrescunt, si sui heredes sint, in uirilem, pag.85
si extranei, in dimidiam. id est si quis tres uerb*i* gratia
filios heredes instituerit et filiam praeterierit, filia ad-
crescendo pro quarta parte fit heres, et ea ratione id*em*
consequitur, quod ab intestato patre mor*tuo* habitura esset;
a*t* si extraneos ille heredes instituerit et filiam praeterierit,
filia adcrescendo ex dimidia parte fit here*s*. quae de filia
diximus, eadem et de nepote deque omnibus liberorum
personis *seu* masculini seu *fe*minini sexus dicta intellege-
125 mus. Quid ergo est? licet *e*ae secundum ea quae dixi-
mus, scriptis *heredibus dimidiam partem* detrahant, tamen
praetor eis contra tabulas bonorum possessionem promitti*t*,
qua ratione extranei heredes a tota hereditate repelluntur
126 et efficiuntur sine re heredes. Et hoc iure uteb*amur,*
*qua*si nihil inter feminas et masculos interesset; se*d* nuper
imperator Antoninus significauit rescri*p*to suo non plus
nanci*s*ci feminas per bonorum possessionem, qu*am* quo*d*
iure adcrescendi consequerent*ur*. quod in emancipatarum
quoque persona obseruandum es*t*, *ut hae quoque*, *quod*
adcrescendi iure habitur*ae* esse*nt*, si in pot*estate* fuissent,
127 id ipsum etiam per bonorum possessionem habeant. Sed
siquidem filius a patre exheredetur, nominatim ex*here*dari
*de*bet; alioquin non *uidetur* exheredari. nominatim autem
*ex*heredari uidetur, siue ita exhere||detur TITIVS FILIVS MEVS pag.86
EXH*ERES ESTO*, *siue ita FILIVS MEVS* | EXHERES ESTO, non ad-
128 iecto proprio nomine. Cete*r*ae uero liberorum person*ae*
uel feminini sexus uel masculini sa|tis inter ceteros ex-
heredantur, id est his *uer*b*is* *CETE*|*RI* OMNE*S* EXHEREDES

---

§ 127 inde ab 23 *nominatim* = Inst. 2, 13, 1.

---

2 uerbi *Bluhme*, uerbis C^n || 3 filios *Goeschen*, filius *C*, *conf.* C^a *pag. 268 uers. 29* || 4 idem] id? *C*, *conf.* C^a *pag. 262* || 5 *ad incertas codicis C umbras aut* ab intestato patre mor*tuo* habitura *(hoc casu* ab *praepositio melius omittetur) aut* ab intestato patrem (*lege* patre) *ipsa* habitura *lectio quadret* || 7 heres *Goeschen*, heret? *C* || 9 feminini *Goeschen*, minini *C* || 10 eae *Lachmann*, ae *C* || 11 heredibus dimidiam partem] dimidiam partem modo heredibus? C^n || 12 promittit *Bluhme*, promittitur C^n, *conf.* C^a *pag. 306* || 16 suo *C*, suas *Huschke* || 17 quam quod *Goeschen*, quod quam? C^n, *conf.* C^a *pag. 294 uers. 35* || 19 est] esset *C*, *conf.* C^a *pag. 266 uers. 9* || *proxima ad sententiam suppleta sunt* || 20 habiturae essent *Goeschen*, habituresse *C* || 23 uidetur] possiet? C^n || 24 exheredari *Inst.*, heredari *C* || 25 *suppleuit Goeschen ex Inst.* || 28 CETERI *suppletum ex coniectura, conf. tamen* C^{as} || omnes̄? *C*, *conf.* C^a *pag. 312*.

SVNTO, *quae uerba*————*post in*|stitutionem heredum adici
129 solent. sed hoc it*a*————. | nam praetor omnes
uirilis sexus lib*erorum personas*, | id est nepotes quoque
et pronepotes————|————
————|————
————|.
130 Postumi quoque liber*i uel heredes insti*tui debent uel
131 exheredari. Et i*n* eo par omnium condic*io est*, *quod* ⟨*et*⟩
in filio p*ostumo et in quolibet ex ceteris lib*eris siue *feminini*
*sexus siue ma*sculini praeterito ualet *quidem testamentum*,
*sed postea agnatione postumi si*ue postumae rump*itur*, et
ea ra*tione totum infir*matur. *ideo*que si mulier, ex qua
*postumus aut postu*ma sperab*atur*, abor*tum fecerit*, *nihil*
inpedimento est scriptis heredibus ad hereditatem adeundam.
132 *Sed feminini* quidem sexus personae *uel nominatim uel*
inter ceter*os exheredari solent*, *dum tamen si inter ceteros*
exheredentur, *aliquid eis legetur*, *ne uideantur per obliuio*-
nem praeteritae *esse*. *masculini uero sexus per*sonas pla-
cuit non aliter recte ex*heredari*, *nisi nominatim* || *exhere*- pag.87
dentur, *hoc scilicet modo* *QVICVMQVE MIHI FILIVS GENITVS*
132^a *FVERIT*, *EX*|*H*ERES ESTO. ————
————| potest u————
————|———— *(4 uersus in C legi*
nequeunt)
————|
agat————|
n————|.
133 *Postumorum autem loco sunt et hi qui in sui heredis* |

§ 130 = Inst. 2, 13, 1 || § 131 = Inst. 2, 13, 1 || § 132 = Inst. 2, 13, 1 || § 133 = Dig. 28, 3, 13; Inst. 2, 13, 2.

1 quae] *in C fortasse* que *scriptum fuit, conf.* C^as || *ante* post *uel aduerbium uel simile aliquid extitisse spatii in* C^a *computatio persuadet* || 2 *post* ita *supplendum uidetur* est iure ciuili *(in C fuerit* ic) || 3 *suppleuit Polenaar* || 4—6 *lacunam post* pronepotes *Lachmann ad sententiam recte sic suppleuit:* nominatim exheredari iubet, feminini uero inter ceteros; qui nisi fuerint ita exheredati, promittit eis contra tabulas bonorum possessionem. || 7 liberi *Inst.*, liberi nominatim *C* || 7—21 *ex Inst. suppleri posse intellexit Goeschen* || 8 in eo *Inst.*, ideo *C* || quod et *Inst.*, quod? C^n? || 12 ideoque *Inst.*, idque? C^n?, *conf.* C^a || 18 (masculini uero sexus perso)nas? *C*, masculos uero postumos id est filium et deinceps *Inst.* || 21 EXHERES *Inst.*, ex|eres *fuerit in* C^n || 27—71, 13 *ex Dig. et Inst. suppleri posse intellexit Goeschen* || 27 postumorum autem *Inst.*, postumorum *Dig.*

locum succedendo quasi agnascendo fiunt parenti|bus sui heredes. ut ecce si filium et *ex eo nepotem ne*|ptem*ue in* potest*ate habeam*, *quia filius gradu praecedit*, | *is solus iura sui heredis habet*, *quamuis nepos quo*|que et neptis e*x eo in eadem potestate sint*; *sed si filius meus me uiuo moriatur*, *aut qualibet ratione exeat de potestate mea*, *incipit nepos neptisue in eius locum succe*|*dere*, *et* eo modo iura suorum h*eredum quasi agnatio*|ne nanciscuntur.
134 Ne ergo eo modo rumpatur mihi te|sta*mentum*, *sicut ipsum filium uel heredem in*stituere uel | exheredare debeo, ne n*on iure faciam testamentum*, *ita et ne*|potem *n*eptemue ex eo necesse est mihi u*el heredem instituere uel exheredare*, *ne forte*, *me uiuo filio mortuo*, *succedendo in locum eius nepos neptisue* ‖ quasi *a*gnatione rumpat testamentum; idque leg*e* Iunia Vel- pag.88 l*a*ea prouisum est, in qua simul exheredationis modus notatur, ut uirilis sexus ⟨*postumi*⟩ nominatim, feminini uel nominatim uel inter ceteros exheredentur, dum tamen iis qui inter ceteros exheredantur, aliqui*d* legetur.
135 *E*mancipatos liberos iure ciuili neque heredes instituere neque exheredare necesse est, quia non sunt sui heredes; sed praetor omnes tam feminini quam masculini sexus si heredes non instituantur, exheredari iubet, uirilis sexus *n*ominatim, feminini u*el* nominatim uel inter ceteros; quodsi neque heredes instituti fuerint neque ita, ut supra diximus, exheredati, praetor promittit eis contra tabulas bonorum pos-

§ 134 usque ad 15 *prouisum est* = Dig. 28, 3, 13; § 134 usque ad 15 *modus* fere = Inst. 2, 13, 2 ‖ § 135 = Inst. 2, 13, 3.

1 locum *Goeschen*, loco *Dig. Inst.* ‖ 4—7 *cum pro* que et neptis *usque ad* in eius locum succe *in C duorum tantum uersuum extet interuallum*, *quod tamen legi nequit*, *nonnulla ex eis*, *quae ex Dig. et Inst. supra suppleta sunt*, *a C falso afuisse conicias* ‖ 5 sint *Dig.*, sunt *Inst.* ‖ moriatur *Inst.*, morietur *Dig.* ‖ 6 qualibet *Dig.*, qualibet alia *Inst.* ‖ 7 locum *Inst.*, loco *Dig.* ‖ 9 rumpatur C*n* *Inst.*, rumpat *Dig.* ‖ 10 exheredare *C*, exheredare nominatim *Dig.*, nominatim exheredare *Inst.* ‖ 11 neptemue *Dig. Inst.*, uel neptemue? C*n* ‖ 12—13 *pro* uel heredem — neptisue *aliquanto (uno fere uersu) plura in C (fortasse falso) scripta fuisse spatii computatio docet*; *conf. etiam* C*as* ‖ 14 rumpat *C Dig.*, rumpant *Inst.* ‖ lege *Dig. Inst.*, legem *C* ‖ uellea C*n* *Dig.*, uelleia *Inst.* ‖ 18 emancipatos *Inst.*, mancipatos *C* ‖ 22 nominatim *Inst.*, nonominatim *C (conf.* C*a* *pag. 281 uers. 33)* ‖ 23 uel (*an* uero) nominatim uel C*n*, uero et *Inst.* ‖ 24 supra *C*, *om. Inst.* ‖ 25 praetor promittit eis C*n*, promittit praetor eis *(in aliis codicibus Institutionum* promittit eis praetor*) Inst.* ‖ tabulas C*n*, tabulas testamenti *Inst.*

135a sessionem. In potestate patr*is* non sunt, qui cum eo ciui-
tate Romana donati s*unt* nec in accipienda ciuitate Romana
pater *petiit ut* eos in potestate habere*t*, aut, si pet*i*it, no*n*
*in*petrauit; nam qui ⟨*in*⟩ pot*estate*m patris ab imperatore
136 rediguntur, nihil diffe|runt a————. Adoptiui fil*i*i quam-
diu manent in ado|ption*e*, naturalium loco sunt; emancipati
uero ⟨*a*⟩ patre adoptiuo neque iure ciuili neque quod ad
137 edictum praetoris pertinet, inter liberos numerantur. qua
ratione accidit, ut ex diuerso quod ad naturalem parentem
pertinet, quamdiu quidem sint in adoptiua familia, extra-
neorum numero habeantur; si uero emancipati fuerint ab
adoptiuo patre, tunc incipiant || in ea causa esse, qua futuri pag.89
essent, si ab ipso naturali patre ⟨*emancipati*⟩ fuissent.
138 Si quis post factum testamentum adoptauerit sibi filium
aut per populum eum qui sui iuris est, aut per praetorem
eum qui in potestate parentis fuerit, omni modo testamen-
139 tum eius rumpitur quasi agnatione sui heredis. Idem iuris
est, si cui post factum testamentum uxor in manu*m* con-
ueniat, uel quae in manu fuit nubat; nam eo modo filiae
140 loco esse incipit et quasi su*a*. nec prodest, s*i*ue haec siue
ille qui adoptatus est, in eo testamento sit institutus insti-
tutaue; nam de exheredatione eius super*u*ac*u*um uidetur
qu*a*erere, cum testamenti faciendi tempore suorum heredum
141 numero non fuer*i*t. Filius quoque qui ex prima secundaue
mancipatione manumittitur, quia reuertitur in potestatem
patriam, rumpi*t* ante factum testamentum; nec prod*e*st, ⟨*si*⟩
in eo testamento heres institutus uel exheredatus fuerit.
142 Simile ius olim fuit in eius persona cuius nomine ex sena-

§ 136 inde ab 6 *emancipati* = Inst. 2, 13, 4 || § 137 = Inst. 2, 13, 4 || § 138 fere = Inst. 2, 17, 1.

2 sunt] sint *C* || 3 petiit ut] .... | aput *C*, *conf.* C^a; *fortasse* petiit ab imperatore ut *uel simile aliquid scribendum* || habere *C* || petit *C* || 4 in potestatem] potum *C*, *conf.* C^{as} *et conf.* C^a *pag. 288* || 5 *post* differunt *haec fere uidentur in C extare:* athisunit *uel similia (conf.* C^a*)*; *expectes:* ab his qui in potestate patris nati sunt. || 6 adoptionem *C* || 7 a *Inst.*, *om. C* || 8 pertinet C^n, attinet *Inst.* || 10 pertinet C^n, attinet *Inst.* || 11 si *C*, cum *Inst.* || 12 qua C^n, in qua *Inst.* || 13 emancipati *Inst.*, *om. C* || 14 post *Inst.*, potest *C (conf.* C^a *pag. 285)* || 18 manu *C* || 20 sua] suȧı *(sic)* $C^{\bullet}$ || prodest siue *Goeschen*, prodest|ue C^n || 24 fuerit *Goeschen*, fuerint *C*; *hanc formam ita seruat Polenaar, ut supra (uers. 22)* eius *deleat* || 26 rumpit *Goeschen*, rumpitur *C*, *conf.* C^a *pag. 306* || prodeest C^n || si *addidit Goeschen.*

tusconsulto erroris causa pro*b*at*ur*, quia forte ex peregrina
uel Latina quae per errorem quasi ciuis Romana uxor ducta
esset, natus esset; nam siue heres institutus esset a pare*n*te
siue exheredatus, siue uiuo patre causa probat*a* siue post
mortem eius, omni modo quasi *a*gna‖tione rumpebat testa- pag.90
143 mentum. nunc uero ex nouo senatusconsulto quod auctore
diuo Hadriano factum est, siquidem uiuo patre causa pro-
*b*atur, aeque ut olim omni modo rumpit testamentum; si
uero post mortem patris, praeteritus quidem rumpit testa-
mentum, si uero heres in e*o* scriptus est uel exheredatus,
non rumpit testamentum; ne scilicet diligenter facta testa-
menta rescinderentur e*o* tempore quo renouari non possent.
144 Posteriore quoque testamento quod iure fact*u*m est, superius
rumpitur. nec interest, an extiterit aliquis ex eo heres, an
non extiterit; hoc enim solum spectatur, an existere po-
tuerit. ideoque si quis ex posteriore testamento quod iure
factum est, aut noluerit heres esse, aut uiuo testatore, aut
post mortem eius, antequam hereditatem adiret, decesserit,
aut per *cre*tionem exclusus fuerit, aut condicione sub qua
heres i*n*stitutus est defectus sit, aut propter *ca*elibatum ex
lege *I*ulia summotus fuerit ab hereditate: quibus casibus
pater familias intestatus moritur, nam et prius testamentum
non ualet, ruptum a posteriore, et posterius aeque nullas
145 uires habet, cum ex eo nemo heres extiterit. Alio quoque
modo testamenta iure facta infirma*n*tur, uelut*i* ⟨*cum*⟩ is qui
fecerit testamentum, *c*apite deminut*us* sit; quod quibus
146 modis accidat, primo commentario relatum est. hoc autem
casu in‖rita fieri testamenta dicemus, cum alioquin et quae pag.91
rumpunt*ur*, inrita fiant, ⟨*et quae statim ab initio non iure*

§ 144 fere = Inst. 2, 17, 2 ‖ § 145 usque ad 27 *primo* = Inst. 2, 17, 4 ‖ *primo commentario*] 1, 159—162 ‖ § 146 = Inst. 2, 17, 5.

1 probatur *Goeschen,* prouatum? C^n, *conf.* C^a *pag. 306* ‖ 4 probata *Goeschen,* probat C^n ‖ 6 nouo *ex* noua *correctum C* ‖ 10 eo *Goeschen,* eos *C* ‖ 12 eo *Goeschen,* eos *C* ‖ 13 factum *Goeschen,* facturum *C (conf.* C^a *pag. 306),* perfectum *Inst.* ‖ 14 ex eo heres C^n, heres ex eo *Inst.* ‖ 19 cretionem *Goeschen,* ceptionem *C* ‖ 20 institutus *Inst.,* istitutus *C* ‖ 21 quibus C^n, in his *Inst. (ut orationis hiatum euitarent?); fortasse* nam *(uers. 22) potius delendum est* ‖ 25 infirmantur *Inst.,* infirmatur C^n ‖ ueluti cum is *Inst.,* uelutis *C (conf.* C^a *pag. 260 uers. 26 seqq.)* ‖ 26 capite deminutus *Inst.,* $\bar{k}$ $\bar{d}$ $\bar{a}$ C^n, *conf.* C^a *pag. 275* ‖ 27 accidat *C,* accidit *Inst.* ‖ 28 dicemus *C,* dicuntur *Inst.* ‖ 29—75, 2 ⟨ ⟩ *addidit Goeschen ex Inst.*

fiunt, inrita sint; sed et ea quae iure facta sunt et postea
propter capitis deminutionem inrita fiunt,⟩ poss*unt* nihilo
minus rupta dici. sed quia sane commodius erat singulas
causas singulis appellationibus distingui, ideo quaedam non
iure fieri dicuntur, qu*a*edam iure facta rumpi uel inrita fieri.
147 Non tamen per omnia inutilia sunt ea testamenta quae
uel ab initio non iure facta sunt uel iure facta postea in-
rita facta *a*ut rupta sunt. nam si septem testium signis
signata sint testamenta, potest scriptus heres secundum
tabulas bonorum possessionem petere, si modo defunctus
testator et ciuis Romanus et su*ae* potestatis mortis tempore
fuerit. nam si ideo inritum f*actum sit* testamentum, quod
puta ciuitatem uel etiam libertatem testator amisit, *a*ut *i*s
in adoptionem se dedit ⟨*et*⟩ mortis te*m*pore in adoptiui
patris potestate fuit, non potest scriptus heres secundum
148 tabulas bonorum possessionem pet*ere*. ⟨*Itaque qui*⟩ secun-
dum tabulas testamenti quae aut statim ab initio non iure
factae sint, aut iure factae postea *r*uptae uel inrit*ae* erunt,
bonorum possessionem accipiunt, si modo possunt heredi-
tatem optinere, habebunt bonorum possessionem cum re;
si uero ab *i*is auocari hereditas potest, habebunt bonorum
149 possessionem sine re. nam si quis heres iure ciuili insti-
tutus sit uel ex primo uel ex posteriore testamento, uel ab
intestato iure legitimo heres sit, is potest ab *i*is heredita-
tem a*u*ocare; si uero nemo ‖ sit alius iure ciuili heres, ipsi pag. 92
retinere hereditatem possunt, nec ullum ius aduersus eos
149a habent cognati, *qui* legitimo iure deficiuntur. Aliq*uando*
tamen, *sicut su*pra | quoque notauimus, etiam legitim*i*s

§ 147 fere = Inst. 2, 17, 6 ‖ § 149a *supra*] §§ 120. 121.

1 sint *Goeschen*, sunt *Inst.* ‖ sunt et *Goeschen*, sunt *Inst.* ‖ 2 possunt *Goeschen*, posset *(conf. Ca pag. 284 et pag. 301)* nihilo minus rupta dici *Cn*, possumus nihilo minus rupta dicere *Inst.* ‖ 5 *(priore loco)* fieri *C*, facta *Inst.* ‖ 8 aut *Goeschen*, ut? *C* ‖ 9 sint testamenta *C*, sunt *Inst.* ‖ 10 tabulas *Cn*, tabulas testamenti *Inst.* ‖ petere *C*, agnoscere *Inst.* ‖ 11 testator *C*, *om. Inst.* ‖ 12 factum sit *Inst.*, fic? *C*, *conf. Ca pag. 268 uers. 13* ‖ testamentum] *conf. Ca pag. 307 uers. 26* ‖ 13 puta *C*, *om. Inst.* ‖ aut is *Goeschen*, uut his *C*, aut quia *Inst. (probabilius)* ‖ 14 et *Inst.*, *om. C* ‖ 15 fuit *C*, sit *Inst.* ‖ 16 ⟨⟩ *exempli gratia additum est* ‖ 18 ruptae *Goeschen*, nuptae *C* ‖ 19 modo *C*, eo modo *Lachmann* ‖ 23 *uerba* uel ex primo — testamento *ex falso glossemate nata esse censet Krueger* ‖ 26—76, 2 *conf. Cas* ‖ 27 qui *quam* quia *(sic coniecit Fitting) in C extitisse probabilius est* ‖ 28 legitimis] legitimus *C*.

heredibus | potiores scripti habentur, u*eluti* si ideo n*on iure* |
factum sit testamentum, quod familia non uenierit, aut nun|-
cupationis uerba testator locutus non sit; ——|—— *ag*na-
ti petant heredit*atem*——————————| ex con*stituti-*
150 *one*——————————————|ueri————
le*ge* Iulia——————————| possessores———
——————————————*e*|a lege bona caduca
fiunt et ad populum deferri | iubentur, si defuncto nemo
——————.

151 |Potest ut iure facta testamenta c*ontraria uoluntate* | in-
firme*n*tur. apparet ⟨*autem*⟩ non poss*e* e*x eo* s*o*lo i*nfirma*|ri
testamentum, quod postea testator id noluerit ualere, usque
adeo, ut si linum eius inciderit, nihilo minus iure ciuili
ualeat. quin etiam si dele*u*erit quoque a*ut* conbus*serit* ta-
bulas testamenti, ni*hilo* minus ⟨*non*⟩ desinent ualere *quae*
151a ibi fuerunt scripta, licet eorum probatio diff*icilis* sit. Quid
ergo est? si quis ab intestato bonorum possessionem petieri*t*
et is | qui ex eo testamento heres *est*, petat h*ereditatem*,
————|————————————
————|————————————

1 heredibus] quoq..cpcoi...? *C* [*id est fortasse* quoq(ue) heredibus] || scribiti? *C* || 3 *proxima post* sit *Kruegero ad sententiam, non ad litterarum umbras (conf.* C^a *et* C^{as}*) ita fere suppleri uidentur posse:* cum, *si ag*nati **petant hereditatem**, *exceptione* doli mali | **ex constitutione** imperatoris Antonini remo|**ueri** po*ssint*. (§ 150) *Sane (ad codicis* C^n *ductus* Namque *lectio e. g. propius accedat)* **lege Iulia** scriptis non aufertur hereditas, si bonorum | **possessores** e*x edicto* con*s*tituti sint. nam ita demum e|**a lege bona caduca fiunt et ad populum deferri | iubentur, si defuncto nemo** heres uel bonorum possessor (*in* C^n *fuerit* h̄ ū b̄ p̄) existat. || 10—77, 1 *maximam partem suppleuit Krueger »Kritische Versuche im Gebiete des roemischen Rechts« pag. 13, conf.* C^a *et* C^{as} || 10—11 infirmentur *Goeschen*, infirmetur *C* || 11 autem *om. C, conf.* C^a *pag. 257 uers. 18* || 13 *ante* inciderit *in C* ad *expunctum extat* || 14 conbusserit] conbuisple— *uel simile aliquid uidetur in* C^n *extitisse, conf.* C^{as} || 15 nihilo minus non *Krueger*, nideominus *C*, non ideo magis *Huschke* || 18 est] c' (*i. e.* cum) C^n, *conf.* C^a *pag. 265 uers. 39* || 19—77, 1 *proxima post* hereditatem *Kruegero nunc uidentur hanc fere sententiam expressisse:* per exceptionem doli mali repelletur; si uero nemo ab intestato bonorum possessionem petierit, fiscus scripto heredi quasi indigno auferet hereditatem, ne ullo modo ad eum quem testator heredem habere noluit, | **perueniat hereditas** (*conf.* C^a*). Huschke pro his haec supplet:* potest eum per exceptionem doli mali rep*ellere*, **si** modo ea mens testatoris fuisse probetur, ut ad eos qui ab intestato uocantur, | **perueniat hereditas.**

——————||peruenìat hereditas; et hoc ita *re*scripto impera- pag.93
toris Antonini significatur.

152 Heredes autem aut necessar*ii* dicuntur aut sui et ne-
153 cessar*ii* aut extranei. Necessarius heres est ser*uus* cum
libertate heres institutus, ideo sic appellatus, quia siue
uelit siue nolit, omni modo post mortem testatoris protinus
154 liber et heres est. Vnde qui facultates suas suspectas habet,
solet seruum suum primo aut secundo uel etiam ulteriore
gradu liberum et heredem instituere, ut si creditoribus
satis non fiat, potius huius heredis quam ipsius testatoris
bona uenean*t*, id est ut ignominia quae acc*i*dit ex uendi-
tione bonorum, hunc potius heredem quam ipsum testa-
torem contingat; quamquam apu*d* Fufidium Sabino placeat
eximendum eum esse ignominia, quia non suo uitio sed
necessitate iuris bonorum uenditionem pateretur; sed alio
155 iure utimur. Pro hoc tamen incommodo illu*d* ei commo-
dum praestatur, ut ea quae post mortem patroni sibi ad-
quisierit, si*ue* ante bonorum uenditionem siue postea, ipsi
reseruentur; et quamuis pro p*or*tione bona uenierint, iterum
ex hereditaria causa bona eius non uenient, nisi si qui*d*
ei ex *h*ereditaria causa fuerit adquisitum, || uelut si † Lati- pag.94
nus adquisierit, locupletior factus sit; cum ceterorum ho-
minum, quorum bona uenierint pro portione, si quid post-
156 ea adquirant, etiam saepius eorum bona uen*ire* solent. Sui
autem *e*t necessar*ii* heredes sunt uelut filius filiaue, nepos
neptisue ex filio, ⟨*et*⟩ deinceps ce*te*ri qui modo in potestate
morientis fuerunt. sed uti nepos neptisue su*us* heres sit,

§ 152 = Inst. 2, 19 pr. || § 153 fere = Inst. 2, 19, 1 || § 154 usque ad 11 *bona* fere = Inst. 2, 19, 1 || § 155 usque ad 19 *quamuis* fere = Inst. 2, 19, 1 || § 156 = Inst. 2, 19, 2.

1 rescripto *Goeschen*, scripto *C*, *conf.* *Ca* *pag. 298 uers. 18* || 4 seruus *Inst.*, serbum *Cn*, *conf.* *Ca* *pag. 303* || 5 appellatus *C Inst. (libri deteriores)*, appellatur *Inst. (libri meliores)* || 7 heres est *Cn*, necessarius heres fit *Inst.* || 7—8 habet solet *C*, habent solent *Inst.* || 10 huius *C*, eius *Inst.* || quam ipsius testatoris bona *Cn*, bona quam ipsius testatoris *Inst.* || 11 ueneant *Goeschen*, ueneantur *Cn*, *conf.* *Ca* *pag. 306* || accidit *Lachmann*, accedit *C* || 17 patroni *C*, patroni sui *Inst.* || 19 pro portione *Heise*, propter contractione *C*, *conf.* *Ca* *pag. 288* || 21—22 *expectes* uelut si ex bonis Latini defuncti locupletior etc.; *Savigny coniecit* uelut si ⟨ex eo quod⟩ Latinus adquisierit, locupletior etc. || 24 eorum *abundat* (soleant *Goeschen*) || uenieri *C* || 25 et *Inst.*, ut *C* || uelut *Cn*, ueluti *Inst.* || filiaue *C*, filia *Inst.* || 26 neptisue *C*, neptisque *Inst.* || et *Inst.*, *om.* *C* || ceri *C*, ceteri liberi *Inst.* || 27 fuerunt *C*, fuerint *Inst.* || uti *C*, ut *Inst.* || suos heres sit *Cn*, sui heredes sint *Inst.*

non sufficit eum in potestate aui mortis tempore fuisse, sed
opus est ut pater quoque eius uiuo patre suo desierit suus
heres esse aut morte interceptus aut qualibet ratione libera-
tus potestate; tum enim nepos neptisue in locum sui patris
157 succedunt. Sed sui quidem heredes ideo appellantur, quia
do*m*estici heredes sunt et uiuo quoque parente quoda*m*-
modo domini existimantur; unde etiam si quis intestatus
mort*u*us sit, prima causa est in successione liberorum. ne-
cessarii uero ideo dicuntur, quia omni modo, ⟨*siue*⟩ uelint
s*i*ue ⟨*nolint*, *tam*⟩ ab intestato quam ex testa*mento* heredes
158 fiunt. sed his praetor permittit abstinere se ab heredi*tate*,
159 ut potius parentis bona ueneant. Idem iuris est et ⟨*in*⟩
uxoris persona quae in manu est, quia filiae loco est, et
160 in nuru quae in manu filii est, quia neptis loco est. Quin
etiam similiter abstinendi po*test*‖*a*tem facit praetor etiam pag.95
ei qui in causa *m*ancip*i*i est, ⟨*si*⟩ cum liber*tate* heres insti-
tutus sit, *quamuis* necessarius, non etiam suus heres sit,
161 tamquam seruus. Ceteri qui testatoris iuri subiecti non
sunt, extranei heredes appellantur. itaque liberi quoque
nostri qui in potestate nostra non sunt, here*de*s a nobis
instituti [sicut] extranei uidentur. qua de causa et qui a
matre heredes instit*u*untur, eodem numero sunt, quia fe-
minae liberos in potestate non habent. serui quoque, qui

§ 157 = Inst. 2, 19, 2 ‖ § 158 usque ad 12 *bona* = Inst. 2, 19, 2 ‖ § 161 usque ad 23 *habent* = Inst. 2, 19, 3; ad reliqua conf. Inst. 2, 19, 3.

1 eum *C*, eum eamue *Inst.* ‖ 2 quoque *C*, *om. Inst.* ‖ 3 qualibet *C*, qualibet alia *Inst.* ‖ 4 tum *C*, tunc *Inst.* ‖ sui patris succedunt *C*, patris sui succedit *Inst.* ‖ 6 domestici *Inst.*, domnestici *C* ‖ parente *C*, patre *Inst.* ‖ quodammodo *Inst.*, quod ad modo *C*ⁿ ‖ 7—8 si quis intestatus mortuus *Inst.*, si quis intestatus mor | si quis intestatus 'tus *C (uerbis nonnullis per errorem bis scriptis, sed errore per uncinum indicato), conf. C*ᵃ ‖ 9—10 siue uelint siue nolint tam *Inst.*, uelintue *C* ‖ 10 testamento *Inst.*, testat modo *C*ⁿ, *conf. C*ᵃ *pag. 277* ‖ 11 permittit *C*ⁿ, permittit uolentibus *Inst.* ‖ hereditate *Inst.*, heredi *C*ⁿ, *conf. C*ᵃ *pag. 270 uers. 1 seqq. et uers. 29* ‖ 12 in *addidit Goeschen* ‖ 15 potestatem *Goeschen*, post| autem *C*ⁿ, *conf. C*ᵃ *pag. 289 et pag. 304* ‖ 16 *ante* mancipii *in C*ⁿ *addita est glossa* id est mancipato, *quam remouit Klenze* ‖ si *additum ex coniectura* ‖ libertate *Huschke*, liberet? *C*ⁿ, *conf. C*ᵃ *pag. 276* ‖ 17 quamuis *Huschke*, cum *C*, *conf. C*ᵃ *pag. 297 inf.* ‖ 20 heredes] *conf. C*ᵃ *pag. 269* ‖ 21 sicut extranei *C*, extranei heredes *Inst.*; sicut *deleuit Mommsen* ‖ 21—22 a matre heredes *C*ⁿ, heredes a matre *Inst.* ‖ 23 liberos in potestate *C*, in potestate liberos *Inst.*

cum liber*tate* heredes instituti sunt et postea a domino
162 manumissi, eodem numero habentur. Extraneis autem here-
dibus deliberandi potestas data est de adeunda hereditate
163 uel non adeunda. Sed siue is cui a*b*stinendi potestas est,
inmis*c*uerit se bonis hereditar*i*is, siue is *c*ui de adeunda
⟨*hereditate*⟩ deliberare licet, adierit, postea relinquendae
hereditatis facultatem non habet, nisi si minor sit annorum
XXV. nam huius aetatis hominibu*s*, sicut in ceteris omni-
bus causis deceptis, ita etiam si temere damnosam heredi-
tatem susceperint, praetor succurrit. scio quidem diuum
Hadrianum etiam maiori XXV annorum ueniam dedisse, cum
post *a*ditam hereditatem grande *a*es alienum quod aditae
hereditatis tempore latebat, apparuisset. ||
164 Extraneis heredibus solet cretio dari, id est finis de- pag.96
liberandi, ut intra certum tempus uel adeant hereditatem,
uel si non adeant, temporis fine summoueantur. ideo au-
tem cretio appellata est, quia cernere est quasi decernere
165 et constituere. Cum ergo ita scri*p*tum sit HERES TITIVS ESTO,
adicere de*b*emus CERNITOQVE IN CENTVM DIEBVS PROX*I*MIS QVIBVS
166 SCIES POTERISQVE. QVODNI ITA CREVERIS, EXHERES ESTO. Et qui
ita heres institutus est, si uelit heres esse, debebit intra
diem cretionis cernere, id est haec uerba dicere QVOD ME
P. *MAE*VIVS TESTAMENTO SVO HEREDEM INSTITVIT, EAM HEREDITATEM
ADEO CERNOQVE. quodsi ita non creuerit, finito tempore cre-
tionis excluditur; nec quicquam proficit, si pro herede
gerat, id est si rebus hereditariis tamquam heres utatur.
167 At is qui sine cretione heres insti*tu*tus sit, aut qui ab in-
testato legitimo iure ad hereditatem uocatur, pote*st* aut
cernendo aut pro herede gerendo uel etiam nuda uoluntate
suscipiend*a*e hereditatis heres fieri; eique liberum est quo-

§ 162 = Inst. 2, 19, 5 || § 163 = Inst. 2, 19, 5. 6 || § 167 usque ad 30 *fieri* fere = Inst. 2, 19, 7.

1 libertate *Lachmann*, liberiet *C*, *conf.* C^a *pag.* 276 || 3 data est C^n, est *Inst.* || 5 immiscuerit *Inst.*, inmisuerit *C* || hereditaris *C*, hereditatis *codices Inst.* || is cui *Goeschen*, isui *C*, extraneus cui *Inst.* || 6 hereditate *Inst.*, *om. C* (*conf.* C^a *pag.* 270 *uers.* 27) || 7 nisi si *C*, nisi *Inst.* || annorum? C^n, annis *Inst.* || 8 hominibus *Inst.*, hominibus permissum est C^n || 9 etiam *C*, et *Inst.* || 11 annorum? C^n, annis *Inst.* || 13 apparuisset *C*, emersisset *Inst.* || 16 fine *ex* fines *correctum* C^1 || 23 MAEVIVS *Lachmann*, titius *C*, *conf.* C^a *pag.* 287 || 27 institutus *Inst.*, institus *C* || sit *C*, est *Goeschen* (*olim*) *et Huschke* || 28 potest *Inst.*, pote *C*, *conf.* C^a *pag.* 288.

cumque tempore uoluerit, adire hereditatem; ⟨*sed*⟩ solet
praetor postulantibus hereditar*i*is creditoribus tempus con-
stituere, intra quod si uel*i*t ade*a*t hereditatem, si minus,
168 ut liceat creditoribus *b*ona defuncti uend*e*re. Sicu*t* autem
⟨*qui*⟩ cum cretione ‖ heres institutus est, nisi creuerit here- pag.97
ditatem, non fit heres, ita non aliter excluditur, quam si
non creuerit intra id tempus quo cretio finita *est*; itaque
licet ante diem cretionis constituerit hereditatem non adire,
tamen p*a*enitentia actus superante die cretionis cernendo
169 heres esse potest. A*t* *i*s qui sine cretione heres institutus
est, qui*u*e ab intestato per legem uocatur, sicut uoluntate
nuda heres fit, ita et contraria destinatione statim ab here-
170 ditate repellitur. Omnis autem cretio certo tempore con-
stringitur. in quam rem tolera*b*ile tempus uisum est cen-
tum dierum. potest tamen nihilo minus iure ciuili aut
longius aut breuius tempus dari; longius tamen interdum
171 praetor coartat. Et quamuis omnis cretio certis diebus
constringatur, tamen alia cretio uulgaris uocatur, alia cer-
torum dierum: uulgaris illa, quam supra exposuimus, id
est in qua *a*dic*i*untur haec uerba QVIBVS S*C*IET POTERITQVE;
certorum dierum, in qua detractis his uerbis cetera scri-
172 buntur. Quarum cretionum magna differentia est. nam
uulgari cretione data nulli dies conputantur, nisi quibus
scierit quisque se heredem esse institutum et possit cer-
nere. certorum uero dierum cretio*ne* data etiam nescient*i*
se heredem institutum esse numerantur dies con‖tinui; item pag.98
ei quoque qui aliqua ex causa cernere prohibetur, et eo
amplius ei qui sub condicione heres *in*stitutus est, tempus
numeratur; unde melius et aptius est uulgari cretione uti.

§ 169 inde ab 11 *sicut* fere = Inst. 2, 19, 7 ‖ § 171 *supra*] § 165.

1 sed *addidit Heffter, om. C (conf. C*[a] *pag. 300 uers. 17)* ‖ 3 uelit adeat *Huschke,* uelint adeant *C (priore* a *littera ex* h *correcta)* ‖ 4 bona *Goeschen,* ū *C, conf. C*[a] *pag. 310 uers. 31* ‖ sicut *Lachmann,* siqui *C* ‖ 5 ⟨qui⟩ *om. C, conf. C*[a] *pag. 292 uers. 22* ‖ 7 est *Goeschen (olim),* si *C* ‖ 11 quiue *Lachmann,* quique *C* ‖ uoluntate nuda *C,* nuda uoluntate *Inst.* ‖ 16 interdum] *conf. C*[a] *pag. 272 uers. 1* ‖ 17 cretio *ex* ceretio *correctum C* ‖ 20 adiciuntur *(conf. Vlp. 22, 31) Huschke,* dicuntur *C*[n] ‖ SCIET *Goeschen,* siet *C* ‖ 25 cretione *Goeschen,* cretio *C* ‖ nescienti *Goeschen,* nesciente *C* ‖ 28 intstitutus *C* ‖ 29 *uerba* melius et aptius est uulgari cretione uti *ex glossemate nata esse non male censet Polenaar; idem longius progressus post* numeratur *in uersu* 29 *addit* continuum *et uerba* (pag. 81, 1) quia continui dies numerantur *deleri iubet; totam § 173 tamquam glossema delet Muirhead.*

173 continua haec cretio uocatur, quia continui dies numeran-
tur. sed quia [tamen] dura est h*a*ec cretio, alter*a* in us*u*
habetur; unde etiam uulgaris dicta est.
174 [DE SVBSTI*TV*TIONIBVS.] *I*nterdum duos pluresue gradus
heredum facimus, hoc modo L. TITIVS HERES ESTO CERNITOQVE
IN DIEBVS ⟨*CENTVM*⟩ PROXIMIS QVIBVS SCIES POTERISQVE. QVODNI
ITA CREVERIS, EXHERES ESTO. TVM M*E*VIVS HERES ESTO CERNITOQVE
IN DIEBVS CENTVM et reliqua. et deinceps in quantum ueli-
175 mus substituere possumus. Et licet nobis uel unum in
*u*nius locum substituere pluresue, et contra in plurium
176 locum uel unum uel plures substituere. Primo itaque
gradu scri*p*tus heres hereditatem cernendo fit heres et sub-
stitutus excluditur; non cernendo summouetur, etiamsi pro
herede gerat, et in locum eius substitutus succedit. et
deinceps si plures gradus sint, in singulis simili ratione
177 idem contingit. Se*d* si cretio sine exheredatione sit data,
id est *in* h*a*ec uerba SI NON CRE*V*E*RIS*, TVM P. MEVIVS HERES
ESTO, illu*d* diuersum inuenit*ur*, qu*od* si prior omissa cre-
tione pro herede gerat, substitutum in partem admittit et
fiunt ambo *a*equis partibus || heredes. quodsi neque cernat pag.99
neque pro herede gerat, tum sane in uniuers*um* summo-
178 uetur, et substitutus in totam hereditatem succedit. Sed
Sabino quidem placuit, quamdiu cernere et eo modo heres
fieri possit prior, etiamsi pro herede gesserit, non tamen
admitti substitutum; cum uero cretio finita sit, tum pro
herede gerente admitt*i* substitutum. al*i*is uero placuit etiam
superante cretione posse eum pro herede gerendo in par-
tem substitutum admittere et amplius ad cretionem reuerti
non posse.
179 Liberis nostris inpuberibus quos in potestate habemus,
non solum ita, ut supra diximus, substitu*e*re poss*u*mus, id
est ut si heredes non extiterint, alius nobis heres sit; sed

§ 179 fere = Inst. 2, 16 pr. || *supra* §§ 174. 177.

1 continua *C*, Etiam continua *Huschke olim* || 2 tamen *deleuit Boecking* || altera] alteram *C* || usu *Goeschen*, us *C* (*conf.* *C*ᵃ *pag. 301 uers. 21*) || 4 substitutionibus *Goeschen*, substitionibus *C* || interdum *Goeschen*, ininterdum *C*ⁿ || 6 CENTVM *addidit Goeschen* || 10 unius *Goeschen*, iunius *C* || 17 in *Heffter*, si *C* || CREVERIS *Goeschen*, crerit *C* || 18 inuenitur *Goeschen*, inuenit *C*, *conf.* *C*ᵃ *pag. 306* || quod *Huschke*, quia *C* (*conf.* *C*ᵃ *pag. 294 uers. 38*) || 21 uniuersum *Goeschen*, uniuerso *C* || 26 admitti] admittit *C* || 27 posse *delendum uidetur Goescheno* || 31 substituere] *conf.* *C*ᵃ || possumus *Goeschen*, possimus *C*ⁿ || 32 heredes *C*, *ad* heredes nobis *non male ducunt Inst.* || heres sit *C*, sit heres *Inst.*

eo amplius ut etiamsi heredes nobis extiterint et adhuc in-
puberes mortui fuerint, *s*it iis aliquis heres; uelut hoc
modo TITIVS FILIVS MEVS MIHI HERES ESTO. SI FILIVS MEVS MIHI
⟨*HERES NON ERIT SIVE HERES*⟩ ERIT ET *P*RIVS MORIATVR QVAM IN
180 SVAM TVTELAM VENERIT, TVN*C* SEIVS HERES ESTO. quo casu si-
quidem non extiterit heres filius, substitutus patr*i* fit her*es*;
si uero heres extiterit filius et ante pubertatem decesserit,
ipsi filio fit heres substitutus. quam ob rem duo quodam-
modo sunt testamenta, ‖ aliu*d* patris, aliu*d* fil*i*i, tamquam pg. 100
si ipse filius sibi heredem instituisset; aut certe unum est
181 testamentum duarum hereditatum. Ceterum ne post obi-
tum parentis periculo insidiarum subiectus uide*a*tur pupil-
lus, in usu est uulgarem quidem substitutionem palam
facere, id est eo loco quo pupillum heredem instituimus;
⟨*nam*⟩ uulgaris substitutio ita uocat ad hereditatem sub-
stitutum, si omnino pupillus heres non extiterit; quod acci-
dit, cum uiuo parente moritur, quo casu nullum substituti
maleficium suspicari possumus, cum scilice*t* uiuo testatore
omnia quae in testamento scri*p*ta sint, ignorentur. *i*lla*m*
autem substitutionem, per quam *etiamsi* heres extiterit pu-
pillus et intra pubertatem decesserit, substitutum uocamus,
separatim in inferioribus tabuli*s* scribimus, easque tabulas
proprio lino propriaque cera consignamus, et in prioribus
tabulis cauemus, ne inferiores tabulae uiuo filio et adhuc
inpubere aperiantur. s*e*d longe *t*utius est utrumque genus
substitutionis [separatim] in inferioribus tabulis consignari,
qu*od* s*i* ita [consignatae uel] separatae fuerint substitutio-
ne*s*, ut diximus, e*x* priore potest intellegi in altera [alter]

---

§ 180 = Inst. 2, 16 pr. et fere = Inst. 2, 16, 2 ‖ § 181 inde ab 13 *uulgarem* usque ad 14 *facere* et inde ab 19 *illam* usque ad 25 *aperiantur* fere = Inst. 2, 16, 3.

---

1 etiamsi *C*, et si *Inst.* ‖ 4 ⟨ ⟩ *addidit Goeschen ex Inst.* ‖ prius *Inst.*, hic prius *C* ‖ 5 tunc *Inst.*, tunc esto *C* ‖ 6 substitutus *C*, tunc substitutus *Inst.* ‖ patri *Inst.*, patris *C* ‖ 7 si uero *suppleuit Goeschen ex Inst.* ‖ heres extiterit *C*, extiterit heres *Inst.* ‖ 9 aliut patris aliut *C*, alterum patris alterum *Inst.* ‖ 12 uideatur *Goeschen*, uideretur *C*[n] ‖ 15 nam *addidit Goeschen, om. C (conf. C*[a] *pag. 279 uers. 32)* ‖ 18 scilicet *Goeschen*, scilicetet *C* ‖ 19 illam *Inst.*, atilla *C (conf. C*[a] *pag. 257 uers. 18)* ‖ 20 etiamsi *Goeschen*, si etiam *C*, et si *Inst.* ‖ 22 tabulis *Goeschen*, tabuli *C* ‖ 25 tutius *Goeschen*, utius *C* ‖ 26 separatim *et* 27 consignatae uel *uerba deleuit Mommsen* ‖ 27 quod *Goeschen*, quae *C*[n], *conf. C*[a] *pag. 294 inf.* ‖ si ita *Goeschen*, sita *C* ‖ substitutiones *Goeschen*, substitutione *C*[1] ‖ 28 ex *Goeschen*, et *C* ‖ alter *deleuit Goeschen.*

182 quoque idem esse substitutus. || Non solum aut*em* heredibus pg.101
institutis inpuberibus liberis ita substituere poss*u*mus, ut
si ante pubertatem mortui fuerint, sit is heres quem nos
uoluerimus, sed etiam exhere*d*atis. itaque eo casu si quid
pupillo ex hereditatibus legatisue aut donationibus propin-
quorum adquisitum fuerit, id o*m*ne a*d* substitutum pertinet.
183 Qu*a*ecumque diximus de substitutione inpuberum liber*o*-
rum uel heredum institutorum uel exheredatorum, eadem
184 etiam de postumis intellegemus. Extraneo uero heredi in-
stituto ita substituere non possum*us*, ut si heres extiterit
et intra aliquod tempus decesserit, alius ei heres sit; sed
hoc solum no*b*is permissum est, ut eum p*er* fideicommissum
obligemus, ut hereditatem nostram totam uel ⟨*pro*⟩ parte
restituat; quod ius quale sit, suo loco trademus.
185 Sicut autem liberi homines, ita et serui, tam nostri
186 quam alieni, heredes scribi possunt. Sed noster seruus
simul et liber et heres esse iuberi debet, id est hoc modo
STIC*HV*S SERVVS MEVS LIBER HERESQVE *E*STO, uel HERES LIBERQVE
187 *E*STO. nam si sine libertate heres institutus sit, etiamsi
postea manumissus fuerit a domino, heres esse non potest,
quia institutio in persona e*iu*s non const*it*it; ideoque licet
alienatus sit, non potest iussu domini noui cernere here-
188 ditatem. cum libertate uero heres || institutus siquidem pg.102
in ea*dem* causa durauerit, fit ex testamento li*b*er et inde
necessarius heres. si uero ab ipso testatore manumissus

§ 182 fere = Inst. 2, 16, 4 || § 183 = Inst. 2, 16, 4 || § 184 fere = Inst. 2, 16, 9 || *suo loco*] §§ 248 seqq. || § 188 inde ab 28 *heres* = Inst. 2, 14, 1.

1 autem *Inst.*, aut *C, conf.* C^{a} *pag. 257* || 2 possumus *Goeschen*, possimus C^{n} || ut *C cum deterioribus ex Institutionum codicibus*, ut et *Inst. codd. meliores* || 3 is heres C^{n}, eis heres is *Inst.* || 4 exheredatis *Inst.*, exhereditatis *C (conf.* C^{a} *pag. 267 uers. 20 et pag. 270 uers. 20)* || 6 omne ad *Inst.*, omine ab *C* || pertinet *C*, pertineat *Inst. codd. meliores* || 7 liberorum *Inst.*, liberum *C* || 9 intellegemus C^{n}, intellegimus *Inst.* || uero C^{n}, uero uel filio puberi *Inst.* || 10 possumus *Goeschen*, possum *C, conf.* C^{a} *pag. 278* || 11 heres sit C^{n}, sit heres *Inst.* || 12 per *Inst.*, pro C^{n} || 13 nostram *ex* nostrum *correctum* C^{1} || totam *C*, uel totam *Inst. (fortasse rectius)* || pro *Inst.*, *om. C (conf.* C^{a} *pag. 286 uers. 9)* || 15 et *ex* set *correctum* C^{1} || 19 ESTO *Goeschen*, estesto C^{n}, *conf.* C^{a} *pag. 266* || 21 persona eius *Goeschen*, personae C^{n}, *conf.* C^{a} *pag. 264* || constitit *Goeschen*, constit *C* || 24 eadem *Inst.*, ea *C (conf.* C^{a} *pag. 262 uers. 22)* || durauerit *C*, manserit *Inst.* || 24—25 et inde necessarius heres *C*, heresque necessarius *Inst.* || 25 ab ipso *C*, a uiuo *Inst.*

fuerit, suo arbitrio hereditatem adire potest. quodsi alie-
natus sit, iussu noui domin*i* adire hereditatem debet, qua
ratione per eum dominus fit heres; nam ips*e* neque heres
189 neque liber esse potest. Alienus quoque seruus heres in-
stitutus si in eadem causa durauerit, iussu domini here-
ditatem adire debet; si uero alienatus ab eo fuerit aut
uiuo testatore aut post mortem eius, antequam cernat,
debet iussu noui domini cernere; si uero manumissus est,
190 suo arbitrio adire hereditatem pote*st*. Si autem seruus
alienus heres institutus est uulgari cretione data, ita *in*-
*telle*gitur dies cretionis cedere, si ipse seruus scierit se
heredem insti*t*utum esse, nec ullum *in*pedimentum sit, quo-
minus certiorem dominum faceret, ut illius iussu cernere
possit.
191 Post haec uideamus de legatis. quae pars iuris extra
propositam quidem materiam uidetur; nam loquimur de his
iuris figuris, quibus p*er* uniuersitatem res no*b*is adquirun-
tur; sed cum omni modo de testamentis deque heredibus
qui testamento instituun*tur*, locuti sumus, non sine causa
sequenti loco || poterit haec iuris materia tractari. pg. 103

[DE LEGATIS.]

192 Legatorum itaque genera sunt quattuor: aut enim per
uindicationem legamus aut per damnationem aut sinendi
modo aut per praeceptionem.
193 Per uindicationem hoc modo legamus TITIO uerbi gratia
HOMINEM STICHVM DO LEGO; sed ⟨*et*⟩ si alter*utrum* uerbum
positum sit, ueluti DO aut LEGO, aeque per ui*n*dicationem
legatum est; item, ut magis *uisum est*, si ita legatum

§ 189 fere = Inst. 2, 14, 1 || § 191 = Inst. 2, 20 pr.

1 hereditatem adire *C*, adire hereditatem *Inst.* || 2 sit *C*, fuerit *Inst.* || domini *Inst.*, domin *C* || qua C^n, et ea *Inst.* || 3 ipsae? *C*, ipse alienatus *Inst.* || 3—4 heres neque liber C^n, liber neque heres *Inst.* || 5 domini *C*, eius domini *uel* domini eius *Inst.* || 5—6 hereditatem adire C^n, adire hereditatem *Inst.* || 8 si uero *C*, at si *Inst.* || 9 potest. si autem *Hollweg*, *aut* potest autem *aut* potesi autem *C; possis etiam haec temptare:* potest. at ⟨si⟩ *(conf.* C^a *pag. 257 uers. 18)* || 10 intellegitur *Goeschen*, igitur *C (conf.* C^a *pag. 271 uers. 30)* || 12 instiutum *C* || 17 per *Inst.*, pro *C*, *conf.* C^a *pag. 284 uers. 11* || 18 omnimodo *C*, omnino *Inst. (codices plurimi)* || 19 instituuntur *Inst.*, instituunt *C*, *conf.* C^a *pag. 306* || 20 poterit *C*, potest *Inst.* || 26 sed et *Heffter*, sed *C*, *conf.* C^a *pag. 301* || alterutrum *Goeschen*, alteru(m)? *C* || 27 *pro* ueluti *expectes aliam particulam (e. g.* id est*)* || 28 uisum est] uisus est? *C*, *conf.* C^a.

fuerit SVMITO, uel ita SIBI HABETO, *uel* ita CAPITO, aeque per
194 uindicationem legatum est. Ideo *au*tem per uindicationem legatum appellatur, quia post aditam hereditatem statim ex iure Quiritium res legatar*i*i fit; et si eam rem legatarius uel ab herede uel ab alio quocumque qui eam possidet, petat, uindicare debet, id est intendere suam r*em*
195 ex iure Quiritium esse. In eo solo dissentiunt prudentes, quod Sabinus quidem et Cassius ceterique nostri praeceptores quod ita legatum sit, statim post aditam hereditatem putant fieri legatar*i*i, etiamsi ignoret sibi legatum | esse [dimissum], *sed* posteaquam scierit et ——— lega|tum, p*ro*inde esse atque si legatum non esset; Nerua uero et Proculus ceterique illius sc*h*olae auctores non alite*r* putant rem legatar*i*i fieri, quam si uoluerit eam ad se pertinere. sed hodie ex diui Pii Antonini || constitutione hoc magis pg. 104 iure uti *u*idemur quod Proculo placuit; nam cum legatus fuisset Latinus pe*r* uindicationem coloniae, Deliberent, inqui*t*, decuriones, an ad se uelint pertinere, proinde ac si
196 uni legatus esset. *E*ae autem sol*ae* res per uindicationem legant*ur* recte, quae ex iure Quiritium ipsius testatoris sunt. sed eas quidem res quae pondere numero mensura constant, placuit sufficere, si mortis tempore sint ex iure Quiritium testatoris, ueluti uinum oleum frumentum pecuniam numeratam. ceteras res uero placuit utroque tempore testatoris ex iure Quiritium esse debere, id est et quo facere*t* testamentum et quo moreretur; alioquin inutile est
197 legatum. Sed sane hoc ita est iure ciuili. postea uero auctore Nerone Caesare senatusconsultum factum est quo

3 quia *Sander*, *aut* qui *(conf.* C^a^ *pag. 293) aut* qui C || 11 dimissum *(corruptum ex* demissum?*) glossema deleuit Huschke* || sed *Goeschen*, et *C* || *post* scierit *quid in C fuerit (conf.* C^a^*), dici nequit; expectes* et repudiauerit; *codicis C ductus ad* et ce(ss)erit *quadrant, quod tamen ab huius loci sententia alienum est*, *uel ad* eiecerit, *unde profectus Fitting coniecit* e(t re)iecerit, *quod tamen usu loquendi sollemni uix commendatur* || *uersus* 9—12 *ita restituendos esse conicit Mommsen:* statim post aditam hereditatem putant fieri legatar*i*i, etiamsi ignoret sibi legatum *de*missum *esse;* posteaquam scierit et *omis*erit legatum, proinde esse atque si legatum non esset || 13 aliter *Goeschen*, alite *C*, *conf.* C^a^ *pag. 304 uers. 20 et uers. 17* || 16 uidemur *Goeschen*, uideuidemur *C* || 17 per *Goeschen*, pro *C*, *conf.* C^a^ *pag. 284 uers. 12* || 19 eae *Lachmann*, ad^e^? *C; conf.* C^a^ || 24 ceteras res uero C^n^, *Gaium* ceteras uero *aut* ceteras uero res *scripsisse suspiceris* || 26 faceret *Goeschen*, facere *C* || est C^n^, esse *Huschke* || 28 quo *Goeschen*, quod C^n^, *conf.* C^a^ *pag. 293.*

cautum est, ut si eam rem quisque legauerit quae eius
numquam fuerit, proinde util*e* sit legatum, atque si optimo
iure relictum esset; opt*i*mum autem ius est per damnatio-
nem legat*i*, quo genere etiam aliena res legari potest, sicut
198 inferius apparebit. Sed si quis rem suam legauerit, deinde
post testamentum factum eam alienauerit, plerique putant
non solum iure ciuili inutile esse legatum, sed ne*c* ex
senatusconsulto confirmari. quod ideo dictum || est, quia pg.105
et si per damnationem aliquis rem suam legauerit eamque
postea alienauerit, plerique putant, licet ipso iure debea-
tur legatum, tamen legatarium petentem posse per excep-
tionem doli mali repelli, quasi contra uolu*n*tatem defuncti
199 petat. Illu*d* constat, si duobus pluribusue per uindicatio-
nem eadem res legata sit, siue coniunctim siue disiunctim,
et omnes ueniant ad legatum, partes ad singulos pertinere
et deficientis portionem collegatario adcrescere. coniunctim
autem ita legatur TITIO ET SEIO HOMINEM STICHVM DO LEGO;
disiunctim ita L. TITIO HOMINEM *S*TICHVM DO LEGO. SEIO EVNDEM
200 HOMINEM DO LEGO. Illu*d* qu*a*eritur, quod sub condicione
per uindicationem legatum est, pendente condicione cuius
*si*t. nostri praeceptor*es* heredis esse putant exemplo statu-
liberi, id est eius serui qui testamento sub aliqua condi-
cione liber esse iussus est; quem constat intere*a* heredis
seruum esse. sed diuers*ae* scholae auctores putant nullius
interim ea*m* rem esse; quod multo magis dicunt de eo
quod [sine condicione] pure legatum est, antequam lega-
tarius a*d*mittat legatum.

201 Per damnationem hoc modo legamus HERES MEVS *S*TIC*H*VM
SERVVM MEVM DAR*E* DAMNAS ESTO; sed et si DATO || scriptum pg.106
202 fuerit, per damnationem legatum est. Eo*que* genere legati
etiam aliena res legari potest, *i*ta ut heres redimere ⟨*rem*⟩ et
203 praestare aut *a*estimationem eius dare debeat. Ea quoque
res quae in rerum natura non est, si modo futura est, per

§ 197 *inferius*] § 202 || § 203 fere = Inst. 2, 20, 7.

2 utile *Goeschen*, utilie *C* || 4 legati *duce Lachmanno Huschke (conf. Vlp. 24, 11a)*, legatum *C* || 7 nec *Goeschen*, ne *C*, *conf. Ca pag. 280 inf.* || 18 istichum *C* || 21 sit *Huschke*, esset *Cn* || praeceptores *Goeschen*, praeceptor *Cn*, *conf. Ca pag. 298* || 23 interea *Goeschen*, interex *C* || 24 diuersae *Goeschen*, diuerso *C* || 25 eam *Goeschen*, ea *C* || 26 *uerba* sine condicione *deleuit Polenaar* || 28 isticum *C* || 29 DARE *Goeschen*, darem *C*, DARE LVCIO TITIO *Huschke* || 31 ita *Goeschen*, iita *C* || rem *additum ex coniectura, om. C (conf. Ca pag. 298 uers. 4)*.

damnationem legari potest, uelut FRVCTVS QVI IN ILLO FVNDO
204 NATI ERVNT, aut QVOD EX ILLA ANCILLA NATVM ERIT. Quod au-
tem ita legatum est, post aditam hereditatem, etiamsi pure
legatum est, non, ut per uindicationem legatum, continuo
legatario adquiritur, sed nihilo minus heredis est. et ideo
legatarius in personam agere debet, id est intendere here-
dem sibi dare oportere; et tum heres, si ⟨*res*⟩ mancip*i*i sit,
mancipio dare aut in iure cedere possessione*m*que tradere
debet; si nec mancip*i*i sit, sufficit si tradiderit. nam si
mancip*i*i rem tantum tradiderit nec mancipauerit, usuca-
pion*e* pleno iure fit legatar*i*i; co*n*pletur autem usucapio,
sicut alio quoque loco diximus, mo*b*ilium quidem rerum
205 anno, earum uero qu*a*e solo ten*e*ntur, biennio. Est et illa
differ*e*ntia huius ⟨*et*⟩ per uindicationem legati, quod si ea-
dem res duobus pluribusue per damn*a*tionem legata sit,
siquidem coniunctim, plane singulis partes de*b*entur, sicut
in illo ⟨*quod per*⟩ uindica*tionem* legat*um est*, *si ue*ro dis-
iunctim, singulis solid*um* de*b*etur. ita fit, || ut scilicet heres pg. 107
alteri rem, alteri *a*estimationem eius praestare debeat. et in
coniu*n*ctis deficientis portio non ad collegatarium pertinet,
sed in hereditate remane*t*.
206 Quod autem diximus deficientis portione*m in* per dam-
nationem quidem legato in hereditate retiner*i*, in per uin-
dicationem uero collegatario a*d*crescere, admonendi sumus
ante legem Papiam *hoc* iure ciuili ita fuiss*e*; post legem
uero Papiam deficientis portio caduca fit et ad eos pertinet
207 qui in eo testamento liberos habent. Et quamuis prima
causa sit in caducis uindicandis heredum liberos habentium,
deinde si heredes li*b*eros non habeant, legatariorum liberos
habentium, tamen ipsa lege Papia significatur, ut collega-

§ 204 *alio — loco*] § 42.

1 uelut C^n, ueluti *Inst.* || 7 res *addidit Goeschen, om. C (conf. C^a pag. 298 uers. 18)* || 10 usucapione] usucapionem *C, expectes* completa demum usucapione *uel simile aliquid* || 13 tenentur *Goeschen,* teneantur C^n || 14 et *additum ex coniectura* || 15 damnationem *Goeschen,* damnicontractionem *C, conf. C^a pag. 305* || 17 quod per *om. C (conf. C^a pag. 294 uers. 1 et pag. 284 uers. 2)* || uindicationem] uindicaii? *C* || 18 solidum debetur] solidae deuentur C^n, *conf. C^a pag. 265; ceterum conf. Vlp. 24, 13 in fine* || *uerba* ita fit *delenda esse putat Polenaar* || 20 coniunctis *Goeschen,* coniuctis *C* || 21 remanet *Goeschen,* remanetur C^n, *conf. C^a pag. 306* || 22 portionem in *Goeschen, aut* portionem *aut* portione in? *C* || 23 retineri *Goeschen,* retinere *C* || 25 *pro* hoc *possis etiam* id *supplere, conf. C^a* || fuisse *Goeschen,* fuisset *C* || 30 significatur *ex* signifacatur *correctum C.*

tarius coniunctus, si liberos habeat, potior sit heredibus,
208 etiamsi liberos habebunt. Se*d* plerisque placuit, quantum
ad hoc ius quod lege Papia coniunctis constituitur, nihil
interesse, utrum per uindicationem an per damnationem
legatum sit.
209 Sinendi modo ita legamus HERES MEVS *D*AMNAS E*S*TO SI-
210 NERE L. TITIVM HOMINEM STICH*H*VM SVMERE SI*B*IQVE HABERE. Quod
genus legati plus quidem habet ⟨*quam*⟩ p*er* uindicationem
legatum, minus autem quam per damna*tio*nem. nam eo
modo non solum suam rem || testator utiliter legare potest, pg.108
sed etiam heredis sui; cum alioquin per uindicationem nisi
suam rem legare non potest, per damnationem autem cuius-
211 libet extranei rem legare potest. Sed siquidem mortis testa-
toris tempore res uel ipsius testatoris sit uel heredis, plane
utile legatum est, etiamsi testamenti faciendi tempore neu-
212 trius fuerit. Quodsi post mortem testatoris ea res h*e*redis
esse coeperit, qu*a*eritur an utile sit legatum. et plerique
putant inutile esse. qui*d* ergo est? licet aliquis eam rem
legauerit quae neque eius umquam fuerit neque postea here-
dis eius umqu*am* esse coeperit, ex senatusconsulto Nero-
niano proinde uidetur, ac si per damnationem relicta esset.
213 Sicut autem per damnationem legata res non statim post
aditam hereditatem legatar*i*i efficitur, sed manet heredis eo
usque, donec is [heres] tradendo uel mancipando uel in
in iure cedendo legatar*i*i eam fecerit, ita et in sinendi
modo legato iuris est; et ideo huius quoque legati nomine
in personam actio est QVIDQVID HEREDEM EX TESTAMENTO DARE
214 FACERE OPORTET. Sunt tamen qui putant ex h*oc* legato non
uideri obligatum heredem, ut mancipet aut in iure cedat ||
aut tradat, sed sufficere ut legatarium rem sumere patia- pg.109
tur; quia nihil ultra ei testator imperauit, quam u*t* sinat,
215 id est patiatur, legatarium rem si*b*i habere. Maior illa dis-
sensio in hoc legato interuenit, si eandem re*m* duobus plu-
ribusue disiu*n*ctim legasti; quidam putant utrisque solidam

---

6 DAMNAS *Goeschen*, daredamnas *C (conf. Cᵃ pag. 262 uers. 20)* || ESTO *Goeschen*, eto *C, conf. Cᵃ pag. 265* || 8 quam *addidit Goeschen, om. C (conf. Cᵃ pag. 291 uers. 1)* || per *Goeschen*, pro *C, conf. Cᵃ pag. 284 uers. 12* || 9 damnationem *Goeschen*, damnacont·nem *C, conf. Cᵃ pag. 305* || 20 umquam *Goeschen*, umque *Cⁿ, conf. Cᵃ pag. 291* || 21 utile *ante* uidetur *desiderari monet Krueger collata § 197* || 24 heres *C, deleuit Polenaar* || 25 eam *ex* esam *correctum C* || 28 sunt] *conf. Cᵃ* || hoc *Goeschen*, h̄ *Cⁿ, conf. Cᵃ pag. 270* || 31 ut *Goeschen*, ui *C* || 33 rem *Goeschen*, res *Cⁿ, conf. Cᵃ pag. 298* || 34 disiunctim *Goeschen*, disiuctim *C.*

deberi, [sicut per uindicationem;] nonnulli occupantis esse
meliorem condicionem aestimant, quia cum eo genere legati
damnetur heres patientiam praestare, ut legatarius rem ha-
beat, sequitur, ut si priori patientiam praestiterit et i*s* rem
sumpserit, sec*ur*us sit aduersus eum qui postea legatum
petierit, quia neque habe*t* rem, ut patiatur eam ab eo
sumi, neque dolo malo fecit quominus eam rem haberet.
216 Per praeceptionem hoc modo leg*a*mus L. TITI*VS* HOMI-
217 NEM STICHVM PRAECIPITO. Sed nostri quidem praeceptores
nulli al*i*i eo modo legari posse putant, nisi ei qui aliqua
ex parte heres scri*p*tus esse*t*; praecipere enim esse prae-
cipuum sumere; quod tantum in eius person*a* procedit qui
aliqua ex parte heres institutus est, quod *i*s extra portio-
218 nem hereditatis praecipuum legatum ha*b*iturus sit. Ideo-
que si extraneo legatum fuerit, inutile est legatum; adeo
ut Sabinus || existimauerit ne quidem ex ⟨*senatus*⟩consult*o* pg.110
Neroniano posse conualescere: nam eo, inquit, senatus-
consulto ea tantum confirmantur quae uerborum uitio iure
ciuili non ualent, non quae propter ipsam personam lega-
tar*i*i non de*b*erentur. sed Iuliano et Sexto placuit etiam
hoc casu ex senatusconsulto confirmari legatum; nam ex
uer*b*is etiam hoc casu accidere, ut iure ciuili inutile sit
legatum, *i*nde manifestum es*se*, quod eidem al*i*is uerbis
recte legatur, ueluti p*er* uindicationem, *p*er damnationem,
sinendi modo; tunc autem uitio personae legatum non ua-
lere, cum ei legatum sit, cui nullo modo legari possit,
uelut peregrino, cum quo testamenti factio non sit; quo
219 plane casu senatusconsulto locus non est. Item nostri prae-
ceptores quod ita legatum est nulla ⟨*alia*⟩ ratione putant

---

1 sicut per uindicationem C[n], *deleuit Polenaar*, sicut per damnationem *Goeschen (conf. § 205)* || 4 is *Goeschen*, isi *C* || 5 securus *Goeschen*, secuturus *C* || 6 habet rem *Goeschen*, haberem *C* || 8 legamus *Goeschen*, legatumus *C* || TITIVS *Goeschen*, titious *C* || 11 esset *Heffter*, esse C[n], *conf. C[a] pag. 266;* sit *Huschke* || 12 personam C[n] || 16 quidem *ita in C scriptum est, ut* Q *littera eminens uermiculato emblemate (non littera aliqua) ornaretur (conf. C[a] pag. XXVII uers. 23)* || ex senatusconsulto *Goeschen*, excoc C[n], *conf. C[a] pag. 302* || 20 deuerentur *C*, debentur *Huschke* || et *ex* ex *correctum C[1], conf. Mommsen in Zeitschrift für Rechtsgeschichte uol. VII pag. 479* || 23 inde *Goeschen*, unde *C* || esse *Goeschen*, est C[n], *conf. C[a] pag. 266* || 24 per *(priore loco) Goeschen*, pro *C, conf. C[a] pag. 284 uers. 12* || per *(posteriore loco) Goeschen*, et per C[n] || *uerba* per uindicationem et per damnationem *ut glossema delet Lachmann, omnia inde ab* ueluti *usque ad* sinendi modo *(uers. 25) Polenaar* || 28 plane *ex* planes *correctum C[1]* || 29 alia *addidit Lachmann.*

posse consequi *e*um cui ita fuer*i*t legatum, qu*am* iudicio familiae erciscundae, quod inter heredes de hereditate erciscunda, id est diuidunda, accipi solet; officio enim iudicis id contineri, ut ei quod per praeceptionem legatum

220 est, adiudicetur. Vnde intellegimus nihil aliu*d* secundum nostrorum praeceptorum opinionem per praeceptionem legari posse nisi quod testatoris sit; nulla enim alia res quam hereditaria deducitur in hoc iudicium. itaque si non suam rem eo modo testator legauerit, || iure quidem ciuili pg.111 inutile erit legatum; sed ex *s*enatusconsulto confirma*b*itur. aliqu*o* tamen casu etiam alienam rem ⟨*per*⟩ praeceptionem legari posse fatentur; ueluti si quis eam rem legauerit quam creditori fiduciae causa mancipio dederit; nam officio iudicis coheredes cogi posse existimant solut*a* pecuni*a* *l*uere eam rem, ut possit p*rae*cipere *is* cui ita legatum sit.

221 *S*ed diuer*sae* s*ch*ol*ae* auctores putant etiam extraneo per praeceptionem legari posse proinde ac si ita scri*b*atur TITIVS HOMINEM STICHVM CAPITO, superuacuo adiecta PRAE syllab*a*; ideoque per uindicationem ea*m* *rem* legatam uideri. quae sententia dicitur diui Hadriani constitution*e* confirmata esse.

222 Secundum hanc igitur opinionem si ea res ex iure Quiritium defuncti fuerit, po*test* a legatario uindicari, siue *i*s unus ex heredibus sit siue extraneus; quodsi in bonis tantum testatoris fuerit, extraneo quidem ex senatusconsulto utile erit legatum, heredi uero familiae *e*rciscundae iudicis officio praestabitur; quodsi nullo iure fuerit testatoris, tam

223 heredi quam extraneo ex senatusconsulto utile erit. Siue tamen heredibus secundum nostrorum opinionem, siue etiam extraneis secundum illorum opinionem, duobus pluribusue eadem res coniunctim aut disiunctim legata fuerit, singuli || partes ha*b*ere debent. pg.112

224 [AD LEGEM FALCIDIAM. R.] Sed ol*i*m quidem licebat totum patrimonium legatis atque libertatibus erogare nec quicquam

1 eum *Goeschen*, cum *C* || fuerit *Goeschen*, fuerint *C* || quam *Goeschen*, quod *C, conf. Ca pag. 291* || 11 aliquo *Goeschen*, aliquod *C, conf. Ca pag. 293 inf.* || per *addidit Goeschen (conf. Ca pag. 284 uers. 2)* || 14—15 soluta pecunia luere *Lachmann*, solutam pecuniam soluere *C* || 15 praecipere is *Goeschen*, percipere ei *Cn (conf. Ca pag. 286 uers. 2)* || 16 sed *Goeschen*, ed *C* || diuersae scholae *Goeschen*, diuelse *(conf. Ca pag. 309 inf.)* soles *C* || 18 syllaba *Goeschen*, syllabar *C?* || 20 constitutione *Goeschen*, constitutionem *C* || 22 potest *Goeschen*, posse *Cn*, *conf. Ca pag. 285* || 27 siue *C*, si *Mommsen* || 32 olim *Goeschen*, olum *C* || licebat *ex* liceat *correctum C.*

heredi relinquere praeterquam inane nomen here*dis*; *id*que
lex XII tabularum permittere uidebatur, qua cauetur, ut
quod quisque de re sua testatus esset, id ratum ha*b*eretur,
his uerbis VTI LEGASS*I*T SVAE RE*I*, ITA IVS ESTO. qua*r*e qui
scri*p*ti heredes erant, ab hereditate se abstinebant, et id-
225 circo plerique intestati moriebantur. Itaque lata est lex
Furia, qu*a*, exceptis personis quibusdam, ceteris plus mill*e*
assibus legatorum nomine mortisue causa capere permissum
non est. sed et h*ae*c lex non perfecit quod uoluit; qui
enim uerbi gratia quinque milium *a*eris patrimonium ha-
bebat, poterat quinque hominibus singulis millenos asses
226 legando totum patrimonium erogare. Ideo postea lata est
lex Voconia, qua cautum est, ne cui plus legatorum no-
mine mortisue causa capere liceret quam heredes capere*nt*.
ex qua lege plane quidem aliquid utique heredes habere
uidebantur; se*d* tamen fere uitium simile nasceb*a*tur; nam in
multas legatariorum personas distributo patrimonio poterat
⟨*testator*⟩ adeo heredi minimum relinquere, ut non expe-
diret h*er*edi huius lucri gra||ti*a* totius hereditatis onera sus- pg.113
227 tinere. Lata est itaque lex Falcidia, qua cautum est, ne
plus ei legare liceat quam dodra*n*tem. itaque necesse est,
ut heres quartam partem hereditatis habeat. et hoc n*unc*
228 iure utimur. In libertatibus quoque dandis nimiam licen-
tiam conpescuit lex Fufia Caninia, sicut in primo co*m*men-
tario rettulimus.
229 [R. DE INVTILITER RELICTIS LEGATIS. R.] Ante heredis in-
stitutionem *in*utiliter legatur, scilicet quia testamenta uim
ex institutione heredis accipiunt, et ob id uelut caput et
fundamentum intellegitur totius testamenti heredis institu-
230 tio. Pari ratione nec libertas ante heredis institutionem
231 dari potest. Nostri praeceptor*es* nec tutore*m* eo loco dari

§ 227 conf. Inst. 2, 22 pr. || § 228 *in primo commentario*] 1 §§ 42 seq. || § 229 = Inst. 2, 20, 34 || § 230 = Inst. 2, 20, 34.

4 LEGASSIT SVAE REI *Goeschen*, legasset suae res *C* || quare *Goeschen*, quaae C^n || 5 heredes] *conf.* C^a *pag. 269 inf.* || 7 qua *Goeschen*, quae C^n, *conf.* C^a *pag. 289 inf.* || 14 caperent *Goeschen*, caperentur *C*, *conf.* C^a *pag. 306* || 16 nascebatur *Goeschen*, nascebantur *C* || 18 testator *dubitanter additum est duce Boeckingio (conf.* C^a *pag. 307 uers. 24)* || 19 heredi *Goeschen*, hedi *C*, *conf.* C^a *pag. 269* || gratiam *C* || 21 dodramtem *C* || 22 nunc *Goeschen*, nec C^n, *conf.* C^a *pag. 282* || 27 inutiliter *Inst.*, utiliter *C* || 28 heredis *C*, heredum *Inst.* || uelut C^n, ueluti *Inst.* || caput et *C*, caput atque *Inst.* || 31 praeceptores *Goeschen*, praeceptor C^n, *conf.* C^a *pag. 298* || tutorem *Goeschen*, tutores C^n, *conf.* C^a *pag. 298*.

posse existiman*t*; se*d* Labeo et Proculus tutorem posse dari,
232 quod nihil ex hereditate erogatur tutoris datione. Post mortem quoque heredis inutiliter legatur, id est hoc modo CVM HERES MEVS MORT*V*VS ERIT, DO LEGO, aut DATO. ita autem recte legatur CVM HERES ⟨*MEVS*⟩ MORI*E*TVR, quia non post mortem heredis relinquitur, sed ultimo uitae eius tempore. rursum ita non potest legari PRIDIE QVAM HERES MEVS MO-
233 RIETVR; quod non pretiosa ratione receptum uidetur. || Ea- pg. 114
234 dem et de libertatibus dicta intellegemus. Tutor uero an post mortem heredis dari possit qu*a*erentibus eadem forsita*n* poterit esse quaestio, quae de ⟨*eo*⟩ agitatur qui ante heredum institutionem datur.
235 [DE POENAE CAVSA RELICTIS LEGATIS.] Poenae quoque nomine inutiliter legatur. poenae autem nomine legari uidetur quod coercendi heredis causa relinquitur, quo magis heres aliqui*d* faciat aut non faciat; ueluti quod ita legatur SI HERES MEVS FILIAM S*V*AM TITIO IN MATRIMONIVM CO*N*LOCAVERIT, $\overline{X}$ ⟨*MILIA*⟩ SEIO DATO, uel ita SI FILIAM TITIO IN MATRIMONIVM NON CO*N*LOCAVERIS, $\overline{X}$ MILIA TITIO DATO; sed et si here*dem*, ⟨*si*⟩ uer*b*i gratia intra *b*iennium monumentum si*b*i non fecerit, $\overline{X}$ ⟨*milia*⟩ Titio dar*e* iusserit, poen*a*e nomine legatu*m* *est*; et deni|que ex ipsa definitione multas similes species
236 —|————————possumus. Nec libertas quidem poen*a*e | nomine dari potest, quamuis de ea re fuerit quaesitum.
237 De tutore uero nihil possumus quaerere, quia non po*te*st datione tutoris heres conpelli quicquam facere aut non facere; ideoqu*e* ⟨——————————————————⟩ datur, poenae n*omi*ne tutor datus fuerit, magis sub condicione quam p*o*enae nomine datus uidebitur.

§ 232 usque ad 7—8 *morietur* conf. Inst. 2, 20, 35 || § 235 usque ad 16 *non faciat* fere = Inst. 2, 20, 36.

1 existimant *Goeschen*, existimantur *C*, *conf.* C^a *pag. 306* || putant *post* dari *addit Goeschen* || 5 MEVS *addidit Boecking* || MORIETVR *Goeschen*, moriatur C^n || 10—11 forsitam *C* || 11 quae *Goeschen*, quam C^n, *conf.* C^a *pag. 290* || eo *addidit Goeschen* || 10—11 *Mommsen deletis quae ei uidentur glossematis conicit:* quaerentibus eadem forsita*n* quaestio qua*e* de ⟨eo⟩ agitatur || 16 heres *C*; is *Inst. alii codices*, *om. alii* || 18 MILIA *addidit Goeschen* || 19—20 heredem ⟨si⟩ *Huschke*, h̄ *C*, *conf.* C^a *pag. 270* || 21 dare *Huschke*, dari *C* || *ad* iusserit *Goeschen addit* ⟨testator⟩ || 22—23 *inter* species *et* possumus *uidetur in C fuisse* cir|cumspicere; *expectes* fingere *uel* efficere *uel simile aliquid* || 25 potest *Goeschen*, post *C*, *conf.* C^a *pag. 285* || 27 *lacunam Mommsen e. g. sic supplet:* ideoqu*e* ⟨etsi secundum mentem testatoris is qui tutor⟩ datu*s est*, poenae no*mi*ne etc.

238 Incertae personae legatum inutiliter relinquitur. incerta autem uidetur persona quam per incertam opinionem ‖ animo suo testator subici*t*, ue*lut cum* ita legatum sit QVI pg.115 PRIMVS AD FVNVS MEVM VEN*E*RIT, *EI HERES* MEVS X̄ ⟨*MILIA*⟩ DATO. idem iuris est si generaliter omnibus legauerit QVICVMQVE AD FVNVS MEVM VENERIT. i*n* eadem causa est quod ita relinquitur QVICVMQVE FILIO MEO IN MATRIMONIVM FILIAM SVAM CONLOCAVERIT, EI HERES MEVS X̄ MILIA DATO. illu*d* quoque [in eadem causa est] quod ita relinquitur QVI POS*T* TESTAMENTVM ⟨*SCRIPTVM PRIMI*⟩ CONSVLES DESIGNATI ERVNT, aeque incertis personis legari uidetur. et denique aliae multae huiusmodi species sunt. sub certa uero demonstratione incertae personae recte legatur, ueluti EX COGNATIS MEIS QVI NVNC SVNT QVI PRIMVS AD FVNVS MEVM VENERIT, EI X̄ MILIA HERES MEVS DATO.
239 Libertas quoque non uidetur incertae person*a*e dari posse, quia lex Fufia Caninia iubet nominat*i*m seruos liberari.
240 Tutor quoque certus dari debet. Postumo quoque alieno
241 inutiliter legat*ur*. ⟨*Est*⟩ autem alienus postumus qui natus inter suos heredes testatori futurus non est. ideoque ex *e*mancipato *quo*que filio conceptus nepos extraneus post*umus est*; *item* q*u*i in utero est eius qu*a*e *i*ure ciuili non intel-
242 legitur uxor, extraneus postumus patris intelle‖gi*tur*. Ac pg.116 ne heres quidem potest institui postumus alienus; est enim
243 incerta persona. Cetera uero quae supra diximus, ad legata propri*e* pertinent. quamquam non inmerito quibusdam placeat poen*a*e nomine heredem institui non posse; nihil

§ 238 inde ab 1—2 *incerta* usque ad 3 *subicit* et inde ab 5 *QVICVMQVE* usque ad 13 *SVNT* fere = Inst. 2, 20, 25 ‖ § 239 fere = Inst. 2, 20, 25 ‖ § 240 = Inst. 2, 20, 25 ‖ § 241 usque ad 20—21 *postumus est* = Inst. 2, 20, 26 ‖ § 243 *supra*] §§ 229. 232. 235.

2 uidetur persona C^n, *ad* persona uidetur *ducunt Inst.* ‖ per incertam opinionem C^n, incerta opinione *Inst.* ‖ 3 subicit *Goeschen*, subicitur *C*, *conf.* C^a *pag. 306* ‖ ue(lut cum)? *C*, *ad* ueluti si *ducere uidentur fere Inst.* ‖ 4 VENERIT *Goeschen*, uenit *C* ‖ MILIA *addidit Goeschen* ‖ 8—9 in eadem causa est C^n, *om. Inst.*, *deleuit Huschke* ‖ 9 ita *C*, his *Inst.* ‖ post *Inst.*, pos *C (conf.* C^a *pag. 285)* ‖ 10 ⟨ ⟩ *addidit Huschke ex Inst.* ‖ incertis personis C^n, incertae personae *Inst.* ‖ 11 aliae multae *C*, multae aliae *Inst.* ‖ 15 incertae persone dari posse C^n, posse incertae personae dari *Inst. (codices meliores)* ‖ 16 nominatim *Inst.*, nominatum *C* ‖ 18 est *Inst.*, *om. C (conf.* C^a *pag. 265 uers. 39)* ‖ 19 testatori *C*, testatoris *Inst.* ‖ 20 emancipato *Inst.*, mancipato *C* ‖ (quo)que? *C*, *om. Inst.* ‖ 20—21 post(umus est)? C^n, erat *(ut solent pro* est *praesenti)* postumus auo *Inst.* ‖ 21 iure] iniure *C*, *conf.* C^a *pag. 320 uers. 30.*

enim interest, utrum legatum dare iubeatur heres, si fe-
cerit aliquid aut non fecerit, an coheres ei adiciatur, quia
tam coheredis adiectione quam legati datione co*n*pellitur,
ut aliquid contra propositum suum faciat aut non faciat.
244 An ei qui in potestate sit eius quem heredem institui-
mus, recte le*g*emus qu*a*eritur. Seruius recte legari putat,
sed euanescere legatum, si quo tempore dies legatorum
cedere solet, adhuc in pote*state* sit; ideoque siue pure le-
gatum sit et uiuo testatore in potestate heredis esse de-
sierit, siue sub condicione et ante condicionem id acciderit,
deberi legatum. Sabinus et Cassius sub condicione recte
legari, pure non recte, putant; licet enim uiuo testatore
possit desinere in potestate heredis esse, ideo tamen in-
utile legatum intellegi oportere, quia quod nullas uires
ha*b*iturum foret, si statim post testamentum factum deces-
sisset testator, hoc ideo ualere, quia *u*itam longius traxerit,
absurdum esse*t*. *sed* || diuersae *s*chol*ae* auctores nec sub pg.117
condicione recte legari, quia quos in potestate habemus,
eis non magis sub condicione quam pure debere possumus.
245 Ex diuerso constat ab eo qui in potestate ⟨*tua*⟩ est, herede
instituto recte tibi legari; sed si tu per eum heres exti-
teris, euanescere legatum, quia ipse tibi legatum debere
non possis; si uero filius emancipatus aut seruus manu-
missus erit uel in alium translatus, et ipse heres extiterit
aut alium fecerit, deberi legatum.
246 *Nu*nc transeamus ad fideicommissa.
247 8 Et prius de hereditatibus uideamus. Inprimis igitur
sciendum est opus esse, ut aliquis heres recto iure insti-
tuatur eiusque fidei committ*a*tur, ut eam hereditatem alii
restituat; alioquin inutile est testamentum, in quo nemo
249 recto iure heres instituitur. Verba autem [utilia] fideicom-
missorum haec [recte] maxime in usu esse uidentur PETO,

§ 246 = Inst. 2, 23 pr. || § 247 = Inst. 2, 23 pr. || § 248 = Inst. 2, 23, 2 || § 249 fere = Inst. 2, 24, 3.

6 legemus *Goeschen*, lecemus *C* || 8 potestate *Goeschen*, pote *C*, *conf.* *C*[a] *pag. 288* || 16 ideo *ex* modeo *correctum C* || uitam *Goeschen*, utitam *C* || 17 scholae *Goeschen*, sichole *C* || 18 putant *post* legari *addit Goeschen* || 20 tua *addidit Goeschen* || 26 nunc *Inst.*, hinc *C* || 27 hereditatibus *C*[u], hereditatibus fideicommissariis *Inst.* || 28 heres recto iure *C*, recto iure testamento heres *Inst.* || 29 committatur *Inst.*, committabatur *C* || 31 recto iure *C*, *om.* *Inst.* || utilia *C*, *om.* *Inst.* || 32 recte *C*, *om.* *Inst.*

ROGO, VOLO, FIDEI COMMITTO; quae proinde firma singula
250 sunt, atque si omnia in unum congesta sint. Cum igitur
scripserimus ⟨*L.*⟩ TITIVS HERES ESTO, possumus adicere ROGO
TE L. TITI PETOQVE A TE, VT CVM PRIMVM POSSIS HEREDITATEM
MEAM ADIRE, C. SEIO REDDAS RES*TI*TVAS. possumus autem et
de parte restituenda rogare; et liberum est uel sub con-
dicione uel pure relinquere || fideicommissa, uel ex die pg.118
251 certa. Restituta autem heredita*te* is qui restituit nihilo
minus heres permanet; is uero qui recipit hereditatem,
252 aliquando heredis loco est, aliquando legatar*ii*. Olim au-
tem ne*c* heredis loco erat nec legatar*ii*, sed potius emptoris.
tunc enim in *u*su erat ei cui restituebatur hereditas, nummo
uno eam hereditatem dicis causa uenire; et quae stipula-
tiones ⟨*inter uenditorem hereditatis et emptorem interponi so-*
lent, eaedem interponebantur⟩ inter heredem et eum cui
restituebatur hereditas, id est hoc modo: heres quidem
stipulabatur ab eo cui restituebatur hereditas, ut quidquid
hereditario nomine condemnatus *sol*uisset, siue quid alias
bona fide dedisse*t*, eo nomine inde*m*nis *es*set, et omnino
si quis cum eo hereditario nomine ageret, ut recte defen-
deretur; ille uero qui recipiebat hereditatem, inuicem sti-
pulabatur, ut si qui*d* ex hereditate ad heredem peruenisset,
id sibi restitueretur, ut etiam pateretur eum hereditarias
253 actiones procuratorio aut cognitorio nomine exequi. Sed
posterioribus temporibus Tre*b*ellio Maximo et Ann*a*eo Se-
neca consulibus senatusconsultum factum est, quo cautum
est, ut si cui hereditas ex fideicommissi causa restituta sit,

§ 250 = Inst. 2, 23, 2 || § 251 fere = Inst. 2, 23, 3 || § 253 usque ad 96, 6 *coepit* fere = Inst. 2, 23, 4.

1 uolo *C*, uolo mando *Inst.* || fidei *C*, fidei tuae *Inst.* || proinde *C*ⁿ, perinde *Inst.* || firma singula *C*, singula firma *Inst.* || 2 sint *C*, essent *Inst.* || 3 L.] Lucius *Inst.*, *om.* *C* || 4 petoque a te *C*ⁿ, *om.* *Inst.* || 5 C.] gaio *C*, eam Gaio *Inst.* || restituas *Inst.*, restuas *C* || 6 rogare *C*, heredem rogare *Inst.* || 6—7 sub condicione uel pure *C*ⁿ, pure uel sub condicione *Inst.* || 7 fideicommissa *C*, fideicommissum *Inst.* || 8 certa *C*, certo *Inst.* || hereditate *Inst.*, hereditatem *C*ⁿ || is qui *C*, is quidem qui *Inst.* *(codices plurimi)* || 10—11 autem nec *Savigny*, autem ne *C*ⁿ, *conf.* *C*ᵃ *pag. 280 inf.* || 12 usu *Goeschen*, su *C* || 14—15 ⟨ ⟩ *addidit Goeschen (conf. §§ 254. 257)* || 18 soluisset *Krueger*, fuisset *C* || 19 dedisset *Goeschen*, dedisse *C* || indemnis esset *Savigny*, indenisset *C* || 23 ut *C*, ⟨et⟩ ut *Huschke* || 24—25 sed posterioribus temporibus *C*ⁿ, et in Neronis quidem temporibus *Inst.* || 27 cui *C*, *om.* *Inst.*

actiones qu*a*e iure ciuili heredi et in heredem conpeterent, ⟨*ei*⟩ et in eum darentur cui ex fideicommisso restituta esset hereditas. per quod senatusconsultum desierunt ill*a*e cautiones in usu haberi. ‖ pr*a*etor enim utiles actiones ei et pg.119
in eum qui recepit hereditatem, quasi heredi et in here-
254 dem dare coepit, *e*aeque in *e*dicto proponuntur. Sed rursus quia heredes scripti cum aut totam hereditatem aut p*a*ene totam plerumque restituere rogabantur, adire hereditatem ob nullum aut minimum lucrum recusabant, atque ob id extinguebantur fideicommissa, po*stea* Pegaso et Pusione ⟨*consulibus*⟩ senatus censuit, ut ei qui rogatus es*set* hereditatem restituere, proinde liceret quartam partem retinere, atque e lege Falcidia in legatis retiner*e* conceditur. (ex singulis quoque rebus quae per fideicommissum relincuntur, eadem retentio permissa est.) per quod senatusconsultum ipse ⟨*heres*⟩ onera hereditaria sustinet. ille autem qui ex fideicommisso rel*i*quam partem hereditatis recipit, legatar*i*i partiar*i*i loco est, id est eius legatar*i*i cui pars bonorum legatur; quae species legati partitio uocatur, quia cum herede legatarius partitur hereditatem. unde effectum est, ut quae solent stipulationes inter heredem et partiarium legatarium interponi, ea*e*dem interponantur inter eum qui ex fideicommissi causa recipi*t* hereditatem, et heredem, id est ut *et* lucrum et damnum hereditarium pro
255 rata parte inter eos commune sit. Ergo siquidem non plus
qua*m* dodrantem ‖ hereditatis scriptus heres rogatus sit pg.120
restituere, tum ex Tre*b*elliano senatusconsulto restituitur

§ 254 fere = Inst. 2, 23, 5 ‖ § 255 usque ad 97, 3 *Trebelliano* = Inst. 2, 23, 6.

1 actiones *C*, omnes actiones *Inst.* ‖ 2 ei *Inst.*, *om. C* ‖ esset C^n, est *Inst.* ‖ 3 per C^n, post *Inst. (non inepte), conf.* C^a *pag. 284 uers. 15 et pag. 285 uers. 12* ‖ 6 eaeque *Goeschen*, aeque *C* ‖ rursus *C*, *om. Inst.* ‖ 9 aut *C*, uel *Inst.* ‖ 10—11 postea Pegaso et Pusione consulibus] potest *(? conf.* C^a *pag. 285 et pag. 286 uers. 34)* pegaso et pusione C^n, postea Vespasiani Augusti temporibus Pegaso et Pusione consulibus *Inst.* ‖ 11 esset *Inst.*, est *C*, *conf.* C^a *pag. 266* ‖ 12 proinde C^n, perinde *Inst.* ‖ 13 e *C*, *om. Inst.* ‖ in *C*, ex *Inst.* ‖ retinere *Inst. (ex emendatione?)*, retinendis *C*, *quod uocabulum ex glossemate natum esse suspicatur Mommsen* ‖ 15 per C^n, post *Inst.*, *conf.* C^a *pag. 284 uers. 15 et pag. 285 uers. 12* ‖ 16 heres *Inst.*, *om. C (conf.* C^a *pag. 270 uers. 3)* ‖ 17 relinquam partem hereditatis recipit C^n, recepit partem hereditatis *Inst.* ‖ 22 eaedem *Inst.*, eadem *C* ‖ 23 fideicommissi causa C^n, fideicommisso *Inst.* ‖ recipit *Goeschen*, recipi *C* ‖ 24 ut et *Inst.*, ut est C^n ‖ 26 quam *Inst.*, quan *C*, *conf.* C^a *pag. 292* ‖ 27 tum *C*, tunc *Inst.*

hereditas, *et* in utrumque actiones hereditariae pro rata parte
dant*ur*, in heredem quidem iure ciuili, in eum uero qui
recipit hereditatem, ex senatusconsulto Trebelliano. quam-
quam heres etiam pro ea parte quam restituit, heres per-
man*et*, eique et in eum solid*ae* actiones *con*petunt; sed non
ulterius oneratur nec ulterius illi dantur actiones, quam
256 apu*d* eum commodum hereditatis remanet. At si quis plus
quam dodrantem uel etiam totam hereditatem restituere
257 rogatus sit, locus e*s*t Pegasiano senatusconsulto. Se*d* is
qui s*e*mel adierit hereditatem, si modo sua uoluntate ad-
ierit, siue retinuerit quartam partem siue noluerit retinere,
ipse uniuersa onera hereditaria sustine*t*; se*d* quarta qui-
dem retenta quasi partis et pro parte stipulationes inter-
poni debent tamquam inter partiar*i*um legatarium et here-
dem; si uero totam hereditatem restituerit, ad exemplum
em*pt*ae et uendit*ae* hereditatis stipulationes interponend*ae*
258 sunt. Se*d* si recuset scriptus heres adire hereditatem ob
id quod dicat eam sibi suspectam esse quasi damnosam,
cauetur *Peg*asiano senatusconsulto, ut desiderante eo cui
restituere rogatus est, iussu || praetoris adeat et restituat, pg. 121
proindeque ei et in eum qui receperit ⟨*hereditatem*⟩, ac-
tiones dentur, ac iuris est ex senatusconsulto Trebelliano.
quo casu nullis stipulationibus opus est, quia simul et huic
qui restituit securitas datur, et actiones hereditariae ei et
259 in eum transferuntur, qui receperit hereditatem. N*i*hil au-
tem interest, utrum aliquis ex asse heres instit*utus* aut
totam hereditatem aut pro parte restituere rogetur, an ex
parte heres institutus aut totam eam partem aut partis par-
tem restituere rogetur; nam et hoc casu de quarta pa*r*te
eius partis ratio ex Pegasi*a*no senatusconsulto haberi solet.

§ 256 = Inst. 2, 23, 6 || § 257 = Inst. 2, 23, 6 || § 258 = Inst. 2, 23, 6 || § 259 usque ad 29 *casu* = Inst. 2, 23, 8.

1 et *Inst.*, set *C* || 2 dantur *Goeschen*, dant *C*, *conf. C*[a] *pag. 306* || 4 permanet *Goeschen*, permanent *C*[n], *conf. C*[a] *pag. 265* || 6 illi *ex* illu *correctum C* || 7 quis *C*, *om. Inst.* || 9 est *Goeschen*, et *C* || set is *C*, et heres *Inst.* || 10 semel *Inst.*, smel *C* || 12 sustinet *Goeschen*, sustinetur *C*, *conf. C*[a] *pag. 306* || 14 partiarium *Inst.*, partiarum *C* || 15 ad exemplum *C*, *om. Inst.* || 19 pegasiano *Inst.*, casiano *C* || 20 restituat *C*, restituat hereditatem *Inst.* || 21 proindeque *C*[n], perindeque *Inst.* || recepit (*uel* recipit) hereditatem *Inst.*, receperit *C*, *conf. C*[a] *pag. 270 uers. 29* || 22 ac *C*, acsi *Inst.* || est *Inst.*, esset *C*[n], *conf. C*[a] *pag. 266* || senatusconsulto trebelliano *C*[n], trebelliano senatusconsulto *Inst.* || 25 receperit *C*, recepit (*uel* recipit) *Inst.* || 26 institutus *Inst.*, instituatur *C* || 27 rogetur *C*, rogatur *Inst.* || 29 rogetur *C*, rogatur *Inst.* || 30 pegasiono *C*.

260 Potest autem quisque etiam res singulas per fideicom-
missum relinquere, uelut fundum hominem ues*tem* argen-
tum pecuniam, et uel ipsum heredem rogare, ut alicui
restituat, uel legatarium, quamuis a legatario legari non
261 possit. Item potest non solum propria testatoris res per
fideicommissum relinqui, sed etiam heredis aut legatar*i*i
aut cuiuslibet alterius. itaque et legatarius non solum de
ea re rogari potest, ut eam alicui restituat quae ei legata
sit, sed etiam de alia, siue ipsius legatar*i*i siue aliena sit.
[sed] hoc solum obseruandum est, ne plus quisquam ro-
getur aliis restituere, quam ipse ex testamento ceperit;
262 nam || quod amplius est, inutiliter relinquitur. Cum autem pg. 122
aliena res per fideicommissum relinquitur, necesse est ei
qui rogatus est, aut ips*a*m redimere et praestare, aut *ae*-
stimationem *eius* soluere, *s*ic*ut iu*ris *est si* per damnationem
alien*a* res legata sit. sunt tamen qui putant, si rem per
fideicommissum relictam dominus non uendat, extingui
fideicommissum; sed aliam esse causam per damnationem
legati.
263 Li*b*ertas quoque seruo per fideicommissum dari potest,
264 ut uel *h*eres rogetur manumittere, uel legatarius. N*ec inter-
est*, *utrum de suo propri*o seruo testator roget, an de eo qui
265 ipsius heredis aut legatar*i*i uel etiam extranei sit. Itaque
et alienus ser*u*us redimi et manumitti debet. quodsi do-
minus eum non uendat, sane extinguitur fideicommissaria
libertas, quia hoc *casu* pretii co*n*putatio nulla interuenit.
266 Qui autem ex fideicommisso manumittitur, non testatoris

§ 260 = Inst. 2, 24 pr. || § 261 fere = Inst. 2, 24, 1 || § 262 usque ad 15 *soluere* = Inst. 2, 24, 1 || § 263 = Inst. 2, 24, 2 || § 264 = Inst. 2, 24, 2 || § 265 usque ad 25 *uendat* et inde ab 25 *extinguitur* usque ad 26 *quia* = Inst. 2, 24, 2 || § 266 = Inst. 2, 24, 2.

1 quisque *C*, quis *Inst.* || res singulas *C*, singulas res *Inst.* || 2 uelut *C*, ueluti *Inst.* || uestem *Inst.*, ucteste *C uel* uctestem *C*ⁿ || 3 pecuniam *C*, pecuniam numeratam *Inst.* || 5 item potest *C*, potest autem *Inst.* || 6 etiam *C*, et *Inst.* || 8 alicui *Inst.*, aliqui *C* || legata *C*, relicta *Inst.* || 9 legatari *C*, *om. Inst.* || 10 sed *C*, *om. Inst. recte, ut uidetur (conf. C*ᵃ *pag. 300 uers. 17)* || 11 aliis *C*, alicui *Inst.* || 14 ipsam *Inst.*, ipsum *C* || 15 eius *suppleuit Goeschen ex Inst.* || sicut iuris est si *Goeschen*, s . . umiri . ‾. es *C teste Bluhmio, conf. C*ᵃ || 16 aliena *Goeschen*, alienam *C* || 21 uel eres *C*ⁿ, heres eum (*uel* eum heres) *Inst.* || 21—22 *suppleuit Goeschen ex Inst.* || 23—24 itaque et *C et Inst. libri deteriores*, itaque *Inst. libri meliores* || 24 seruus *Inst.*, serus *C* || 27 fideicommisso *C*ⁿ, causa fideicommissi *Inst.*

fit libertus, etiamsi testatoris seruus *fuerit*, se*d* eius qui
267 ma*numitt*it. a*t* qui directo testamento liber esse iubetur,
uelut hoc modo STICHVS SERVVS ⟨*MEVS*⟩ LIBER ESTO, uel hoc
STICHV*M* SERVVM MEVM LIBERVM ESSE IVBEO, *is ipsius testat*oris
fit li*b*ertus. nec alius ullus directo ex testamento liberta-
tem habere potest, quam qui utroque tempore testatoris
ex iur*e Quiritium fuerit*, *et quo f*a*ceret* testamentum et quo
moreretur. ||

pg.123

268 Multum autem diff*erunt ea* quae per fideicommissum
269 rel*incun*|tur, ab his qu*ae* directo iure legantur. Nam ecce
per fideicommissum e*tiam* —|— heredis relinqui potest;
270 cum alioquin legatu*m* —|———— inutile sit. | Item
intestat*us* moriturus potest ab eo ad quem bona eius per-
tinent, fidei*commissum* alicui relinquere; cum alioquin ab eo
270ª legari non possit. *Item legatum codicillis* relictum non ali-
ter ualet, quam si a testatore confirmati fuerint, id est
nisi in testamento caue*rit* testator, ut quidquid in codicillis
scripserit, id ratum sit; fideicommissum uero etiam non
271 confirmatis codicillis relinqui potest. Item a legatario le-
gari non potest; sed fideicommissum relinqui potest. quin
etiam ab eo quoque cui per fideicommissum relinquimus,
272 rursus al*i*i per fideicommissum relinquere possumus. Item
seruo alieno directo li*b*ertas dari non potest; se*d* per fidei-
273 commissum potest. Item codicillis nemo heres instit*u*i po-

§ 267 usque ad 2 *iubetur* et inde ab 4 *ipsius* = Inst. 2, 24, 2.

1 (fuerit)? *C* [*conf. C*ª], sit *Inst.* || 2 at] ad *C*, at is *Inst.* || testamento *ex* testamentos *correctum C* || 3 MEVS *addidit Goeschen propter proxime sequentia* || 4 is *Goeschen*, hi(s)? *C*, *om. Inst.* || 4 *et* 7 *suppleuit Goeschen ex Inst.* (*in quibus* 7 *uerba* ex iure Quiritium *desunt*) || 8—9 *de rubricae uestigiis incertissimis conf. C*ª || 10 quae *Goeschen*, qui *C*, *conf. C*ª *pag. 290* || 11. 12 *lacunae ad Epit. 2, 7, 8 fortasse sic ad sententiam suppleri posse censet Krueger:* etiam ab herede heredis relinqui potest; cum alioquin legatum ita relictum inutile sit; *conf. tamen C*ª: *sane in C*ⁿ *post* cum alioquin legatum *non dissimile ueri est extitisse haec* nisi testamento facto (*conf. etiam C*ª *pag. 310 uers. 13*); *Huschke censet haec, quae Krueger ex Epit. 2, 7, 8 restituit, a Gaio commemorata quidem esse, sed in C intercidisse ante* § 270; *idem Huschke uersus 11—12 hoc modo supplet:* etiam ante heredis ⟨institutionem⟩ relinqui potest; cum alioquin legatum testamenti initio datum inutile sit || 13 intestatus *Goeschen*, intestatos *C* || 15 *suppleuit Goeschen ad Epit. 2, 7, 3* || 17 cauerit *Goeschen; in C paulo plures litterae uidentur extitisse, uelut* cauerit ipse: *conf. C*ª || 20 sed] *de C*ⁿ *conf. C*ª *pag. 300 uers. 35* || 24 institui *Goeschen*, instituti *C*.

test neque exheredari, quamuis testamento confirmati sint.
at is qui testamento heres institutus est, potest codicillis
rogari, ut eam hereditatem alii totam uel ex parte resti-
tuat, quamuis testamento codicilli confirmati non sint. ||
274 Item mulier qu*a*e ab eo qui centum milia aeris census est, pg.124
per legem Voconiam here*s* instit*u*i non potest, tamen fidei-
275 commisso relictam sibi hereditatem capere potest. Latini
quoque qui hereditates legataqu*e* directo iure lege Iunia
276 capere prohibentur, ex fideicommisso capere possunt. Item
cum senatusconsulto prohibitum sit proprium seruum mi-
norem annis XXX liberum et heredem instituere, plerisque
placet posse nos iubere liberum esse, cum annorum XXX
277 erit, et rogare ut tunc illi restituatur hereditas. Item quam-
uis non ⟨*possimus*⟩ post mortem eius qui nobis heres ex-
titerit, alium in locum eius heredem instituere, tamen pos-
sumus eum rogare, ut cum morietur, alii eam hereditatem
totam uel ex parte restituat. et quia post mortem quoque
heredis fideicommissum dari potest, idem efficere possumus
et si ita scripserimus CVM TITIVS HERES MEVS MORT*V*VS ERIT,
VOLO HEREDITATEM MEAM AD P. M*E*VIVM PERTINERE. utroque au-
tem modo, tam hoc quam illo, Titiu*s* heredem s*u*um obli-
278 gatum relinqui*t* de fideicommisso restituendo. Praeterea
legata ⟨*per*⟩ formulam petim*u*s; fideicommissa uero Romae
quidem apu*d* consulem uel apu*d* eum praetorem qui prae-
cipue de fideicommissis ius dicit, persequimur, in p*r*ouin-
279 ciis uero apu*d* praesidem prouinciae. Item de fideicom-
missis semper || in urbe ius dicitur; de legatis uero, cum pg.125
280 res agun*tur*. Item fideicommissorum usurae et fructus de-
bentur, si modo moram solutionis fecerit qui fideicommis-

1 *uerba* neque exheredari *utrum casu necne desint in Epit. 2, 7, 8, certo diiudicari nequit* || 2 at *Goeschen*, aut *C*, *conf.* C^a *pag. 256* || 6 heres *Goeschen*, heredes C^n, *conf.* C^a *pag. 270* || institui *Goeschen*, instituti *ex* institutio *correctum C* || 8 legataque *Goeschen*, legataquia *C*, *conf.* C^a *pag. 290 inf.* || 10 senatusconsulto C^n *(conf.* C^a *pag. 302 uers. 3)*, *de* lege Aelia Sentia *(conf.* C^a *pag. 275 uers. 9 et pag. 257 med.) cogitauit Goeschen* || 11 annis *C*; *an* annorum *scribendum duce Cramero? (conf.* C^a *pag. 256 extr.)* || 12 nos *ex* neos *correctum C* || 14 possimus *addidit Goeschen* || 18 *post* potest *intercidisse* ut supra quoque diximus *uel simile aliquid collata Epit. 2, 7, 8' suspicatur Krueger* || 21 Titius *Rohrscheidt*, titium *C*, *conf.* C^a *pag. 305 med.* || suum *Rohrscheidt*, sum C^n || 22 relinquit *Rohrscheidt*, relinquitur *C*, *conf.* C^a *pag. 306* || 23 per *addidit Goeschen*, *om. C*, *conf.* C^a *pag. 284 uers. 2* || petimus *Goeschen*, petimos *C* || 25 de *ex* re *correctum* C^1 || peruinciis C^n, *conf.* C^a *pag. 286 uers. 11* || 28 aguntur. Item] *sic potius uisum est scribendum esse quam* aguntur (*omisso* item); *in C est* agunit·, *conf.* C^a *pag. 273 uers. 21 seqq.*; *ceterum conf. Rudorff in Actis Academiae Berolinensis a. 1865 pag. 335.*

sum debebit; legatorum uero usurae non debentur; idque
rescripto diui Hadriani significatur. scio tamen Iuliano pla-
*cu*isse, in eo legato quod sine*n*di modo relinquitur, idem
iuris esse quod in fideicommissis; quam sententiam et his
281 temporibus magis optinere uideo. Item legata Grae*ce* scripta
282 non ualent; fideicommissa uero ualent. Item si legatum
per damnationem relictum heres infi*ti*etur, in duplum cum
*e*o agitur; fideicommissi uero nomine semper in simplum
283 persecutio est. Item ⟨*quod*⟩ quisque ex fideicommisso plus
debito per errorem soluerit, repetere potest; a*t* id quod ex
causa falsa per damnationem legati plus de*b*ito solutum sit,
repeti non potest. idem scilicet iur*is* est de eo [legato]
quod non debitum uel ex hac uel ex illa causa per erro-
rem solutum fuerit.
284 Erant etiam aliae differentiae, qu*ae* nunc non sunt. ut
285 ecce peregrini poterant fide*i*commiss*a* *ca*pere; et fe*r*e hae*c*
fuit origo fide*i*commiss*orum*. sed postea id prohibitum est;
et nunc ex oratione diu*i* Hadriani senatusconsultu*m* factum
286 est, ut ea fide*i*commissa fi*s*co uindicarentur. Caeli*b*es ||
quoque qui per legem Iulia*m* hereditates legataque capere pg. 126
prohibentur, olim fideicommissa uideba*n*tur capere posse.
286a Item orbi qui per legem Papia*m* [ob id quod liberos non
habebant] dimidias partes heredita*tu*m legatorumque per-
dunt, olim solida fideicommissa uidebantur capere posse.
sed postea senatusconsulto Pe*g*asiano p*r*oinde fide*i*commissa
quoque ac legat*a* heredit*a*tesque capere poss*e* prohibiti sunt;
eaque translata sunt ad eos qui ⟨*in eo*⟩ testamento liberos
habent, aut si null*u*s liberos habeb*i*t, ad populum, sicut *i*uris

2—3 placuisse *Goeschen*, placisse *C* || 3 sinendi *Goeschen*, sinedi *C* || 5 graece *Goeschen*, graeges *C* || 7 infitietur *Goeschen*, infietur *C* || 8 eo *Goeschen*, ego *C* || 9 quod *addidit Goeschen*, *om. C (conf. Ca pag. 294 uers. 1)* || 12 iuriis *C* || legato *deleuit Savigny* || 16 fideicommissa capere: et fere haec *Goeschen*, fidem commissam *(conf. Ca pag. 268)* facere et ferre hae (*aut* hac) *C* || 17 fideicommissorum *Goeschen*, fidecommissa *C, conf. Ca pag. 268* || 18 diui *Goeschen*, diuisunt *C, conf. Ca pag. 300* || senatusconsultum *Goeschen*, senatusconsultus *C* || 19 fisco *Goeschen*, fico *C* || 20 Iuliam *Goeschen*, iulianas? *C, conf. Ca pag. 274*; Iuliam testamentarias *Huschke* || 21 uidebantur *Goeschen*, uidebatur *C* || 22 papia *C* || *uerba uncinis inclusa deleuit Polenaar* || 23 hereditatum *Goeschen*, hereditarium *C (ortum ex* hereditatium?) || 25 pecasiano *C* || 26 legata hereditatesque *Goeschen*, legatum hereditastesque *C* || posse *Goeschen*, possem *Cn*; *fortasse delendum est* posse || 27 ⟨ ⟩ *addidit Polenaar, conf. 2, 206* || 28 nullus *Lachmann*, nullos *C* || habebit *Lachmann*, habebint *C* || sicut iiuris *C, conf. Ca pag. 320.*

est in legatis et in hereditatibus, qu*a*e eadem aut simil*i*
287 ex cau⟨*sa caduca fiunt. I*⟩tem olim incertae personae
uel postumo alieno per fideicommissum relinqui poterat,
quamuis neque heres institui neque legari ei poss*e*t; se*d*
senatusconsulto quod auctore di*uo* Hadriano factum est,
id*em* in fideicommissis quod in legatis hereditatibusque
288 constitutum est. Item poen*a*e nomine iam non dubitatur
nec per fideicommissum quidem relinqui posse.
289 Se*d* quamuis *in* mult*i*s iuris partibus longe latior causa
sit fideicommissorum quam eorum quae directo relincuntur,
in quibusdam tantumdem uale*a*nt, tamen tutor non aliter
testamento dari potest quam directo, ueluti hoc modo LIBERIS MEIS TI*TI*VS TVTO*R* ESTO, uel ita LI*B*ERIS MEIS TITIVM TVTOREM DO; per fideicommissum *uero dari* non potest. ||

⟨*COMMENTARIVS TERTIVS.*⟩

1 *Intestatorum hereditates* ⟨*ex*⟩ *lege XII tabularum primum*
2 *ad suos heredes pertinent. Sui autem heredes existimantur liberi qui in potestate morientis fuerunt, ueluti filius filiaue, nepos neptisue* ⟨*ex filio*⟩, *pronepos proneptisue ex nepote filio*

---

§§ 1—17 = Mosaicarum et Romanarum legum Collatio 16, 2 || § 1 = Inst. 3, 1, 1 || § 2 = Inst. 3, 1, 2 et 2*b*.

---

1 simili *Goeschen*, simile *C* || 2 ⟨ ⟩ *addidit Polenaar* || 4 posset *Huschke*, possit *C*[n] || 5 diuo *Goeschen*, diro *C* || 6 idem in *Goeschen*, id [in] *C* (in *superscripsit corrector?*), *conf. C*[a] *pag. 262* || 9 in *Goeschen*, ui *uel* ut *C* || multis *Goeschen*, multus *C* || 11 ualeant *Goeschen*, ualent *C* || 13 TITIVS *Goeschen*, tius *C*, *conf. C*[a] *pag. 305* || TVTOR *Goeschen*, tutores *C*, *conf. C*[a] *pag. 298* || 14 fideicommissum] *conf. C*[a] *pag. 268* || uero dari *Goeschen*, dari uero *C* || 15—*pag.* 103, 17] *unum folium in C periit, cuius prior pagina scriptura uacua fuisse uidetur; sane in Collatione uix quicquam quod maius spatium requirat omissum esse persuadet Institutionum et Epitomae consensus* || 16 Intestatorum — *pag.* 103, 17 post *suppleuit Goeschen ex Collatione, cuius codices B(erolinensem) et Vi(ndobonensem) contulit Theodorus Mommsen, codicem Ve(rcellensem) contulit Krueger, adhibitis ad* §§ 1. 2. 4 *simul Institutionibus (conf. Epit. 2, 8)* || 16 intestatorum *Coll.*, intestatorum autem *Inst.* || ex *Inst.*, *om. Coll.* || 17 sui *Inst.*, si *Coll.* || 18 liberi *Coll.*, ut et supra diximus *Inst. (ex Gaio, ut uidetur, conf. Gai. 2, 156)* || fuerunt *Inst. (codd. meliores) et Vi*, fuerint *B et Ve et Institutionum codices deteriores* || filiaue *Institutionum codices deteriores*, filia uel *B et Vi*, filiaue uel *Ve*, filia *Institutionum codices meliores* || 19 ex filio *Inst.*, *om. Coll.*

nato prognatus prognataue. nec interest, ⟨utrum⟩ naturales
⟨sint⟩ liberi an adoptiui. ita demum tamen nepos neptisue
et pronepos proneptisue suorum heredum numero sunt, si
praecedens persona desierit ⟨in potestate parentis esse, siue
morte id acciderit,⟩ siue alia ratione, ueluti emancipatione.
nam si per id tempus quo quisque moritur, filius in potestate
eius sit, nepos ex eo suus heres esse non potest. idem et
in ceteris deinceps liberorum personis dictum intellegemus.
3 *Vxor quoque quae in manu est, sua heres est, quia filiae*
loco est. item nurus quae in filii manu est, nam et haec
neptis loco est. sed ita demum erit sua heres, ⟨si⟩ filius
cuius in manu fuerit, cum pater moritur, in potestate eius
non sit. idemque dicemus et de ea quae in nepotis manu
4 *matrimonii causa sit, quia proneptis loco est. Postumi quo-*
que ⟨qui⟩ si uiuo parente nati essent, in potestate eius fu-
5 *turi forent, sui heredes sunt. Idem iuris est de his quorum*
nomine ex lege Aelia Sentia uel ex senatusconsulto post ||
mortem patris causa probatur. nam et hi uiuo patre causa pg. 127
6 probata in potestate eius futuri essent. Quod etiam de
eo filio qui ex prima secunda*ue* mancipation*e* post mortem
7 patris manumittitur, intellegemus. Igitur cum filius filiaue
et ex altero filio nepotes neptesue extant, pariter ad here-
ditatem uocant*ur*; nec qui gradu proximior est, ulteriorem

§ 4 = Inst. 3, 1, 2*b* || § 7 inde ab 21 *cum* = Inst. 3, 1, 6.

1 utrum *Inst., om. Coll.* || 2 sint *uel* sunt *Inst., om. Coll.* || 4—5 ⟨ ⟩ *addidit Goeschen ex Inst., om. Coll.* || 6 id *Inst.*, idem *Coll.* (eo tempore *Epit.*) || quisque *Coll.*, quis *Inst.*, aliquis *Epit.* || moritur *Haloander*, morietur *B et Vi*, moriatur *Ve*, moreretur *Inst.* || 7 idem *Coll.*, idque *Inst.* || 8 intellegimus *Coll. cum codicibus nonnullis Institutionum* || 9 *(post* manu*)* est *Goeschen*, eius est *Vi*, eius est is *B*, eius est in *Ve* || 10 loco *B*, in loco *Vi*, locus *Ve* || 12 manu fuerit] manus eius *B*, manu eius *Ve et Vi* || cum *Ve*, dum *B et Vi* || 13 dicimus *Coll.* || in] *om. B et Vi*, de *Ve* || 15 qui *Inst., om. Coll.* || eius *Coll. et Institutionum codices deteriores, om. Institutionum codices meliores* || 15—16 futuri *Inst.*, futuris *Coll.* || 16 sui *Inst. et B*, sibi *Ve et Vi* || 17 nomine *Pithoeus*, nomina *Coll.* || 18 probatur nam et hi uiuo patre causa *C*ⁿ, *om. Coll.* || 19 quod *C, om. Coll.* || etiam *C*, et *Coll.* || 20 secundaue *Goeschen*, secundaque *C*ⁿ *(conf. C*ᵃ *pag. 290 inf.) et Coll.* || mancipatione *Ve*, mancipationem *C*, emancipatione *Vi*, aemancipationem *B* || 21 intellegemus *C*, intellegimus *Coll.* || igitur *C, om. Coll.* || 22 nepotes neptesue *C*, nepotes nepteue *Vi*, nepotes uae *B*, nepotes ue nepte *Ve*, nepos neptisue *Inst.* || extant *C et Inst.*, existent *Coll.* || 23 gradu *C et Inst.*, gradum *Coll.* || proximior *C et Inst.*, proprio *Ve*, proprium *B et Vi*.

excludit. ae*qu*um enim uidebatur nepotes neptesue in patris sui locum portionemque succedere. pari ratione et si nepos neptis*ue* sit ex filio et ex nepote pronepos *pro*nep-
8 tisue, simul omnes uocantur ad hereditatem. Et quia placebat nepotes neptesue, item pronepotes proneptesue in parentis sui locum succedere, conueniens esse uisum est non in capita, sed ⟨*in*⟩ stirpes hereditate*m* diuidi; ita ut filius partem dimidiam hereditatis ferat et ex altero filio duo pluresue nepotes alteram dimidiam; item si ex duobus filiis nepotes exten*t*, ex altero filio unus forte uel duo, ex altero tres aut quattuor, ad un*u*m aut ad duos dimidia pars pertineat et ad tres aut quattuor altera dimidia.
9 Si nullus sit suorum heredum, tunc hereditas per-
10 tinet || ex eadem lege XII tabularum ad *a*gnatos. *V*ocantur pg. 128
autem *a*gnati qui legitima cognatione iuncti sunt. legitima autem cognatio est ea quae p*er* uirilis se*x*us persona*s con*-*iungitur*. *itaque eodem p*atre nati fratres agna*ti* s*i*b*i* *sunt*, *qui etiam consanguinei* uocantur, nec requiritur an etiam

§ 8 = Inst. 3, 1, 6 || § 10 inde ab 17 *itaque* fere = Inst. 3, 2, 1.

1 excludit aecum *C (cum Inst.)*, excludite cum *Ve*, excludit cum *Vi*, excludit et quam *B* || uidebatur *C*, uidetur *Coll.*, esse uidetur *Inst.* || neptesue *C et Coll.*, neptesque *Inst.* || 2 portionemque *C*ⁿ *et Coll.*, *om. Inst.* || 3 neptisue *Coll.*, neptisque *C et Inst.* || proneptisue *Coll. et Inst.*, neptisue *C* || 4 simul omnes uocantur ad hereditatem *C*ⁿ, simul uocantur *Coll. et Inst. notabili consensu* || placebat *C et Coll.*, placuit *Inst.* || 5 neptesue *C et Coll.*; neptesque *Inst. codices alii*, *om. alii* || proneptesue *C et Coll.*, proneptesque (*uel* et proneptes) *Inst.* || 6 parentis *C et Inst.*, patris *Coll.* || 7 in stirpes *Coll. et Inst.*, stirpes *C* || hereditatem *Vi et Inst.*, hereditates *C (conf. C*ᵃ *pag. 270 uers. 29)*, hereditatis *B et Ve* || ita *C*, *om. Coll. et Inst. notabili consensu* || 8 partem dimidiam *C et Inst.*, dimidiam partem *B et Vi et Ve (post emendationem*, partem *omittit Ve ante emendationem)* || ferat *C*, fruat *B*, fuerat *Ve et Vi*, habeat *Inst.* || et *C et Inst.*, *om. Coll.* || 10 extent *Polenaar*, extent et *C et Coll.*, extant et *Inst.* || filio *C et Coll.*, *om. Inst.* || uel duo *C*ⁿ, aut duo *Inst.*, uel *Coll.* || 11 ad unum —12 quattuor *C et Inst.*, *om. Coll.* || 11 unum *Inst.*, unium *C* || ad duos *C et Institutionum codices deteriores*, duos *Institutionum codices meliores* || dimidia *ex* dimidiam *correctum C* || 12 pertineat et *C*ⁿ, pertinet *Inst.* || aut quattuor *C*, uel ad quattuor *Inst.* || 13 *ante* Si *rubricam* DE AGNATIS *addit Coll.* || 14 ex *C*, et *B*, et ex *Vi* || ad agnatos uocantur *Coll.*, adgnatosuouocantur *C* || 16 est ea *C*ⁿ, hoc est *Coll.* || per uirili sexu *B*, ex uirili sexu *Vi*, purilis sexsus *C* || personas] persona *C*ⁿ *et B*; personae *Vi* || 16—18 *suppleuit Lachmann ex Coll. et ex Inst.* || 17 sibi] uisi *Coll.* || 18 qui etiam *Coll.*, qui et *Inst.* || an etiam *C et Inst.*, an *Coll.*

matrem eandem habuerint. item patr*u*us fratris filio et in-
uicem is illi agnatus est. eodem numero sunt fratres patrue-
les inter se, id est qui ex duobus fratribus progenerati sunt,
quos plerique et*iam* consobrinos uocant. qua ratione sci-
licet etiam ad plures gradus agnationis peruenire poteri-
11 mus. Non tamen omnibus simul agnat*is* dat lex XII tabu-
larum hereditatem, sed his qu*i* tum cum certum est ali-
12 quem intestatum decessisse, proximo gradu sunt. Nec in
eo iure successio est. ideoque si agnatus proximus here-
ditatem omiserit, uel antequam adierit, decesserit, sequen-
13 tibus nihil iuris ex lege co*n*petit. Ideo autem non mortis
tempore quis *proxi*mus *fu*erit requirimus, sed eo tempore
quo certum fuerit aliquem intestatum decessisse, quia si
quis *testamento f*acto decesserit, melius esse uisum est tunc
requiri proximum, cum certum esse coeperit neminem ex
14 eo testamento fore heredem. Quod ad feminas tamen at-
tinet, in hoc iure aliu*d* in || ipsarum hereditatibus capien- pg.129
dis placuit, aliu*d* in ceterorum [bonis] ab his capiendis.
nam feminarum *heredita*tes proinde a*d* nos agnationis iure
redeunt atque masculorum; nostr*ae* uero hereditates ad fe-
minas ultra consanguineorum gradum non pertinent. ita-
que soror fratri sororiue legitima heres est, amita uero et
fratris filia legitima heres esse ⟨*non potest. sororis autem
nobis loco est*⟩ etiam mater aut nouerca quae per in manum
conuentionem apu*d* patrem nostrum iura filiae n*a*cta est.

§ 11 fere = Inst. 3, 2, 1.

1 matrem eandem *C et Coll.*, eandem matrem *Inst.* || patrus *C* || 3 inter se *C et Coll.*, *om. Inst.* || progenerati *C et Coll.*, procreati *Inst.* || 4—5 scilicet *C et Coll.*, *om. Inst.* || 6 agnatis *Coll. et Inst.*, agnatiis *C* || XII tabularum *C*ⁿ *et Coll.*, *om. Inst. cum Epit.* || 7 qui *Coll. et Inst.*, quibus *C* || tum cum *C*, tunc *Coll.*, tunc . . . . cum *Inst. (inuerso simul uerborum ordine)* || 8 intestatum *C et Inst.*, intestato *Coll.* || decessisse *C et Inst. et Ve*, decessisset *B et Vi* || 9 agnatus *C*, heredes *B*, heredem *Ve et Vi* || 9—10 hereditatem omiserit uel antequam *C*ⁿ, omiserit uel antequam hereditatem *Coll.* || 12 fuerit *Polenaar*, erit *C et Coll.* || 13 quia *C*ⁿ, quam *Coll.* || 14 tunc *Coll.*, tuncetiis? *C* || 16 eo *om. B et Vi* || fore heredem *C*ⁿ, heredem fore *Coll.* || quod] qui *B*, quedam *Vi* || 17 in hoc *C*, hoc *Coll.* || 18 placuit *C*, placet *Coll.* || bonis *C*, *om. Coll.* || 19 nam *C*, nam et *Coll.* || hereditates *Coll. et fortasse C*ⁿ *(in quo tamen fortasse* quidem hereditates *uel* quoque hereditates *extitit)* || at nos *C*, *om. Coll.* || 23 legitima *C*, *om. Coll.* || 23—24 ⟨ ⟩ *addidit Goeschen ex Coll.* || 25 iura *C*, ius *Coll.* || nancta? *C (conf. C*ᵃ*)*, cuncta *B et Ve*, iuncta *Vi.*

15 Si ei qui defunctus erit, si*t* frater et alterius fratris filius,
sicut ex superioribus intellegitur, frater po*t*ior est, quia
gradu praecedit. sed alia facta est iuris interpretatio inter
16 suos heredes. Quodsi defuncti nullus frater extet, ⟨*sed*⟩
sint liberi fratrum, ad omnes quidem hereditas pertinet;
sed quaesitum est, si dispari forte numero sint nati, ut
ex uno unus uel duo, ex altero tres uel quattuor, utrum
in stirpes diuidenda sit hereditas, sicut inter suos heredes
iuris est, an potius in capita. ia*m* dudum tamen placuit
in capita diuidendam esse hereditatem. itaque quo*t*quo*t*
erunt ab utraque parte personae, in tot portiones hereditas
diuidetur, ita ut singuli singulas portiones ferant.
17 Si nullus agnatus sit, eadem le*x* XII tabularum gen-
*t*iles ad hereditatem uoca*t*. qui sint autem gentiles, primo
commentario rettulimus; et cum illic admonuerimus totum pg. 130
gentilic*i*um ius in desuetudinem ab*i*isse, superuac*u*um est
hoc quoque loco de eadem r*e* curiosius tractare.
18 Hactenus lege XII tabularum finitae sunt intestatorum
hereditates. quod ius quemadmodum strictum fuerit, palam
19 est intellegere. Statim enim emancipati li*b*eri nullum ius
in hereditatem parentis ex ea lege habent, cum desierint
20 sui heredes esse. *I*dem iuris est, si ideo li*b*eri non sint
in potestate patris, quia sint cum eo ciuitate *Ro*mana do-
21 nati, nec ab imperatore in potestate*m* redacti fuerint. Item
agnati *c*apite deminuti non admittuntur ex ea lege ad he-
reditatem, quia nomen agnationis capitis deminutione per-
22 imitur. Item proximo agnato non adeunte hereditatem ni-

§ 15 *ex superioribus*] §§ 8. 11 ‖ § 17 *primo commentario*] 1, 164a?

1 ei qui *C*, quis *Coll.* ‖ sit *Goeschen, aut* si *aut* st *C*, si sit *Coll.* ‖ 2 potior *Coll.*, prior *C* ‖ 3 facta est *C*, facta *Coll.* ‖ 4 sed *Coll.*, *om. C (conf. Ca pag. 300 uers. 17)* ‖ 6 forte numero sint *C*, numero sint forte *Coll.* ‖ ut *C*, *om. Coll.;* uelut(i) *Boecking (conf. Ca pag. 311 uers. 21)* ‖ 7 ex altero *C*, et ex altero *Coll.* ‖ uel quattuor *C*, aut quattuor *Coll.* ‖ 9 tamen *C*, autem *Coll.* ‖ 10 esse *Cn*, *om. Coll.* ‖ 12 ita ut *C*, et *Coll.* ‖ ferant *C*, ferunt *Ve*, fuerunt *B*, fecerunt *Vi* ‖ 13 lex *Coll.*, le *C*, *conf. Ca pag. 275* ‖ gentiles *Coll.*, gentiteles? *C* ‖ 14 uocat *Coll.*, uocant *C et codex Vi Coll.* ‖ 15 commentario rettulimus et *C;* comentariorum et ultimum et *B*, commentario respondit et ultimum et *Ve*, commentario et ultimum et *Vi* ‖ totum *C*, *om. Coll.* ‖ 16 gentilicium *Coll.*, gentilicum *C* ‖ 17 eadem *C*, ea *Coll.* ‖ re *Coll.*, retn̄ *C* ‖ curiosius *ex* curiusius *correctum C* ‖ 22 idem *Goeschen*, dem *Cn* ‖ 23 Romana *Goeschen*, pm· *C*, *conf. Ca pag. 262* ‖ 24 potestate *C*.

23 hilo magis sequens iure legitimo admittitur. Item feminae
agnatae quaecumque consanguineorum gradum excedunt,
24 nihil iuris ex lege haben*t*. Similiter non admittuntur co-
gnati qui per feminini sexus personas necessitudine iun-
guntur; adeo quidem, ut nec inter matrem et filium filiamue
ultro citroque hereditatis capiend*ae* ius conpetat, praeter-
quam si per in manum conuentionem consanguinitatis iura
inter eos constiterint.

25 Sed hae iuris iniquitates edicto praetoris emendatae || 9
26 sunt. Nam *liber*os omnes qui legitimo iure deficiuntur, uo- pg.131
cat ad hereditatem, proinde ac si in potestate parentis
mortis tempore fuissent, siue soli sint siue etia*m* sui he-
redes, id est qui in potestate patris fuerunt, concurrant.
27 A*g*natos autem capite deminutos non secundo gradu post
suos heredes uocat, id est non eo gradu uocat quo per
legem uocarentur, si *c*apite *de*minuti non essent, sed ter-
tio proximitatis nomine; licet enim capitis deminutione ius
legitimum perdiderint, certe cognationis iura retinent. ita-
que si quis alius sit qui integrum ius agnationis habebit,
28 is potior erit, etiamsi longiore gradu fuerit. Idem iuris
est, ut quidam putant, in eius agnati persona, qui pro-
ximo agnato omittente hereditatem nihilo magis iure legi-
timo admittitur. sed sunt qui putant hunc eodem gradu
a praetore uocari, quo etiam per legem agnatis hereditas
29 datur. Feminae cert*e* agnatae quae consanguineorum gra-
dum excedunt, tertio gradu uocantur, id est si neque suus
30 heres neque agnatus *u*llus erit. Eodem grad*u* uocantur et-
iam *e*ae personae qu*ae* per feminini sexus personas copu-
31 latae sunt. Liberi quoque qui in adoptiua familia *sunt*, ad
naturalium parentum hereditatem hoc eodem gradu uoca*n*tur.
32 Quos autem || *p*raetor uocat ad hereditatem, hi heredes pg.132
ips*o* quidem iure non | fiunt; nam praetor heredes facere

§ 31 = Inst. 3, 5, 3 (2) || § 32 = Inst. 3, 9, 2.

3 habent *Goeschen*, habentur C^{n}, *conf.* C^{a} *pag. 306* || 10 liberos *Goeschen*, eos *C*, liberos eos *mauult Mommsen* || 13 fuerunt *C*, *expectes* tum fuerunt *uel* manserunt; *uerba* id est qui in potestate patris fuerunt *delet Polenaar (conf. Inst. 3, 1, 9)* || 14 adnatos *C* || 16 deminuti] minuti *C* || 27 ullus *Goeschen*, illus? *C* || gradu *Goeschen*, graduo? *C* || 28 eae *Goeschen*, siheae *C* || 29 familia sunt *Inst.*, familias *C*, *conf.* C^{a} *pag. 301* || 30 uocantur *Inst.*, uocatur C^{n} || 31 praetor *Goeschen*, p|pr̄ *C (conf.* C^{a} *pag. 288 inf.)*, praetor solus *Inst.* || hi *C*, *om. Inst.* || 32 ipse quidem *C*, quidem ipso *Inst.* || heredes C^{n}, heredem *Inst.*

non potest; *per legem* | *enim tantum uel similem iuris constitutionem heredes fi*|unt, ueluti per senatusconsultum et constitutionem principalem. sed *cum eis* praetor ⟨*dat bonorum possessionem*⟩, loco heredum *con*stituunt*ur*.

33 |A*dhuc autem etiam* alios conplures gradus p*raetor facit in* | *bonorum possessionibus dandis*, d*um i*d ag*it*, ne *quis sine* s*uccessore* | *moriatur*. de quibus in his commentar*i*is consul*to* | *non agimus*, *cum* hoc ius totum propriis co*mmen*tariis *ex*|*ecuti simus*. *Hoc* solum admonuisse sufficit ——

——————————————

tab*ul*is ———— hereditatem ————

———— in*uidi*osum ———— *per*

in man*um conuent*ionem iura consanguin*itatis* na|cta ————

———————— | ————

———————— | ————

———————— | fratre ————

———————— | ———— *(5 uersus in C legi nequeunt)*

——————————————

———————— . ||

(8 uersus in C legi nequeunt) pg. 133

——————————————

———————— nam ————

——————————————

——————————————

———————— *heredi*tas non pertine-

(8 uersus in C legi nequeunt)

——————————————

33b *Aliquando tamen neque emendandi neque inpugnandi ueteris iuris sed* | magis *confirmandi gratia pollicetur bonorum possessionem. nam illis quoque* | qui rec*te facto testamento*

§ 33 usque ad 7 *moriatur* fere = Inst. 3, 9, 2 || § 33b = Inst. 3, 9, 1.

1—4 *supplementa ex Inst. deprompsit Goeschen* || 2—3 constitutionem principalem *C*, constitutiones principales *Inst.* || 3 eis *Inst.*, (eis)dem? *C* || praetor *Inst.*, propter *C*, *conf. Ca pag. 288 inf.* || 3—4 dat bonorum possessionem *Inst.*, *om. C* || 4 constituuntur *Inst.*, istituunt *C*, *conf. Ca pag. 260* || 5 (etia)m? *C*, et *Inst.* || 5—7 *supplementa praebuerunt fere Inst.* || 8—9 *ad sententiam suppletum est* || 8 totum *Goeschen*, tutum *C* || 9 executi] *in C fuerit* ex|secuti, *conf. Ca* || *in eis quae post* sufficit *legi nequeunt*, *Gaium de senatusconsulto Tertulliano egisse probabiliter coniecit Huschke* || 20—109, 2 *conf. Cas* || 27—109, 2 *suppleuit Goeschen ex Inst. 3, 9, 1.*

heredes instituti sunt, | dat *secundum tabulas bonorum posses-*
34 *sionem. item ab in*‖testat*o* heredes suos et agn*atos* ad bo- pg.134
norum possessionem uocat. quibus casibus *b*eneficium eius
in eo solo uidetur aliquam utilitatem habere, ut *i*s qui ita
bonorum possessionem petit, interdicto cuius principium
est QVORVM BONORVM uti possit. cuius interdicti qu*ae* sit uti-
litas, suo loco proponemus. alioquin remota quoque bono-
rum possessione ad eos hereditas pertinet iure ciuili.
35 Ceterum saepe quibusdam ita datur bonorum possessio,
ut is cui data sit, ⟨*non*⟩ optineat hereditatem; quae bono-
36 rum possessio dicitur sine re. Nam si uerbi gratia iure
facto testamento heres inst*it*utus cre*u*erit hereditatem, sed
bonorum possessionem secundum tabulas testamenti petere
noluerit, contentus eo quod iure ciuil*i* heres sit, nihilo mi-
nus ii qui nullo facto testamento ad intestati *b*ona uocantur,
possunt petere bonorum possessionem; sed sine re ad eos
[hereditas] pertinet, cum testamento scriptus heres euin-
37 cere hereditatem possit. Idem iuris est, si intestato aliquo
mortuo suus heres no|lu*erit* petere *bonorum* possessionem,
contentus l*egitimo iure* ——|et agnato co*n*petit quidem bo-
norum possessio, sed sine re, quia euinci hereditas *a* suo
herede potest. et [illud] conuenient*er*, si ad agnatum iure
ciuili pertinet hereditas et is adierit hereditatem, se*d* bo-
norum possessionem petere noluerit, et si [quis ex proxi-
mis] cognatus petierit, sine re habebit bonorum possessio-
38 nem propter eandem rationem. Sunt et al*i*i quidam similes
casus, quorum aliquos ‖ superiore commentario tradidimus. pg.135

§ 34 usque ad 3 *uocat* et inde ab 7 *remota* = Inst. 3, 9, 1 ‖ *suo loco*] 4, 144 ‖ § 38 *superiore commentario*] 2, 119. 148 seq.

2 heredes suos *C*ⁿ, suos heredes *Inst.* ‖ 10 non *addidit Goeschen, om. C (conf. C*ᵃ *pag. 281 uers. 33)* ‖ 17 hereditas *C (ex falso glossemate hoc uocabulum irrepsisse perspexit Polenaar)* ‖ 19—20 *suppleuit Hollweg, qui* 20 iure: nam | et agnato *temptauit; Mommsen futurum mauult ueluti* iure: id si fi|et, agnato; *Krueger de* scilic|et *ita cogitauit, ut simul transponendum esset hoc aduerbium post* contentus ‖ 21 a] ap *C, conf. C*ᵃ *pag. XXX adnot. d)* ‖ 22 illud *in suspicionem uocauit Goeschen; e. g. de* et (*uel* ⟨sed⟩ et) illud conuenien⟨s inueni⟩tur *cogitat Krueger* ‖ conuenienter *Goeschen*, conuenientur *C* ‖ 23 is *ex* his *correctum? C* ‖ sed *Goeschen*, sedsi *C, conf. C*ᵃ *pag. 300 uers. 17 et pag. 301 uers. 4* ‖ 24—25 *uerba* quis ex proximis *ex glossemate nata esse coniecit Mommsen.*

39.40 Nunc de libertorum *b*onis uideamus. Olim itaque licebat liberto patronum suum *in*pune testamento pr*a*eterire. nam ita demum lex XII tabularum ad hereditatem liberti uocabat patr*on*um, si intestat*us* mort*u*us esset libertus nullo suo herede *re*licto. itaque intestato quoque mortuo li*b*erto, si is s*u*um heredem reliquerat, nihil in *b*onis eius patrono iuris erat. et siquidem ex naturalibus liberis aliquem suum heredem reliquisset, nulla uide*b*atur esse querella; si uero uel adoptiuus filius filiaue uel uxor qu*a*e in manu esset, sua heres esse*t*, aperte ini*qu*um erat nihil iur*i*s patrono
41 superesse. Qua de causa postea praetoris edicto haec iur*i*s iniquitas em*e*ndata est. siue enim faciat testamentum li*b*ertus, iubetur ita testari, ut patrono suo partem dimidiam *b*onorum suorum relinqua*t*, et si aut nihil aut minus quam partem dimidiam reliquerit, datur patrono contra tabulas testamenti partis dimidiae bonorum possessio; si uero intestatus moriatur suo herede relicto adoptiuo filio ⟨*uel*⟩ uxore quae in manu ipsius esset, uel nur*u* quae in manu fil*i*i eius fuerit, dat*ur* aeque patrono aduersus hos suos heredes partis dimidiae bonorum possessio. prosunt autem liberto ad ex||cludendum patronum naturales liberi, non so- pg.136 lum quos in potestate mortis tempore habet, se*d* etiam emancipati et in adoptionem dati, si modo aliqua ex parte heredes scripti *sint*, *aut praeteriti con*tra tabulas testamenti bonorum possessionem ex edicto petierint; nam exheredat*i*
42 nullo modo repellunt patronum. Postea lege Papia aucta sunt iura patronorum, quod ad locupletiores libertos pertinet. cautum est enim ea lege, ut ex bonis eius qui

§ 39 = Inst. 3, 7 pr. || § 40 fere = Inst. 3, 7 pr. || § 41 fere = Inst. 3, 7, 1 || § 42 fere = Inst. 3, 7, 2.

2 impune *Inst.*, pune *C* || 4 patronum *Inst.*, patrum *C* || intestatus *Inst.*, intestatis *C* || 5 relicto *Inst.*, licto *C* || 6 suum *Inst.*, sum *C* || reliquerat *C*, reliquisset *Inst.* || 7 iuris *C*, ius *Inst.* || 8 esse *C*^{u}, *om. Inst.* || 10 sua *C*, ⟨suus uel⟩ sua *Huschke* || esset *Inst.*, esse *C* || iuri^{i}s *(sic) C* || 11 iuriis *C* || 12 emendata *Inst.*, emandata *C (conf. C*^{a} *pag. 276)* || 13 suo *C*, *om. Inst.* || 14 relinquat *Goeschen*, relinquatur *C*, *conf. C*^{a} *pag. 306* || 14—15 quam partem dimidiam *C*, partis dimidiae *Inst.* || 17 adoptiuo filio *C*, filio adoptiuo *Inst.* || uel *addidit Goeschen, om. C (conf. C*^{a} *pag. 309 uers. 16)* || 18 esset *C*^{u}, *delet Polenaar* || nuru *Goeschen*, nurus *C* || 19 datur *Goeschen*, dat *C*, *conf. C*^{a} *pag. 306* || aduersus *C*, contra *Inst.* || 23 aliqua ex *C*, ex aliqua *Inst.* || 24 *suppleuit Goeschen ad Inst.* || testamenti *C*, *om. Inst.* || 25 exheredatii *C* || 26 aucta *C*, adaucta *Inst.* || 28 ea lege *C*, *om. Inst.*

sestertiorum *centum* mili*um plurisue* patrimonium rel*iquer*it, et pauciores quam tres liberos habebit, siue is testamento facto siue intestato mort*u*us erit, uirilis pars patrono debeatur. itaque cum unum filium unamue filiam heredem rel*i*querit libertus, proinde pars dimidia patrono debetur, ac si sine ullo filio filiaue moreretur; cum uero duos duasue heredes reliquerit, tertia pars debet*ur*; si tres reli*n*quat, repellitur patronus.

43 In bonis libertinarum nullam iniuriam antiquo iure patiebantur patroni. cum enim hae in pat*ro*norum legitima tutela essent, non aliter scilicet testamentum facere poterant quam patrono auctore. itaque siue auctor ad testamentum faciendum ‖ factus *erat* ———————————— pg.137
———————— | relic*t*————————————
———————— *fa*|ctus erat, *seque*batur hereditas; si uero auctor | ei fac*tu*s non erat, et intestata liberta moriebat*ur*, | ad ————————————
—*per*|tinebat. nec enim ullus *olim*————————————|
posse*t* patronum a bonis lib*ertae* ———————— *re*|pel-
44 lere. Sed postea lex Papia cum quattuor liberorum iure libertinas tutela patronorum liberaret et eo modo concederet eis etiam sine tu|toris auctoritate *condere testamentum*, *prospexit*, | ut pro numero liberor*um quos li-*

---

1 sestertiorum *Inst.*, sestertiorum $\overline{\text{IIS}}$? *C (ceterum conf. C^a pag. 282 uers. 5 et pag. 303); an* sestertium *scribendum? ipsum Gaium per scripturae compendium* HS *scripsisse ueri est simillimum* ‖ 1 *suppleuit Huschke ad Inst., a quibus* plurisue *abest; sed conf. C^a* ‖ millium *Inst.*, militis? *C, conf. C^a pag. 278 inf.* ‖ 3 erit *C, expectes* fuerit ‖ 4 unamue filiam *C*, filiamue *Inst.* ‖ 5 proinde *C (conf. C^{as})*, perinde *Inst., conf. C^a pag. 286* ‖ 6 si *C? (conf. C^{as})*, si is *Inst.* ‖ moreretur *C*, testatus decessisset *Inst. codd. aliquot, alii codd. Inst.* intestatus decessisset ‖ uero *C, om. Inst.* ‖ 7 debetur *Goeschen*, debet *C, conf. C^a pag. 306* ‖ si *C*, patrono; si *Inst.* ‖ reliquat *C* ‖ 13—15 *lacunas sic ad sententiam exempli gratia suppleri posse censent fere Krueger (conf. Kritische Versuche pag. 132 seq.) et Huschke (in editione quarta):* **itaque siue auctor ad testamentum faciendum** | **factus** erat, aut sibi inputare debebat, quod heres ab ea | **relictus** non erat, aut ipsum ex testamento, si heres fa|**ctus erat, sequebatur hereditas** ‖ 16—20 *conf. C^{as}* ‖ 17 *proximum post* ad *locum apparet aut* patronum *occupasse aut pronomen, quo hic significaretur* ‖ 19 posset *Lachmann*, possit *C* ‖ 18—20 *hanc fere sententiam (si codicis C spatia neglegere licet, conf. C^{as}) expressisse uidetur Gaius:* **nec enim ullus olim** ab intestato heres uel bonorum possessor erat, qui **posset patronum a bonis** libertae inuitum **repellere** ‖ 23 prospexit *e. g. suppleuit Goeschen.*

berta mortis tempo|re habuerit, uirilis pars patrono debeatur.
er|go ex bonis eius quae ———————————| libe-
ros reli———————————————————|a pos-
sid——————————————————| *hereditas*
ad patronum pertinet.
45 Quae diximus de patrono, eadem intellegemus et de
filio patroni; item de ne*p*ote *e*x filio ⟨*et de*⟩ pronepo*te ex*
46 *nepote fil*io nato pro*gn*ato. Filia uero patroni et *neptis* ex
filio et pronep*tis ex* nepote filio nato progna*ta* ol*im* quid*em*
eo *iure quod l*ege XII tabularum | patrono datum est, ——
———————————— sex*us* | patronorum libero*s* ———
———————————— testa‖menti liberti ⟨*aut*⟩ ab inte- pg. 138
stato contra filium adoptiuum uel uxorem nurumue quae
in manu fuerit, bonorum possessionem petat, trium libe-
rorum iure lege Papia consequitur; aliter hoc ius non ha-
47 bet. Se*d* ut ex bonis libert*ae* testat*ae* quattuor liberos
habentis uirilis pars ei debeatur, ne liberorum quidem
iure consequitur, ut quidam putant. se*d* tamen intestata
liberta mortua uerba legis Papiae faciunt, ut ei uirilis pars
debeatur. si uero testamento facto mortua sit liberta, tale
ius ei datur, quale datum est contra tabulas testamenti
liberti, id est quale et uirili*s* sexus patronoru*m* liberi con-
tra tabulas testamenti liberti habent; quamuis parum dili-
48 genter ea pars legis scripta sit. Ex *h*is apparet e*x*traneos
heredes patronorum longe remot*os esse* ab om*n*i eo iure,
quod uel in *in*testatorum bonis uel *contr*a tabulas testa-
menti patrono co*n*petit.
49 Patronae olim ante legem Papiam hoc solum ius habe-
bant in bonis libertorum, quod etiam patronis *e*x lege XII

1—4 *conf.* C^as^ ‖ 2 *quoniam* ergo *nunc in C lectum est, apparet supplementa ad uersus* 2—4 *redintegrandos olim excogitata iam non ferri posse; Krueger partem lacunarum e. g. hoc modo expleri posse censet:* **ergo ex bonis eius quae** omne*s* quatt*u*or **incolumes** (incolu(m)is? *C*) | **liberos relin***qu*erit [*pro* reliquerit], *quinta* pars patrono debetur; quodsi omnibus liberis superstes fuerit, tota [*conf. tamen* C^as^] | **hereditas ad patronum pertinet.** ‖ 2 *post* quae *leguntur in C aut* omnia *aut* omilia *litterae; eae quae praeterea passim dispici poterant litterarum reliquiae admodum incertae sunt* ‖ 7 *(in fine)* ex *Huschke*, or? *C, conf.* C^a^ ‖ 9—12 *sic fere ad sententiam supplet Krueger (conf. tamen* C^a^*)*: **ol***im* **quidem** eo iure (utebantur), quod **lege XII tabularum** | **patrono datum est,** praetor autem non nisi uirilis **sexus** | **patronorum liberos** uocat; filia uero ut contra tabulas **testa**|**menti** etc. ‖ 12 aut *addidit Huschke, om. C (conf.* C^a^ *pag. 256 uers. 10)* ‖ 19 liberta *ex* libertua *correctum C* ‖ 21 *post* quale *expectes* (edicto) (*uel* (patrono)) datum est etc. ‖ 22 uirilis] uirili *C* ‖ 25 remotos *Huschke*, remotus? *C.*

tabularum datum est. nec enim ut contra tabulas te*sta*-
menti ingrati liberti uel ab intestato contra filium adopti-
uum uel uxorem nurumue bonorum possessionem partis
dimidiae peterent, praetor similiter ut de patrono liberis-
50 que eius curabat. Sed lex Papia duobus liberis honora*tae*
ingenuae patronae, || libertinae tribus, eadem fere iura de- pg.139
dit qu*ae* ex edicto praetoris patroni habent; trium uero
liberorum iur*e* honoratae ingenuae patronae ea iura dedit,
qu*ae* per eandem legem patrono data sunt; libertinae au-
51 tem patronae non idem iuris praestitit. Quod autem ad
libertinarum bona pertinet, siquidem intestatae decesserint,
nihil no*ui* patronae liberis honoratae lex Papia pr*ae*stat.
itaque si neque ipsa patrona neque liberta *capite* demi-
nuta sit, ex lege XII tabularum ad eam hereditas pertinet
et excluduntur libertae liberi; quod iuris est etiam si li-
beris honorata non sit patrona; numquam enim, sicut su-
pra diximus, feminae suum heredem habere possunt. si
uero uel huius uel illius capitis deminutio interueniat, rur-
sus liberi libertae excludunt patronam, quia legitimo iure
capitis d*eminutione* *p*erempto euenit, ut liberi libertae co-
52 gnationis iure potiores habeant*ur*. Cum autem testamento
facto moritur liberta, ea quidem patrona quae liberis *ho*-
norata non est, nihil iuris habet contra liber*tae* testamen-
tum; e*i* uero quae liberis honorata sit, hoc ius tribuitur
per legem Papiam, quod habet ex edicto patronus contra
tabulas li*b*erti.

53 |Eadem lex patronae filio liberis honorato ——| patroni
iura dedit; sed in huius persona etiam unius || fil*i*i filiaeue pg.140
ius sufficit.

54 Hactenus omnia iura quasi per indicem tetigisse satis
est; alioquin diligentior interpretatio propriis commentariis
exposita est.

55 Sequitur ut de bonis Latinorum libertinorum dispicia-

---

§ 51 *supra*] § 48, conf. supplementa illius paragraphi.

---

13 capite deminuta] *conf. C*ᵃ *pag. 275 uers. 4* || 20 capitis deminutione] *conf. C*ᵃ *pag. 274 inf.* || perempto *Goeschen*, ierempto *C*, interempto *Boecking (conf. C*ᵃ *pag. 272)* || 24 ei *Goeschen*, ea *C* || 27 honorato—] honoratocre? *C*, honorato fere *Krueger (Krit. Versuche pag. 127)*, honorato ciui Romano *Mommsen (conf. C*ᵃ *pag. 261)* || 27 *(in fine)* patronae *Goudsmit* || 30 omnia *C*, *expectes e. g.* haec omnia || indicem *ex* indiecem *correctum C* || 33 libertinorum *ut glossema delet Polenaar*.

56 mus. Quae pars iuris ut manifestior fiat, admonendi su-
mus, id quod alio loco diximus, eos qui nunc Latini Iu-
niani dicuntur, olim ex iure Quiritium seruos fuisse, sed
auxilio praetoris in li*b*ertatis form*a* seruari solitos; unde
etiam res eorum pecul*i*i iure ad patronos pertinere solita
est; postea uero per legem Iuniam eos omnes quos praetor
in libertat*e* tuebatur, liberos esse coepisse et appellatos
esse Latinos Iunianos: Latinos ideo, quia lex eos liberos
perinde esse uoluit atque [si essent ciues Romani ingenui]
qui ex urbe Roma in Latinas colonias deducti Latini colo-
niar*i*i esse coeperunt; Iunianos ideo, quia per legem Iu-
niam liberi facti sunt[, etiamsi non essent ciues Romani].
legis itaque Iuniae lator cum intellegeret futurum ut ea
fictione res Latinorum defunctorum ad patronos pertinere
desinerent, quia *scilicet* neque ut serui decederent, ut pos-
sent iure pecul*i*i res eorum ad patronos pertinere, neque
liberti Latini hominis bon*a* possent manumissionis iure ad pg.141
patronos pertinere, necessarium existimauit, ne beneficium
istis datum in iniuriam patronorum conuerteretur, cauere
[uoluit], ut bona eorum proinde ad manumissores pertine-
rent, ac si lex lata non esset; itaque iure quodammodo
pecul*i*i bona Latinorum ad manumissores ea lege pertinent.
57 *V*nde accidit ut longe differant ea iura qu*a*e in bonis La-
tinorum ex lege Iunia constituta sunt, ab his qu*a*e in he-
58 reditat*e* ciuium Romanorum libertorum obseruantur. Nam
ciuis Romani liberti hereditas ad extraneos heredes patroni
nullo modo pertinet; ad filium autem patroni nepotesque
ex filio et pronepotes ex nepote ⟨*filio nato*⟩ prognatos omni
modo pertinet, etiamsi ⟨*a*⟩ parente fuerint ex*h*eredati. La-
tinorum autem bona tamquam peculia seruorum etiam ad
extraneos heredes pertinent, et ad liberos manu*missoris*
59 exheredatos non pertinent. Item *ciuis* R*omani* l*ibe*r*ti* here-

§ 56 *alio loco*] 1 § 22.

4 formam *C* ‖ 7 libertatem *C*ⁿ ‖ 9 perinde *C*ⁿ, *conf. tamen C*ᵃ *pag.* 286 ‖ si — ingenui *et* 12 etiamsi — Romani *ex glossematis nata esse coniecit Mommsen* ‖ 15 *conf. C*ᵃˢ ‖ 17 liberti *ex glossemate natum esse suspicatur Krueger* ‖ bona *Goeschen*, b̄p (*i. e.* bonorum possessio) *C*ⁿ, *conf. C*ᵃ *pag.* 258 ‖ 20 uoluit *ut glossema deleuit Lachmann* ‖ 23 unde *Goeschen*, inide *magis quam* unde *in C uisum est extare* ‖ 24—25 hereditatem *C*ⁿ ‖ 28 ⟨ ⟩ *addidit Lachmann* ‖ 29 a *addidit Goeschen* ‖ 31 manumissoris *Goeschen*, mn *C*, *conf. C*ᵃ *pag.* 279 ‖ 32 ciuis Romani liberti *Goeschen*, scrib· *C*, *conf. C*ᵃ *pag.* 262.

ditas ad duos pluresue patronos aequaliter pertinet, licet
dispar in eo seruo dominium habuerint; bona *u*ero Lati-
norum pro ea parte pertinent, pro qua parte quisque eo-
60 rum dominus fueri*t*. Item in hereditate ciuis Romani li-
berti patronus alterius patroni filium excludi*t*, et filius
patroni alterius patroni nepotem repellit; bona autem La||-
tinorum [et ad ipsum patronum] et *ad* *a*lterius patroni pg.142
heredem simul pertinent, pro qua parte ad ipsum manu-
61 missorem pertinerent. Item si unius patroni tres forte li-
beri sunt et alterius unus, hereditas ciuis Romani liberti
in capita diuiditur, id est tres fratres tres portiones ferunt
et unus quarta*m*; bona uero Latinorum pro ea parte ad
successores pertinent, pro qua parte ad ipsum manumis-
62 sorem pertinerent. Item si alter ex *h*is patronis suam par-
tem in hereditat*e* ciuis Romani liberti spernat, uel ante
moriatur quam cernat, tota hereditas ad alterum pertinet;
bona autem Latini pro parte de*ficie*ntis patroni caduca fiunt
et ad populum pertinent.
63 ·Postea Lupo et Largo consulibus senatus censuit, ut
bona Latinorum primum ad eum pertinerent qui eos liber-
asset; deinde ad liberos eorum non nominatim ex*h*ere-
datos, uti quisque proximus esset; tunc antiquo iure ad
64 heredes eorum qui liberassent, pertinerent. Qu*o* senatus-
consulto quidam ⟨*id*⟩ actum esse putant, ut in bonis La-
tinorum eodem iure utamur, quo utimur in hereditate
ciuium Romanorum libertinorum. *id*que maxime Pegaso
placuit. quae sententia aperte falsa est. nam ciuis Romani
liberti hereditas numquam ad extraneos patroni heredes ||
pertinet, bona autem Latinorum [etiam] ex hoc ipso sena- pg.143
tusconsulto non obstantibus liberis manumissoris etiam ad
extraneos heredes pertine*n*t. item in hereditat*e* ciuis Ro-
mani liberti li*b*eris manumissoris nulla exheredatio nocet,
in bonis Latinorum nocere nominatim factam exheredatio-
64a nem ipso senatusconsulto significatur. uerius est ergo hoc
solum eo senatusconsulto actum esse, ut manumissoris li-

4 fuerit *Goeschen*, fueri *C*, *conf.* *C*a *pag. XXXII inf.* || 5 excludit *Goeschen*, excluditur *C*, *conf.* *C*a *pag. 306* || 7 *uerba* et ad ipsum patronum *ex glossemate nata esse coniecit Mommsen* || ad alterius *Goeschen*, adlterius *(expuncta fortasse* d *littera)* *C* || 12 quarta *C* || 15 hereditatem *C* || 17 deficientis *Goeschen*, decedentis *C* || 23 quo *Goeschen*, quod *C*, *conf.* *C*a *pag. 293 inf.* || 24 id *addidit Goeschen* || 26 ciuium] *conf.* *C*a *pag. 310 uers. 15* || idque *Goeschen*, idemque *C*, *conf.* *C*a *pag. 262* || 31 pertinent *Goeschen*, pertinet *C*n || hereditatem *C*n.

beri qui nominatim exheredati non sint, praeferantur ex-
65 traneis heredibus. Itaque emancipatus filius patroni prae-
teritus quamuis contra tabulas testamenti parenti*s* sui bo-
norum possessionem non petierit, tam*en* extraneis heredibus
66 in bonis Latinorum poti*or* habetur. Item filia ceterique sui
heredes licet iure ciuili inter ceteros exheredati sint et ab
omni hereditate patris sui summo*u*eantur, tamen in bonis
Latinorum, nisi nominatim a parente fuerint exhere*d*ati,
67 potiores erunt extraneis heredibus. Item ad liberos qui ab
hereditate parentis se abstinuerunt, n*ih*ilo m*inus* *b*ona Lati-
norum pertinent; *nam hi quoque* exheredati nullo modo dici
possunt, non magis quam qui testamento silentio praeteriti
68 sunt. Ex *h*is omnibus satis illu*d* apparet, si is qui Latinu*m*
fecerit, ——————————————————
—————————————————————— pg.144
———sse; hunc enim solum ——————————
——————in bonis Latino*rum* ——————
(4 uersus in C legi nequeunt) ——————| qu*a*eritur, an exheredes
——————————|—————— *(5 uersus in C legi nequeunt)* ——| et libe——————
——————————|——————————
——————————|—— constat ——————
——————————|————————bona Latino-
rum ——————————|———— est ut ——————
——————————|——————————
——————————|——————————
——————————|———— ab alteri ————
69 ——————————| Item illu*d* quoque constare
uidetur, si solos liberos ex | disparibus partibus patron*us*
——————————|——————————
——————————||tant, ad eos pertinere, quia nullo pg.145
interueniente extraneo herede senatusconsulto locus non

3 parentis *Goeschen*, parenti *C* || 4 tamen *Goeschen*, tam *C*, *conf.* *C*ᵃ *pag. 277 uers. 11 et pag. 308 uers. 6* || 5 potior *Goeschen*, potiquia *C*ⁿ, *conf. C*ᵃ *pag. 293 uers. 16* || 8 exheredati *Goeschen*, exhereditati *C* || 10 nihilo minus *Lachmanni supplementum incertum est*, *conf. C*ᵃ || 11 nam hi quoque] ahtateq̄? *C teste Bluhmio, conf. C*ᵃ || 30—32 *lacunam post* patronus *e. g. hoc modo explere possis:* heredes instituerit, ex isdem partibus bona Latini, si patri heredes exis|**tant, ad eos pertinere** etc.

70 est. *Sed* si cum liberis suis etiam extraneum heredem patronus reliquerit, *Ca*elius Sabinus ait tota bona pro uirilibus partibus ad liberos defuncti pertinere, quia cum extrane*u*s heres interuenit, non habet lex Iunia locum, sed senatusconsultum. Iauolenus autem ait tantum eam partem ex senatusconsulto liberos patroni pro uirilibus partibus habituros esse, quam extranei heredes ante senatusconsultum lege Iunia habituri essent, reliquas uero partes pro

71 heredita*ri*is partibus ad eos pertinere. Item qu*a*eritur an hoc senatusconsultum ad eos patroni liberos pertineat, qui ex filia nept*e*ue procreantur, id est ut nepos meus ex filia potior sit in bonis Latini mei quam extraneus heres. item ⟨*an*⟩ ad maternos Latinos hoc senatusconsultum pertineat qu*a*eritur, id est ut in bonis Latini materni potior sit patronae filius quam heres extraneus matris. Cassio placuit utroque casu locum esse senatusconsulto. sed huius sententiam plerique inprobant, quia senatus de his liberis [patronarum] nihil sentiat, qui aliam familiam sequerentur. idque ex eo a*p*paret quod nominatim exheredatos summo*uet*; nam uidetur de his sentire qui ex*h*eredari a parente solent, si heredes non instituantur; neque autem matri filium filiamue, neque auo || materno n*e*potem neptemue, pg.146 si eum eamue heredem non instituat, ex*h*eredare necesse est, siue de iure ciuili qu*a*eramus, siue de *e*dicto praetoris, quo praeteritis liberis contra tabulas testamenti bonorum possessio promittitur.

72 Aliquando tamen ciuis Romanus li*b*ertus tamquam Latinus moritur, uelut si Latinus saluo iure patroni ab imperatore ius Quiritium consecutus fuerit. nam, ut diuus Tr*a*ianus constituit, si Latinus inuito uel ignorante patrono ius Quiritium ab imperatore consecutus sit, [quibus casibus] dum uiuit iste libertus, ceteris ciuibus Romanis libertis similis est et iustos liberos procreat, moritur autem Latini iure, nec ei liberi eius hered*e*s esse possunt; et in

1 set *Goeschen*, ei *C* || 2 Caelius *Goeschen*, s|elius? *C* || 4 extraneus *Goeschen*, extraneos *C* || heres *Goeschen*, heres|des' *(sic) C, conf. Cª pag. XXX not. f)* || 13 an *addidit Goeschen* || 18 patronarum *C; ex falso glossemate natum uidetur esse* || 19 summouet *Goeschen*, summobeat *C; seruato* summoueat *coniunctiuo possis cum Polenaario supra uers.* 19 *corrigere* apparer*e* || 22 nepotem *Goeschen*, npotem *C* || 24 edicto *Goeschen*, exedicto *C* || 30 Traianus *Goeschen*, troianus *C* || 31 *uerba* quibus casibus *deleuit Mommsen* || 34 heredes esse *Goeschen*, heredesse *C*.

hoc tantum habet testamenti factionem, *ut* patronum heredem instituat eique, si heres esse noluerit, alium substi-
73 tuere possit. Et quia hac constitutione uidebatur effectum, ut ne umquam isti homines tamquam ciues Romani morerentur, quamuis eo iure postea *usi* essent, quo uel ex lege *Aelia* Sentia uel ex senatusconsulto ciues Romani essent, diuus Hadrianus iniquitate rei motus auctor fuit senatusconsulti *f*aci*e*ndi, ut qui ignorante uel recusante patrono ab imperatore ius Quiritium consecuti essent, si eo iure postea usi essent, quo ex lege Aelia Sentia uel ex senatusconsulto, si Latini ma*nsi*ssent, ciuitatem Romanam consequerentur, proinde ipsi haberentur ac si lege Aelia Sentia uel senatusconsulto ad ciuitatem Romanam peruenissent. ||
74 Eorum autem quos lex Aelia Sentia dediticiorum nu- pg. 147
mero facit, bona modo quasi *ciuium Romanorum* lib*er*torum,
75 modo quasi Latinorum ad patronos pertinent. Nam eorum bona qui, s*i* in aliquo uitio non essent, manumissi ciues Romani futur*i* essent, quasi ciuium Romanorum patronis eadem lege tribuuntur. non tamen *h*i habent etiam testamenti factionem; nam id plerisque placuit, nec inmerito: nam incredibile *u*idebatur pessim*ae* condicionis hominibus uoluisse legis latorem testamenti faci*e*ndi ius concedere.
76 Eorum uero bona qui, si non in aliquo uitio essent, manumissi futuri Latini essent, proinde trib*u*untur patronis, ac si Latin*i* decessissent. nec me pr*a*eterit non satis in ea re legis *l*atorem uoluntatem suam uerbis expre*ssi*sse.
77 Videamus autem et d*e* ea successione qu*ae* nobis ex
78 emptione bonorum co*n*petit. Bona autem ueneunt aut uiuorum aut mortuorum: uiuorum ueluti eorum qui fraudationis causa latitant nec absentes defenduntur; item eorum qui ex lege Iulia *b*onis cedunt; item iudicatorum post tempus quod e*i*s parti*m* lege XII tabularum partim edicto praetoris ad expediendam pecuniam tribuitur. mortuorum bona

1 ut] aut *C* || 2 eique *Goeschen*, eiqui *C, conf.* C^a *pag. 290* || 5 usi *Goeschen*, utsi *C* || 6 Aelia Sentia *Goeschen*, $\overline{x}$ $\overline{s}$ *C, conf.* C^a *pag. 257* || 8 faciundi *Goeschen*, paciundi *C* || 11 mansissent *Goeschen*, manumissi essent *C* (*conf.* C^a *pag. 279*) || 15 ciuium Romanorum *Goeschen*, $\overline{sc}$ *C, conf.* C^a *pag. 262* || libertorum *Goeschen*, libustorum *C, conf.* C^a *pag. 258 et pag. 276* || 17 si in *Goeschen*, sin *C* || 18 futuri *Goeschen*, futuris *C* || 19 hi *Goeschen*, ui? *C, conf.* C^a || 24 futuri latini *C*, latini futuri *Polenaar probabiliter* || 25 Latini *Goeschen*, latinis *C* || 26 legis latorem *Goeschen*, legislegatorem *C* || expressisse *Goeschen*, expresse C^n || 27 de ea *Goeschen*, dea *C* || 28 bonorum *Goeschen*, bonarum *C* || 32 eis partim *Goeschen*, eius parti *C*.

*u*eneunt ueluti eorum quibus certum est neque heredes neque bonorum possessores neque ullum alium || iustum pg.148
79 successorem existere. Siquidem uiui bona ueneant, iu*b*et ea praetor per dies continuos xxx poss*i*deri *e*t proscribi; si uero mortui, p*er* dies xv. postea iubet conuenire creditores et ex eo numero magistrum creari, id est eum per quem bona ueneant. itaque si *u*iui bona ueneant, in diebus ⟨*x bonorum*⟩ u*enditionem* fieri iubet, si mortui, in dimidio. *die*bus ita*que* uiui bona xxxx, mortui *u*ero xx emptori addici iubet. quare autem tardius uiuentium bonorum uenditionem co*n*pler*i* iubet, illa ratio est, quia de uiuis curandum erat, ne facile bonorum uenditiones paterentur.
80 Neque autem bonorum possess*orum* neque *b*onorum *emptorum res* pleno iure fiunt, sed in bonis efficiunt*ur*; *ex iure* Quiritium autem ita demum adquiruntur, si us*u*ceper*u*nt. interdum quidem bonorum emptoribus n*e* *u*|sus quidem capio contingit, ueluti si ——————| bonorum emptor ——————————————|———
——————————————————|———
81 ——— Item quae de*bita sunt* ——————| aut ipse debuit, neque bonorum possessor ne*que* | bon*o*rum emptor

3 et *ante* siquidem *addit Polenaar* || uiui *ex* uiuo *correctum C* || 4 possideri et *Goeschen*, possederit *C* || 5 per *Goeschen*, post *C*, *conf.* C^a *pag. 284* || iubet *Goeschen*, iubent *C*, *conf.* C^a *pag. 265* || 7—10 *conf. Krueger Kritische Versuche pag. 137* || 8 ⟨ ⟩ *addidit Krueger l. l.* || uenditionem] ū *C*, *conf.* C^a *pag. 309 uers. 25* || 7—8 *Mommsen ab alia sententia progressus mauult* idque, si *u*iui bona ueneant, in diebus x fieri iubet, etc. || 8—9 dimidio] *expectari* diebus v *adnotauit Krueger l. l.* || 9 xxxx] xxx *C* || 10 uiuentiuśm *(sic) C* || 11 compleri *Lachmann*, complere *C* || 13 bonorum possessorum *Goeschen*, bonorum possessio *C*, *conf.* C^a *pag. 259* || 13—14 bonorum emptorum res *Goeschen*, uerii? *C*, *conf.* C^a *pag. 258 et pag. 298 inf.* || 15—16 usuceperunt *Lachmann*, ususceperiunt? *C (conf.* C^a*)*, usucapiuntur *Goeschen* || 16—17 *expectes* ne usucapio quidem contingit, *conf. tamen 2 § 60* || 17—20 *Huschke sententiam sic suppleri posse opinatur:* **uelut(i) si pere*grinus* *sit* bonorum emptor,** nec **senatusconsultum** concesserit eius ciuitati ius quo *quae* ciuibus *eius* populi *a* ciu*i*bus Romanis alienan*tur* **usucapere** *pos***sunt.** *(conf. quae Huschke in editione quarta ad hunc locum adnotauit). Aliter Krueger l. l. pag. 138 seq., cui Gaius egisse uidetur de usucapione quae non contigit, si per eos bona uenierunt, quibus nihil debitum erat, uel de bonorum uenditione aliam ob causam irrita facta (conf. e. g. Dig. 42, 4, 7, 3 et 42, 5, 30)* || 20 *seq. Lachmann ita suppleuit:* Item quae debita sunt ei cuius fuerunt bona, aut ipse etc. || 21 bonorum (*ante* emptor) *Goeschen*, bonum *C*, *conf.* C^a *pag. 258 uers. 19* || 21—120, 1 *non male Huschke talia temptauit:* **neque bonorum possessori** ne*que* **bon*o*rum emptor*i* ipso iure debe*n*tur** aut ipsi debent|,

hoc tantum habet testamenti factionem, *ut* patronum here-
dem instituat eiqu*e*, si heres esse noluerit, alium substi-
73 tuere possit. Et quia hac constitutione uidebatur effectum,
ut ne umquam isti homines tamquam ciues Romani more-
rentur, quamuis eo iure postea *usi* essent, quo uel ex lege
Aelia Sentia uel ex senatusconsulto ciues Romani essent,
diuus Hadrianus iniquitate rei motus auctor fuit senatus-
consulti *f*aci*e*ndi, ut qui ignorante uel recusante patrono
ab imperatore ius Quiritium consecuti essent, si eo iure
postea usi essent, quo ex lege Aelia Sentia uel ex senatus-
consulto, si Latini ma*nsi*ssent, ciuitatem Romanam conse-
querentur, proinde ipsi haberentur ac si lege Aelia Sentia
uel senatusconsulto ad ciuitatem Romanam peruenissent. ||
74 Eorum autem quos lex Aelia Sentia dediticiorum nu- pg. 147
mero facit, bona modo quasi *ciuium Romanorum* lib*er*torum,
75 modo quasi Latinorum ad patronos pertinent. Nam eorum
bona qui, s*i* in aliquo uitio non essent, manumissi ciues
Romani futur*i* essent, quasi ciuium Romanorum patronis
eadem lege tribuuntur. non tamen *h*i habent etiam testa-
menti factionem; nam id plerisque placuit, nec inmerito:
nam incredibile *u*idebatur pessim*ae* condicionis hominibus
uoluisse legis latorem testamenti faci*e*ndi ius concedere.
76 Eorum uero bona qui, si non in aliquo uitio essent, ma-
numissi futuri Latini essent, proinde trib*u*untur patronis,
ac si Latin*i* decessissent. nec me pr*ae*terit non satis in ea
re legis *l*atorem uoluntatem suam uerbis expre*ssi*sse.
77 Videamus autem et d*e* ea successione qu*ae* nobis ex
78 emptione bon*o*rum co*n*petit. Bona autem ueneunt aut ui-
uorum aut mortuorum: uiuorum ueluti eorum qui frauda-
tionis causa latitant nec absentes defenduntur; item eorum
qui ex lege Iulia *b*onis cedunt; item iudicatorum post tem-
pus quod e*i*s parti*m* lege XII tabularum partim edicto prae-
toris ad expediendam pec*u*niam tribuitur. mortuorum bona

1 ut] aut *C* || 2 eique *Goeschen*, eiqui *C*, *conf.* C^a *pag. 290* || 5 usi *Goeschen*, utsi *C* || 6 Aelia Sentia *Goeschen*, x̄ s̄ *C*, *conf.* C^a *pag. 257* || 8 faciundi *Goeschen*, paciundi *C* || 11 mansissent *Goeschen*, manumissi essent *C* (*conf.* C^a *pag. 279*) || 15 ciuium Romanorum *Goeschen*, s̄c̄ *C*, *conf.* C^a *pag. 262* || libertorum *Goeschen*, libustorum *C*, *conf.* C^a *pag. 258 et pag. 276* || 17 si in *Goeschen*, sin *C* || 18 futuri *Goeschen*, futuris *C* || 19 hi *Goeschen*, ui? *C*, *conf.* C^a || 24 futuri latini *C*, latini futuri *Polenaar probabiliter* || 25 Latini *Goeschen*, latinis *C* || 26 legis latorem *Goeschen*, legislegatorem *C* || expressisse *Goeschen*, expresse C^n || 27 de ea *Goeschen*, dea *C* || 28 bonorum *Goeschen*, bonarum *C* || 32 eis partim *Goeschen*, eius parti *C*.

*u*eneunt ueluti eorum quibus certum est neque heredes
neque bonorum possessores neque ullum alium || iustum pg.148
79 successorem existere. Siquidem uiui bona ueneant, iu*b*et
ea praetor per dies continuos $\overline{xxx}$ poss*i*deri *e*t proscribi;
si uero mortui, p*er* dies $\overline{xv}$. postea iub*e*t conuenire creditores et ex eo numero magistrum creari, id est eum per
quem bona ueneant. itaque si *u*iui bona ueneant, in diebus ⟨*$\overline{x}$ bonorum*⟩ u*enditionem* fieri iubet, si mortui, in dimidio. *die*bus ita*que* uiui bona $\overline{xxxx}$, mortui *u*ero $\overline{xx}$ emptori addici iubet. quare autem tardius uiuentium bonorum
uenditionem co*n*pler*i* iubet, illa ratio est, quia de uiuis
curandum erat, ne facile bonorum uenditiones paterentur.
80 Neque autem bonorum possess*orum* neque *b*onorum
emptorum res pleno iure fiunt, sed in bonis efficiunt*ur*;
ex iure Quiritium autem ita demum adquiruntur, si us*u*ceper*u*nt. interdum quidem bonorum emptoribus n*e* *u*|sus
quidem capio contingit, ueluti si ——————| bonorum emptor ————————————————|———
——————————————————————|———
81 ——— Item quae de*bita sunt* ——————| aut ipse
debuit, neque bonorum possessor ne*que* | bon*o*rum emptor

3 et *ante* siquidem *addit Polenaar* || uiui *ex* uiuo *correctum C* || 4 possideri et *Goeschen*, possederit *C* || 5 per *Goeschen*, post *C*, *conf.* *C*[a] *pag. 284* || iubet *Goeschen*, iubent *C*, *conf.* *C*[a] *pag. 265* || 7—10 *conf.* *Krueger Kritische Versuche pag. 137* || 8 ⟨ ⟩ *addidit Krueger l. l.* || uenditionem] ū *C*, *conf.* *C*[a] *pag. 309 uers. 25* || 7—8 *Mommsen ab alia sententia progressus mauult* idque, si *u*iui bona ueneant, in diebus $\overline{x}$ fieri iubet, etc. || 8—9 dimidio] *expectari* diebus $\overline{v}$ *adnotauit Krueger l. l.* || 9 $\overline{xxxx}$] $\overline{xxx}$ *C* || 10 uıuentıuśm *(sic)* *C* || 11 compleri *Lachmann*, complere *C* || 13 bonorum possessorum *Goeschen*, bonorum possessio *C*, *conf.* *C*[a] *pag. 259* || 13—14 bonorum emptorum res *Goeschen*, uerii? *C*, *conf.* *C*[a] *pag. 258 et pag. 298 inf.* || 15—16 usuceperunt *Lachmann*, ususceperiunt? *C* *(conf.* *C*[a]*)*, usucapiuntur *Goeschen* || 16—17 *expectes* ne usucapio quidem contingit, *conf. tamen 2 § 60* || 17—20 *Huschke sententiam sic suppleri posse opinatur:* **uelut(i) si pere*grinus* *sit* bonorum emptor,** nec **senatusconsultum con**cesserit eius ciuitati ius **qu***o* *quae* **ci**ui**bus** *eius* **p**o*puli* *a* *ciui*bus Romanis alienan*tur* **usu***capere* *po*ss**unt.** *(conf. quae Huschke in editione quarta ad hunc locum adnotauit). Aliter Krueger l. l. pag. 138 seq., cui Gaius egisse uidetur de usucapione quae non contigit, si per eos bona uenierunt, quibus nihil debitum erat, uel de bonorum uenditione aliam ob causam irrita facta (conf. e. g. Dig. 42, 4, 7, 3 et 42, 5, 30)* || 20 *seq. Lachmann ita suppleuit:* Item quae debita sunt ei cuius fuerunt bona, aut ipse etc. || 21 bonorum (*ante* emptor) *Goeschen*, bonum *C*, *conf.* *C*[a] *pag. 258 uers. 19* || 21—120, 1 *non male Huschke talia temptauit:* **neque bonorum possessor*i* ne*que* bon*o*rum emptor*i* ipso iure deb*e*ntur** aut ipsi **debent**|,

ipso iure debe*t aut ipsis debentur*, |— de omnibus rebus
——————————|—————— *in* sequen-
ti commentario pro|ponemus. ||
82 Sunt autem etiam alterius generis successiones qu*ae* pg. 149
neque lege XII tabularum neque praetoris edicto, sed eo
83 iure ⟨*quod*⟩ con*s*en*s*u receptum est, introductae sunt. Et-
eni*m* cum pater familias se in adoptionem de*dit*, mulier*ue*
in manum conuenit, omnes eius res incorporales et corpo-
rales quaeque ei de*b*itae sunt, patri adoptiuo coemptiona-
toriue adquiruntur, exceptis his quae per capitis deminu-
tionem pereunt, quales sunt ususfructus, operarum obligatio
libertinorum quae per iusiurandum contracta est, et *lites*
84 *contestatae* legitimo iudici*o*. Ex diuerso quod *i*s debu*it*,
qui se in adoptionem dedit quaeu*e* in manu*m* conue*nit*,
non transit ad coemptionatorem aut ad patrem adoptiuum,
nisi si hereditarium aes alienum ~~fuerit. tunc enim~~ quia
ipse pater adoptiuus aut coemptionator heres fit, directo
tenetur iure; i*s uero qui* se adoptandum dedit qu*a*eu*e* in
manum conuenit, desinit esse here*s*. de eo uero quod
proprio nomine ea*e* personae debuerint, licet neque pater
adoptiuus teneatur neque coemptionator, *et ne* ipse quidem
qui se *in ad*optionem ded*it quae*ue in manum conuenit,
maneat obligatus obligata*ue*, quia sc*ilicet* per capitis de-

§ 81 *in sequenti commentario*] 4 § 34. 35 || § 82 fere = Inst. 3, 10 pr. || § 83 usque ad 11 *sunt* fere = Inst. 3, 10, 1 || § 84 usque ad 14 *dedit* fere = Inst. 3, 10, 3.

1—2 *Gaium haec fere scripsisse conicit Huschke: et* **ideo de omnibus rebus** u*tili*bus *act*ionibus et experiuntur et conueniuntur, quas i*n (hanc praepositionem om. Huschke)* **sequenti** etc. || 4 etiam *C*, et *Inst.* || 6 quod *Inst.*, *om. C (conf. Ca pag. 294)* || consensu *Inst.*, concessu *C* || eteni(m) *C*, ecce enim *Inst. (fortasse recte)* || 7 se in adoptionem de(dit) *C*, sese in adrogationem dat *Inst.* || mulierue *Boecking*, mulierque *Cn*, *conf. Ca pag. 290 inf.* || 8 eius res *C*, res eius *Inst.* || incorporales et corporales *C*, corporales et incorporales *Inst.* || 9 patri adoptiuo *C*, adrogatori *Inst.* || 12—13 lites contestatae *suppleuit Rudorff in Commentationibus Academiae Berolinensis a. 1865 pag. 340 seqq.*, *quamuis* lis contestata *potius expectes; conf. etiam Cas* || 13 iudicio *Goeschen*, iudiciu? *C* || ex *C*, sed ex *Inst.* || 13—14 *suppletum ex Inst.* || 14 quaeue] quaeque *Cn*, *conf. Ca pag. 290 inf.* || manu *C* || 18 quaeue *Lachmann*, queque *C*, *conf. Ca pag. 290 inf.* || 19 heres] heredes *C*, *conf. Ca pag. 270* || 20 eae *Goeschen*, ea *C* || 21 et ne *paulo probabilius quam* neque *(sic Goeschen) uidetur suppleri posse* || 22 in adoptionem *Goeschen*, ademinoptionem *C* || quaeue] *in C fuerit* que|quae *uel simile aliquid, conf. Ca h. l. et pag. 290 inf.* || 23 obligataue *Goeschen*, obligata *ex* obligatam *correctum C* || scilicet *Goeschen*, scetsi (*i. e.* scilicet si?)? *Cn*, *conf. Ca pag. 302.*

minutionem liberetur, tamen in eum eamue utilis actio
datur rescissa || capitis deminutione; et si aduersus hanc pg.150
actionem non defend*an*tur, quae bona eorum futura fuissent, si se alieno iuri non subiecissent, uniuersa uendere
creditoribus praetor permitti*t*.

85 |*Item si* legitimam h*ereditatem heres*, *antequam cer*|nat
aut pro herede gerat, al*i*i in iure cedat, pleno iure fit ille
heres, cui cessa est hereditas, *proinde ac si ipse per* legem
ad hereditatem uocaretur. quodsi posteaquam heres exti-
terit, cesserit, adhuc heres manet et ob i*d* creditoribus ipse
tenebitur; sed res corporales transferet proinde ac si sin-
gulas in iure cessisset, de*b*ita uero pereunt, eoque modo
86 debitores hereditar*i*i lucrum faciunt. Idem iuris est, si
testamento scriptus heres posteaquam heres extiterit, in
iure cesserit hereditatem; ante aditam uero hereditatem
87 cedendo nihil agit. S*u*us autem et necessarius heres an
aliqui*d* ag*an*t in iure cedendo qu*a*eritur. nostri praecep-
tores nihil eos agere existimant; diuers*ae* sc*h*olae auctores
idem eos agere putant, quod ceteri post adi*t*am heredita-
tem; nihil enim interest, utrum aliquis cernendo aut pro
herede gerendo heres fiat, an iuris necessitate hereditati
adstringatur.

88 ||*Nunc transeamus* ad obligationes. quarum summa di- pg.151
uisio in duas species diducitur: omnis enim obligatio uel
ex contractu nascitur uel ex delicto.
89 Et prius uideamus de his quae ex contractu nascun-
tur. harum autem quattuor genera sunt: aut enim re *con*-
trahitur obligatio aut uerbis aut litteris aut consensu.

§§ 88 et 89 conf. Inst. 3, 13.

3 defendantur *Goeschen*, defendatur *C* || 5 permittit *Goeschen*, permittitur *C*ⁿ, *conf. C*ᵃ *pag. 306* || 6 *minus ad incertos codicis C (in quo rubricatori unus uersus uacuus relictus est) ductus quam ad sententiarum conexum suppletum est* || §§§ 85—87 *Polenaar audaci coniectura eiecit quasi spurias; nam quod hereditatis in iure cessae mentio in 2, 98 fit, id eo probabiliter explicatur, quod Gaius tunc ea quae iam 2, 35—37 plenius exposuisset, repetere uidetur noluisse, deinde consilium mutasse. eiusdem modi repetitiones extant e. g. 3, 56 (= 1, 22), 3, 163 seq. (= 2, 86 seq.), 4, 106 seq. (= 3, 180 seq.)* || 7 herede *ex* heredes *correctum C* || 8 *suppletum duce Goescheno* || 10 id *Goeschen*, id a *C (conf. 2, § 35)* || 16 suus *Goeschen*, sus *C* || 17 agant *Lachmann*, agat *C* || 19 aditam *Goeschen*, aditatam *C* || 23 *suppleuit Goeschen ex Inst.* || 27—28 contrahitur *Goeschen*, trahitur *C, conf. C*ᵃ *pag. 260 uers. 3.*

90 Re contrahitur obligatio uelut mutui datione. ⟨*mutui autem datio*⟩ propri*e* in his [fere] rebus contingit qua*e* pondere numero mensura consta*nt*, qualis est pecunia numerata uinum oleum frumentum *ae*s argentum aurum. quas res aut numerando aut metiendo aut pendendo in hoc damus, ut accipientium fiant et quandoque nobis non ea*e*dem, sed alia*e* eiusdem natur*ae* reddantur. unde etiam mutuum appellatum est, quia quod ita *ti*bi a me datum est, ex meo
91 t*u*um f*i*t. Is quoque qui non debitum accepit ab eo qui per errorem soluit, re obligatur. nam proinde ei condici potest SI PARET EVM DARE OPORTERE, ac si mut*u*um accepisset. unde quidam putant pupillum aut mulierem cui sine *tutoris auctoritate* non debitum per errorem datum est, non teneri condictione, non magis quam mutui datione. sed haec species obligationis non uidetur ex contractu consistere, quia is qui soluendi animo dat, magis distrahere uult negotium quam contrahere.
92 Verbis || obligatio fit ex interrogatione *e*t *r*esponsione, pg.152 ueluti DARI SPONDES? SPONDEO, DABIS? DABO, PROMITTIS? PROMITTO, FIDEPROMI*T*TIS? FIDEPROMITTO, FIDEIVBES? FIDEIVBEO,
93 FACIES? FACIAM. Sed haec quidem uerborum obligatio DARI SPONDES? SPONDEO propria ciuium Romanorum est; cetera*e* uero iuris gentium sunt, itaque inter omnes homines, siue ciues Romanos siue peregrinos, ualent. et quamuis ad *Graecam* uocem expressae fuerint, ueluti hoc modo ⟨Δώσεις; Δώσω· Ὁμολογεῖς; Ὁμολογῶ· Πίστει κελεύεις; Πίστει κελεύω· Ποιήσεις; Ποιήσω⟩, [etiam haec] tamen inter ciues Romanos

§ 90 usque ad 4 *frumentum* conf. Dig. 44, 7, 1, 2 *(Gaius libro secundo aureorum)*; ceterum fere = Inst. 3, 14 pr. || § 91 fere = Inst. 3, 14, 1.

1 uelut C^n, *ad* ueluti *ducunt Inst.* || 1—2 ⟨⟩ *om. C,* mutui autem datio *ex Dig. addidit Boecking* || 2 fere *deleuit Huschke* || quae *Dig.*, quares *C, conf.* C^a *pag. 290 uers. 17* || 3 constant *Dig.*, consta *C* || 6—7 eaedem sed aliae *Goeschen,* eadem sed alia *C,* eaedem res sed aliae *Inst.* || 7 nature *C,* naturae et qualitatis *Inst.* || 8 *(sub initium)* est C^n, sit *Inst.* || quod ita bi (tibi *correxit Goeschen*) a me datum est ex meo tum fiat (tuum fit *correxit Goeschen*) C^n, quia ita a me tibi datur ut ex meo tuum fiat *Inst. (non male)* || 10 ei *C,* ei ab eo *codd. Inst.* || 12 cui *C,* si ei *Inst.* || 12—13 sine tutoris auctoritate *Inst.*, sine totae *C, conf.* C^a *pag. 303 inf.* || 16 quia *C,* cum *Inst.* || 17 uult *C,* uoluit *Inst.* || 18 interrogatione et responsione *Goeschen (conf. Dig. 44, 7, 1, 7)*, interrogationet rensponsione *C* || 20 fidepromitis *C* || 21 obligatio *ex* obligato *correctum* C^1 || 22 ceterae *Goeschen*, cetera *C* || 24 Graecam *Goeschen,* eregam *C* || 25—27 ⟨⟩ *ex Theophilo 3, 15, 1 addidit Goeschen* || 27 *uerba* etiam haec *(sic C pro* etiam hae*) deleuit Mommsen.*

ualen*t*, si modo Gr*a*eci sermonis intellect*u*m habeant. et e contrario quamuis Latine enuntientur, tamen etiam inter peregrinos ualent, si modo Latini sermonis intellectum habean*t*. a*t* illa uer*b*orum obligatio DARI SPONDES? SPONDEO adeo propria ciuium Romanorum est, ut ne quidem in Graecum sermonem per interpretationem proprie transf*er*ri pos-

94 sit, quamuis dicatur a Gr*a*eca uoce figurata esse. Vnde dicitur uno casu hoc uerbo peregrinum quoque obligari posse, ueluti si imperator noster principem alicuius peregrini populi de pace ita interroget PACEM FVTVRAM SPONDES? uel ipse eodem modo interrogetur. quod nimium subtiliter dictum est, quia si quid aduersus pactionem fiat, non ex

95 stipulat*u* agitur, sed iure belli res uindicatur. Illu*d* dubitari potest, si quis || —————————————— pg.158

95a ——————|—————— *Sunt et a*liae obligationes ————|—————————— *(7 uersus in C legi nequeunt)*

——————————————————

———— corporal————————————

——————————————————

——————————————————

---

1 ualent *Goeschen,* ualent tamen C^n || Graeci *Goeschen,* gregi *C* || intellectum *Goeschen,* intellectam *C* || 3—4 habeant *Goeschen,* habeantur *C, conf. C^a pag. 306* || 6 transferri *Goeschen,* transfieri *C* || 13 stipulatu *Goeschen,* stipulat *C, conf. C^a pag. 303 inf.* || 14 *inde ab* si quis *supplendum uidetur aut* **si quis** interroganti DARI SPONDES? respondeat PROMITTO uel DABO, an recte obligetur; *aut* **si quis** interroganti PROMITTIS? respondeat Ὁμολογῶ an recte obligetur; *aut simile aliquid* || 15 *seqq. Proximorum sententia ad Epitomam 2, 9, 3 ita suppleri potest:* Sunt et **aliae obligationes,** quibus uerbis obligamur, ut tamen nulla praecedente interrogatione obligatio contrahatur etc. *In Epitoma enim haec de dotis dictione leguntur:* Sunt et aliae obligationes, quae nulla praecedente interrogatione contrahi possunt, id est ut si mulier siue sponso uxor futura siue iam marito dotem dicat. quod tam de mobilibus rebus quam de fundis fieri potest. Et non solum in hac obligatione ipsa mulier obligatur, sed et pater eius, et debitor ipsius mulieris, si pecuniam quam illi debebat, sponso creditricis ipse debitor in dotem dixerit. Hae tantum tres personae nulla interrogatione praecedente possunt dictione dotis legitime obligari. aliae uero personae si pro muliere dotem uiro promiserint, communi iure obligari debent, id est ut et interrogata respondeant et stipulata promittant. *Vt autem ex reliquiis quae in uersu 18 supersunt, apparet, Gaius et corporalium et incorporalium rerum mentionem fecerat. Quod uero Epitome tradit de parente dotem dicente — quod idem ita ut Gaiano contextui fortasse magis conueniat, legitur apud Vlpianum 6, 2* »item parens mulieris uirilis sexus, per uirilem sexum cognatione iunctus, uelut pater, auus paternus« *— id tribus fere uersibus usque ad 124, 1 expressum fuisse uidetur.*

———————— *item* | si debitor mulieris iussu eius, dum ———————— | doti dicat quod debet; alius autem obliga*ri h*oc modo | non potest. | et ideo si quis ali*us* ———————— —— *com*|muni iure obliga———————— ———|——.

96 Item uno loquente ———|———— *(3 uersus in C legi nequeunt)* ————————| — haec sol*a* causa *est*, ex qua iureiurando contrahit*ur* | obligatio. sane ex alia nulla causa iureiurando homines || obligantur, utique cum qu*a*eritur de iure Romanorum. nam pg.154 apu*d* peregrinos quid *iu*ris sit, singularum ciuitatium iura requirentes aliud intellegere poterimus ————.

97 Si id quod dari stipulamur, tale sit, ut dari non possit, in*u*tilis est stipulatio, uelut si quis hominem liberum quem seruum esse credebat, aut mort*u*um quem uiuum esse credebat, aut locum sacrum uel religiosum quem pu-
97a taba*t* humani iuris esse, dari ⟨*stipuletur. Item si quis rem quae in rerum natura esse non potest, uelut hippocentaurum,*⟩
98 stipuletur, aeque inutilis est stipulatio. Item si quis sub ea condicione stipuletur quae existere non potest, ueluti si digito c*a*elum tetigerit, inutilis est stipula*tio*. sed legatum sub inpossibili *c*ondicione relictum nostri praeceptores

§ 97a conf. Inst. 3, 19, 1.

2—3 *conf.* C^{as} || 3 hoc *paulo minus probabile est in* C^{n} *extitisse quam* eo *in* C || 4—6 *ita fere ad sententiam, non ad ductus, supplet Krueger:* et ideo si quis alius pro muliere dotem promittere uelit, communi iure obligare se debet, id est stipulanti uiro promitt*ere*. || 6—10 *conf.* C^{as} || 7—9 § 96 *initium supplendum est ad Epit. 2, 9, 4, ubi haec extant:* Item et alio casu uno loquente et sine interrogatione alii promittente contrahitur obligatio, id est si libertus patrono aut donum aut munus aut operas se daturum esse iurauit, in qua re supra dicti liberti non tam uerborum sollemnitate quam iurisiurandi religione tenentur; sed nulla altera persona hoc ordine obligari potest. || 9 —haec] si haec? *C;* et haec *quam* sed haec *Gaium dedisse probabilius est* || solo *C* || est] s? *(id est* sed?*) C (conf.* C^{a} *pag. 300 uers. 17)* || 11 romanorum *C, expectes* Romano *(cum Polenaario) uel* ciuium Romanorum || 12 iuris *Hollweg,* iudris? *C* || 13 *post* poterimus *aut nihil in C extitit aut* in aliis ualere *uel simile aliquid (uix* in plerisque ualere *uel* in multis ualere*)* || 15 inutilis *Goeschen,* iniutilis *C* | 17—18 putabat] putabatat *C* || 18—19 ⟨ ⟩ *ad Inst. exempli gratia additum est duce Lachmanno* || 22 stipulatio *Goeschen,* stipulaq C^{n}, *conf.* C^{a} *pag. 305 uers. 3* || 23 condicione *Goeschen,* co|condicione *C.*

proinde deberi putant, ac si sine condicione relictum esset; diuers*ae* sc*h*olae auctores n*ihil*o minus legatum inutile existimant quam stipulationem. et sane uix idonea diuer-
99 sitatis ratio reddi potest. Praeterea inutilis est stipulatio, si quis ignorans rem sua*m* esse, dari sibi eam stipuletur;
100 quip*pe* quod alicuius est, id ei dari non potest. Denique inutilis est talis stipulatio, si quis ita dari stipuletur POS*T* MORTEM MEAM DARI SPONDES? uel ita ⟨*POST MORTEM TVAM DARI SPONDES*?; *ualet autem, si quis ita dari stipuletur CVM MORIAR DARI SPONDES? uel ita*⟩ CVM MORIERIS DARI || SPONDES? id est pg.155
ut in nouissimum uitae tempus stipulatoris aut promissoris obligatio conferatur. nam inelegans esse uisum est ab heredis persona incipere obligationem. rursum ita stipulari non possumus PRIDIE QVAM MORIAR, aut PRIDIE QVAM MORIERIS DARI SPONDES? quia non potest aliter intellegi 'pridie quam aliquis morietur', quam si mors secuta sit; rursus morte secuta in praeteritum r*e*ducitur stipulatio et quodammodo talis est HEREDI MEO DARI SPONDES? qu*a*e sane inutilis est.
101 Qu*a*ecumque de morte diximus, eadem et de capitis d*e*-
102 minutione dicta intelleg*e*mus. Adhuc inutilis est stipulatio, si quis ad id quod interrogatus erit, non responderit, uelut si sestertia $\overline{\text{x}}$ a te dari stipuler, et tu *s*estertia $\overline{\text{v}}$ promittas, aut si ego pu*r*e stipuler, tu sub condicione p*r*o-
103 mittas. Praeterea inutilis est stipulatio, si ei dari stipulemur, cuius iur*i* subiecti non sumus. unde illu*d* qu*a*esitum est, si quis sibi et ei cuius iuri subiectus non est, dari stipuletur, in quantum ualeat stipulatio. nostri praeceptor*es* putant in uniuersum ualere et proinde ei soli qui stipulatus sit, solidum de*b*eri, atque si extranei nomen non adiecisset. sed diuersae sc*h*olae auctor*es* || dimidium ei deberi pg.156
existimant, pro altera uero parte inutile*m* esse stipulatio-

§ 102 inde ab 20 *inutilis* = Inst. 3, 19, 5.

2 diuersae *Goeschen*, diuersi *C* || nihilo] no *C*, *conf. C*ᵃ *pag. 281* || 7 pos *C*, *conf. C*ᵃ *pag. 285* || 8—10 ⟨ ⟩ *addidit Huschke* || 20 intellegemus *Lachmann*, intellegimus *C* || 21 id quod *C*, ea quae *Inst.* || 22 *(priore loco)* sestertia *ex* sesstertia *correctum C* || et *C*, *om. Inst.* || tu sestertia $\overline{\text{v}}$] tunsestertia $\overline{\text{u}}$· milia *C* *(conf. C*ᵃ *pag. 282 uers. 5)*; tu nummum sestertium $\overline{\text{v}}$ milia *Huschke* || 23 pure *Inst.*, pute *C* || promittas *Inst.*, permittas *C*ⁿ, *conf. C*ᵃ *pag. 286 uers. 11—12* || 25 iuri *Goeschen*, iuris *C* || 27 praeceptores *Goeschen*, praeceptor *C*ⁿ, *conf. C*ᵃ *pag. 298* || 30 auctores *Goeschen*, auctor *C*, *conf. C*ᵃ *pag. 298* || 31 inutile *C*.

103a nem. Alia causa est |————————————————
—— DARI SPONDES? | ———————————————— solidum
deberi et me | sol*um* ————————————————
104 etiam Tit*i*|o ——————. *Praeter*ea inutilis est stipulatio,
si ab e|o stipuler qui iuri meo subiectus est, item si is a
me stipuletur. ⟨*sed*⟩ ser*u*us quidem et qui in mancipio est
et *filia familias* et quae in manu est non solum ipsi cuius
iuri subiecti subiectaeue sunt, obligari non possunt, sed
105 ne al*ii* quidem ulli. Mutum neque stipulari neque pro-
mittere posse palam est. idem etiam in surdo receptum
est; quia et is qui stipulatur, uerba promittentis, et qui
106 promittit, uerba stipulantis exaudire debet. Furiosus nul-
lum negotium ger*e*re potest, quia non intellegit quid agat.
107 Pupillus omne negotium recte gerit, *ut* tamen, sicubi tu-
toris auctoritas necessaria sit, a*d*hibeatur ⟨*tutor*⟩, ueluti si
ipse obligetur; nam alium sibi obligare etiam sine tutoris
108 auctoritate potest. Idem iuris est in feminis quae in tu-
109 tela sunt. Se*d* quod diximus de pupillo, utique de eo
uerum est qui iam aliquem intellectum habet. nam infans
et qui infanti proximus est, non multum a furioso || differt, pg. 157
quia huius aetatis pupill*i* nullum intellectum habent; sed
in his pupillis p*ropt*er utilitatem *b*enignior iuris interpre-
tatio facta est.

§ 104 fere = Inst. 3, 19, 6 || § 105 = Inst. 3, 19, 7 || § 106 = Inst. 3, 19, 8 || § 107 = Inst. 3, 19, 9 || § 109 = Inst. 3, 19, 10.

1—4 *lacunas e. g. ita ad sententiam supplere possis*: **Alia causa est**, si ita st*ip*ulatus sim MIHI AVT TITIO **DARI SPONDES**? quo casu constat mihi **solidum deberi et me solum** ex ea stipulatione agere posse, quamquam **etiam Titio** soluendo liberaris. *Huschke (coll. Inst. 3, 19, 4) supplet:* **Alia causa est**, si ueluti **SERV**o uel FILIO FAMILIAS MEO ET MIHI **DARI SPONDES** stipulatus sim. tunc enim constat **solidum deberi et me** solidum a promissore petere posse: quod **etiam fit**, cum tantum uelut FILIO FAMILIAS stipulor. || 4 *ad* (prae-ter)ea *ducunt codicis C reliquiae*, item *Inst.* || 5 item *C*, uel *Inst.* || 6 sed *Inst.*, *om. C*, *conf.* C^a *pag. 300 uers. 17* || 10 idem etiam *C*, quod et *Inst.* || 11 *(in fine)* qui *C*, is qui *Inst.* || 12 exaudire *C*, audire *Inst.* || 13 gerere *Inst.*, gere *C* || agat *C*, agit *Inst.* || 14 ut tamen *Inst.*, ita tamen ut tamen C^n || 15 tutor *Inst.*, *om. C* || 18 pupillo *C*, pupillis *Inst.* || eo *C*, his *Inst.* || 19 habet *C*, habent *Inst.* || 20 differt *C*, distant *Inst.* || 21 pupilli *Inst.*, pupill· *C*, *conf.* C^a *pag. 275* || 22 his pupillis *C*, proximis infanti *Inst.*, his pupillis (qui infanti proximi sunt) *Huschke* || propter *Inst.*, per C^n, *conf.* C^a *pag. 288* || utilitatem *C*, utilitatem eorum *Inst.*

110 Possumus tamen ad id quod stipulamur, alium adhibere qui idem stipuletur; quem uulgo adstipulatorem uo-
111 camus. *Et* huic proinde actio conpetit proindeque ei recte soluitur ac nobis; sed quidquid consecutus erit, mandati
112 iudicio nobis restituere cogetur. Ceterum potest etiam aliis uerbis uti adstipulator quam quibus nos usi sumus. itaque si uerbi gratia ego ita stipulatus sim DARI SPONDES?, ille sic adstipulari potest IDEM FIDE TVA PROMITTIS? uel IDEM
113 FIDEIVBES? uel contra. Item minus adstipulari potest, plus non potest. itaque si ego sestertia $\overline{X}$ stipulatus sim, ille sestertia $\overline{V}$ stipulari potest; contra uero plus non potest. item si ego pure stipulatus sim, ille sub condicione stipulari potest; contra uero non potest. non solum autem in quantitate sed etiam in tempore minus et plus intellegitur; plus est enim statim aliquid dare, minus est post tempus
114 dare. In hoc autem iure quaedam singulari iure obseruantur. nam adstipulatoris heres non habet actionem. item || pg.158 seruus adstipulando nihil agit, quamuis ex ceteris omnibus causis stipulatione domino adquirat. idem de eo qui in mancipio est, magis placuit; nam et is serui loco est. is autem qui in potestate patris est, agit aliquid, sed parenti non adquirit, quamuis ex omnibus ceteris causis stipulando ei adquirat. ac ne ipsi quidem aliter actio conpetit, quam si sine *capitis* deminutione exierit de potestate parentis, ueluti morte eius aut quod ipse flamen Dialis inauguratus est. eadem de filia familias et quae in manu est dicta intellegemus.

115 Pro eo quoque qui promittit solent alii obligari; quorum alios sponsores, alios fidepromissores, alios fideiussores

§ 115 fere = Inst. 3, 20 pr.

1 tamen *C*, autem *uel similem particulam mauult Krueger* || 2 qui idem *Goeschen*, quidem *C* || stipuletur *Goeschen*, stipulatur *C* || 3 et *Huschke*, sed *C* || 5 iudicio *Goeschen*, indicio *C* || 8 *alterum* idem *ex* iden *correctum* C^1 || 9 item *Goeschen*, idem *C* || minus *Goeschen*, regula inus C^n *(ex glossemate, conf.* C^a *pag. XX et pag. 299 uers. 32)* || 9—10 *uerba* plus non potest *tamquam glossema expellit Mommsen* || 10 sim *Goeschen*, sum *C* || 15 pos *C*, *conf.* C^a *pag. 285* || 18 quamuis *Goeschen*, quia *C*, *conf.* C^a *pag. 297* || 19 adquirat *Goeschen*, adquirit *C* || idem *Goeschen*, *conf.* C^a *pag. 262 uers. 32* || 23 actio competit *Goeschen*, actio petit C^n, *conf.* C^a *pag. 305* || 24 capitis diminutione *Goeschen*, $\bar{r}$diminutione *C*, *conf.* C^a *pag. 274 inf.* || 26 filia familias *Goeschen*, filiaefamilias *C*, *conf.* C^a *pag. 268* || 27 intellegemus *Hollweg*, intellegemus pro eo? *C*.

116 appellamus. Sponsor ita interrogatur IDEM DARI SPONDES?
fidepromissor ⟨*ita*⟩ IDEM FIDEPROMITTIS? fideiussor ita IDEM
FIDE TVA ESSE IVBES? uide*b*imus [de his] autem, quo nomine
possint proprie a*p*pellari qui ita interrogantur IDEM DABIS?
117 IDEM PROMITTIS? IDEM FACIES? Sponsores quidem et fidepro-
missores et fideiussores saepe solemus accipere, dum cu-
ramus ut diligentius nobis cautum sit; adstipulatorem uero
fere tunc solum *ad*hibemus, cum ita stipulamur, ut aliquid
post mortem nostram detur. ⟨——————————⟩
stipulando nihil agimus, *ad*hibetur *ad*stipulator, ut is post
mortem nostram agat; qui si quid fuerit consecutus, ‖ de pg.159
r*estitu*endo eo mandati iudicio heredi [meo] tenetur.
118 Sponsoris u*ero* et fidepromissoris similis condicio ⟨*est*⟩,
119 fideiussoris ualde dissimilis. Nam illi quidem nullis obli-
gationibus accedere possunt nisi uer*b*orum, (quamuis inter-
du*m* ipse qu*i* promiserit, non fuerit obligatus, uelut si
mulier aut pupillus sine tutoris auctoritate aut quilibet
pos*t* mortem suam dari promiserit. at illu*d* quaeritur, si
ser*u*us aut peregrinus spoponderit, an pro eo sponsor au*t*
119a fidepromissor obligetur). Fideiussor uero omnibus obliga-
tionibus, id est siue re siue uerbis siue litteris si*u*e con-
sens*u* contractae fuerint obligationes, adici potest. a*c* ne
illu*d* quidem interest, utrum ciuilis a*n* naturalis obligatio
sit cui adiciatur; adeo quidem, ut pro seruo quoque obli-
getur, siue extraneus sit qui a seruo fideiussorem accipi*at*,
120 siue ipse dominus in id quod sibi debeatur. Praeterea

§ 117 inde ab 6 *solemus* usque ad 7 *sit* fere = Inst. 3, 20 pr. ‖ § 119a inde ab 20 *omnibus* fere = Inst. 3, 20, 1.

1 IDEM *Goeschen, conf.* C^a *pag. 262 uers. 32* ‖ 2 ita *addidit Boecking* ‖ *(altero loco)* IDEM *Goeschen, conf.* C^a *pag. 262 uers. 32* ‖ 4—5 IDEM DABIS IDEM *Goeschen*, id dabis id *C, conf.* C^a *pag. 262 uers. 33* ‖ 9 *multae patent uiae supplendi; Mommsen propter homoeoteleuton talia fere intercidisse suspicatur:* quia enim nobis ut post mortem nostram detur, ‖ 10 adstipulator *Boecking*, at̄ stipulator (*i. e.* autem stipulator) C^n, *conf.* C^a *pag. 257* ‖ 12 meo *deleuit Polenaar* ‖ 13 uero *Goeschen*, uel C^n, *conf.* C^a *pag. 310* ‖ est *addidit Lachmann (conf.* C^a *pag. 265 uers. 39)* ‖ 15 interdum *Goeschen*, *aut* interdus *aut* interdui *C* ‖ 16 qui *Goeschen*, quid *C* ‖ 18 pos *C, conf.* C^a *pag. 285* ‖ 19 *(in fine)* aut *Goeschen*, autem C^n, *conf.* C^a *pag. 257* ‖ 21—22 consensu *Inst.*, consens *C, conf.* C^a *pag. 260* ‖ 22 ac *Institutionum codices meliores*, ad *C*, at *Institutionum codices aliquot deteriores* ‖ 23 an *Inst.*, ā (*i. e.* aut?) C^n, *conf.* C^a *pag. 255 inf.* ‖ 23—24 obligatio sit *C*, sit obligatio *Inst.* ‖ 25 a seruo fideiussorem C^n, fideiussorem a seruo *Inst.* ‖ accipiat *Inst.*, accipi *C* ‖ 26 debeatur *C*, debetur *Inst.*

sponsoris et fid*e*promissoris heres non tenetur, nisi si de
peregrino fid*e*promissore quaeramus, et alio iure ciuitas
121 eius utatur. fideiussoris autem etiam heres tenetur. Item
sponsor et fidepromissor leg*e* Furi*a* biennio liberantur, et
quo*t*quo*t* erunt numero eo tempore quo pecunia peti po-
test, in tot partes d*i*ducitur inter eos obligatio et singuli
⟨*in*⟩ uiriles partes *obliga*ntur. fideiussores uero perpetuo
tenentur, et quo*t*quo*t* erunt numero, singuli in solidum ||
obligantur. itaque liberum est creditori a quo ue*lit* *s*oli- pg. 160
dum petere. sed nunc ex epistula diui Hadr*iani* *conpe*lli-
tur creditor a singulis qui modo soluendo sint, par*tes*
pet*er*e. eo igitur distat haec epistula a lege Furia, quod
si quis ex sponsoribus aut fid*e*promissoribus soluendo non
sit, hoc onus ad ⟨*ceteros non pertinet*; *sed ex fideiussoribus*
etsi unus tantum soluendo sit, *ad hunc onus*⟩ ceterorum quo-
121[a] que pertinet. Se*d* cum lex Furia tantum in Italia locum
habeat, euenit ut in ceter*is* p*r*ouinciis sponsores quoque
et fidepromissores proinde ac fid*e*iussores *p*erpetuo tenean-
tur et singuli in solid*um* obligentur, nisi ex epistula diui
122 Hadriani hi quo*que* adiuuen*tur* in parte. Praeterea inter
sponsores et fidepromissores lex A*p*puleia quandam soci*e*-
tatem introduxit. nam si quis horum plus sua portione
soluerit, de eo quod amplius dederit, aduersus ceteros
actiones constituit. quae lex ante legem Furiam lata est,
quo tempore in solidum obligabantur. unde quaeritur an
post legem Furiam adhuc legis A*p*puleiae beneficium super-
sit. et utique extra Italiam superest. nam lex quidem Furia
tantum in Italia ualet, A*p*puleia uero etiam in ceteris pro-
uinciis. se*d* an etiam ⟨*in*⟩ *It*ali*a* beneficium legis A*p*puleiae
supersit, ualde quaeritur. *ad fideiussores autem lex* Appu-

---

§ 121 inde ab 8 *quotquot* usque ad 12 *petere* = Inst. 3, 20, 4.

---

3 fideiussoris *ex* fidesiussoris *correctum C* || 4 lege Furia *Goeschen*, legfuriam *C*, *conf.* C^{a} *pag. 275 inf.* || 6 diducitur] deducitur *C* || 7 in *addidit Huschke* || obligantur *Boecking*, hocabentur *C* || 6—7 *uerba* et singuli uiriles partes hocabentur *delet Polenaar* || 9 obligantur *C*, tenentur *Inst.* || 9—12 *suppleuit Goeschen ex Inst.* || 11 sint *C*, sint litis contestatae tempore *Inst.* || 14—15 ⟨ ⟩ *exempli gratia addidit Mommsen*; *alias supplendi uias patere consentaneum est* || 17 cete(ris) *C*, *conf. Gaius 3, 122 med.* (*infra uers.* 28); *sed fortasse utroque loco* ceteris *ex falso glossemate irrepsit* || 18 perpetuo] in perpetuo C^{n} || 20 quoque *Huschke*, $\overline{qc}$? (*i. e.* quocum?) C^{n}, *conf.* C^{a} *pag. 297* || adiuuentur in parte *cum C non sine dubitatione scriptum est* || 28 ceteris *C*, *conf. tamen quae ad Gai. 3, 121[a]* (*supra uers.* 17) *adnotata sunt* || 29 in Italia] alis? *C* || 30 fideiussores autem lex *exempli gratia suppletum est.*

leia non pertinet. itaque si creditor ab uno totum *con*secutus fuerit, huius sol*i*us detrimentum er*it*, scilicet si is pro quo fideiussit, soluendo non sit. s*ed ut ex* ‖ supra dicti*s* pg. 161 apparet, *i*s a quo creditor totum petit, poterit ex epistula diui Hadriani desiderare, ut pro parte in se detur actio.

123 Praeterea lege Cicereia cautum est, ut is qui sponsores aut fidepromissores accipiat, praedica*t* palam et declaret, et de qua re satis accipiat et quo*t* sponsores a*u*t fid*e*promissores in eam obligationem accepturus sit; et nisi p*rae*dixerit, p*er*mittit*ur* sponsoribus et fid*e*p*ro*missoribus intra diem $\overline{\text{xxx}}$ praeiudicium postulare, quo qu*a*eratur an ex ea lege praedictum sit; et si iudicatum fuerit praedictum n*on* esse, liberantur. qua lege fideiusso*rum* menti*o* nulla fit. sed in us*u* est etiam si fid*e*iussores accipiamus, praedicere.

124 Sed beneficium leg*is* Corn*e*liae o*m*nibus commune est. qua lege id*em* pro eodem apu*d* eundem eodem anno uetatur in ampliorem summam obligari creditae pecuniae quam in $\overline{\text{xx}}$ mili*a*. et quamuis sponsores uel fid*e*promissores in ampl*iore*m pecuniam, ueluti si sestertium $\overline{\text{c}}$ milium ⟨*se obligauerint, tamen dumtaxat* $\overline{\text{xx}}$ *tenentur*⟩. pecuniam autem creditam dicimus non solum eam quam credendi causa damus, se*d* omnem quam tu*m cum* contrahit*ur* obligatio, certum es*t* debitum iri, id est ⟨*quae*⟩ sine ulla condicione deducitur in obligatione*m*. itaque et ea pecunia quam in diem certum dari stipulamur, eodem numero est, quia certum

§ 122 inde ab 1 *si* fere = Inst. 3, 20, 4.

1 creditor ab uno *C*, ab uno fideiussore creditor *Inst.* ‖ 2 solius *Inst.*, solus *C* ‖ scilicet *C*ⁿ, *om. Inst.* ‖ 3 dictis *Goeschen*, dicti *C* ‖ 4 is *Goeschen*, iis *C* ‖ 7 praedicat *Goeschen*, praedicatur *C*ⁿ, *conf. C*ᵃ *pag. 306* ‖ 8 aut *Goeschen*, at *C*, *conf. C*ᵃ *pag. 257* ‖ 9 praedixerit] *conf. C*ᵃ *pag. 286 uers. 1* ‖ 10 permittitur *Goeschen*, promittit *C*ⁿ, *conf. C*ᵃ *pag. 306 et pag. 284 uers. 7* ‖ fidepromissoribus *Goeschen*, fideipermissoribus *C*ⁿ, *conf. C*ᵃ *pag. 286 uers. 12* ‖ 12 non *Goeschen*, nam *C*, *conf. C*ᵃ *pag. 280* ‖ 13 fideiussorum *Goeschen*, fideiussor *C*ⁿ, *conf. C*ᵃ *pag. 299* ‖ mentio *Hollweg*, menti *C*ⁿ ‖ 14 usum *C* ‖ praedicere] *conf. C*ᵃ *pag. 285 inf.* ‖ 15 legis Corneliae *Goeschen*, legum *(conf. C*ᵃ *pag. 276)* corniliae *C* ‖ om̄nibus *(sic) C*, *conf. C*ᵃ *pag. 312* ‖ 16 idem *Goeschen*, id *C*, *conf. C*ᵃ *pag. 262* ‖ 18 milia *Lachmann*, milibus *C*ⁿ, *conf. C*ᵃ *pag. 278* ‖ ⟨uel fideiussores⟩ *addit Huschke post* fidepromissores ‖ 19 ampliorem *Goeschen*, amplam *C* ‖ si *C*, *delet Huschke* ‖ 19—20 ⟨ ⟩ *duce fere Huschkio exempli gratia addita sunt, conf. C*ᵃ ‖ 22 tum cum] tunc *C*, *conf. C*ᵃ *pag. 260 uers. 27* ‖ contrahitur *Goeschen*, contrahit *C*ⁿ, *conf. C*ᵃ *pag. 306* ‖ 23 *(priore loco)* est *Goeschen*, esset *C*ⁿ, *conf. C*ᵃ *pag. 266* ‖ quae *addidit Goeschen*, *om. C*, *conf. C*ᵃ *pag. 290 uers. 7* ‖ 24 obligationẹ *C*.

est *eam* debit*um* *i*ri, licet post tempus petatur. appellatione
autem pecuniae omnes res in ea lege significantur. itaque
si *u*inum uel frumentum *aut* si fundum || uel hominem pg.162
125 stipulemur, haec lex obser*u*anda est. Ex quibusdam tamen
causis permittit ea lex in infinitum satis accipere, ueluti
si dotis nomine, uel eius quod ex testamento t*i*b*i* debeatur,
aut iussu iudicis satis accipiatur. et adhuc lege ⟨*Iulia de*⟩
uicesima hereditatium cauetur, ut ad eas satisdationes quae
126 ex ea lege proponuntur, lex Cornelia non pertineat. In
eo *q*uoque iur*e* par condicio est omnium, sponsorum, fid*e*-
promissorum, fideiussor*um*, quod ita obligari non poss*unt*,
u*t* plus debeant quam deb*e*t is pro quo obliga*n*tur. at ex
diuerso ut minus debeant, obligari possunt, sicut in a*d*-
stipulatoris persona diximus. nam ut a*d*stipulatoris ita et
horum obligatio accessio est principalis obligationis, nec
127 plus in accessione esse potest quam in principali r*e*. In
eo quoque par omnium causa es*t*, quod si qui*d* pro *r*eo
solueri*nt*, eius reciperandi causa hab*e*nt cum eo mandati
iudicium. et hoc amplius sponsores ex lege Publilia pro-
priam habent actionem in duplum, quae appellatur depensi.
128 Litteris obligatio fit ueluti *nominib*u*s* transscripticiis.
fit a*utem* nomen transscripticium duplici modo, uel a re in
129 personam uel a p*e*rsona in person*am*. ⟨*A re in personam*
trans⟩scriptio fit, ueluti si id quod *tu* ex emptionis causa
aut conductionis aut societatis mihi debeas, id expensum
130 tibi tulero. A persona in person*am* transscriptio fit, ueluti

§ 126 inde ab 11 *ita* usque ad 13 *possunt* nec non 14 *nam* et inde ab 15 *horum* = Inst. 3, 20, 5 || *diximus*] § 113 || § 127 inde ab 17 *si* usque ad 19 *iudicium* fere = Inst. 3, 20, 6.

1 est eam *Goeschen*, esse a C^{n}, *conf.* C^{a} *pag. 265 inf.* || debitum iri *Goeschen*, debitiuri *C*, *conf.* C^{a} *pag. 305 uers. 30* || 3 aut *Boecking*, et *C* || 7 ⟨ ⟩ *addidit Huschke* || 10 quoque iure *Huschke*, iure quoque iurae *C* || 11 fideiussorum *Goeschen*, fideiussor *C*, *conf.* C^{a} *pag. 299* || possunt *Inst.*, possi? C^{n} *ex correctione*, *conf.* C^{a} *pag. 301 uers. 24 seqq.* || 12 ut *Inst.*, ut regula C^{n} *(ex glossemate*, *conf.* C^{a} *pag. XX)* || debet *Inst.*, deberet *C* || obligantur *Inst.*, obligaretur *C* || 15 horum C^{n}, eorum *Inst.* || 16 re *Inst.*, reo *C* || 17 est *Goeschen*, esse C^{n}, *conf.* C^{a} *pag. 266* || quid *Inst.*, qui *C* || reo *Inst.*, eo *C* || 18 soluerint] soluerit *C* || habent] habet *C* || 21 nominibus *Huschke*, in nobis C^{n}, *conf.* C^{a} *pag. 282* || 22 autem *Goeschen*, an *C*, *conf.* C^{a} *pag. 257* || 23 persona in personam *Goeschen*, prosona in personum C^{n}, *conf.* C^{a} *pag. 279 inf. et pag. 282 uers. 3* || 23—24 ⟨ ⟩ *addidit Goeschen* || 24 tu *Huschke*, m̅ *(i. e. pro* mihi?, *conf.* C^{a} *pag. 277)* C^{n} || emptionis *ex* emptiones *correctum* C^{1} || 24—25 causa aut *Goeschen*, c̅a· C^{n}, *conf.* C^{a} *pag. 259* || 26 personam *Goeschen*, personum C^{n}, *conf.* C^{a} *pag. 279 inf. et pag. 282 uers. 3.*

si id quod mihi Titius debet, tibi id ex||pensum tulero, id pg.163
131 est si Titius t*e* delegauerit mihi. Alia causa est eorum
nominum quae arcaria uocantur. in his enim re*i*, non litte-
rarum obligatio consistit, qui*p*pe non aliter uale*nt*, quam
si numerata sit pecunia; numeratio autem pecuniae r*e* facit
obligationem. qu*a* de causa recte dicemus arcaria nomina
nullam facere obligationem, sed obligationis factae testimo-
132 nium praebere. Vnde ⟨*non*⟩ proprie dicit*ur* arcar*i*is nomi-
nibus etiam peregrinos obligari, quia non ipso nom*in*e, sed
n*um*eratione *p*ecuniae obligantur; quod genus obligationis
133 iuris gentium est. Tr*an*sscripticiis uero nominibus an ob*li*-
gentur peregrini, merito quaerit*ur*, quia quodammodo iuris
ciuilis est talis obligatio; quod Neruae placuit. Sabino
autem et Cassio uisum est, si a re in personam fiat nomen
transscripticium, etiam peregrinos obligari; si uero a persona
134 in personam, non obligari. Praeterea litterarum obligatio fieri
uidetur chirogra*ph*is et syngra*ph*is, id est si quis debere se
aut daturum s*e* scribat; ita scilice*t* si eo nomine stipulatio non
fiat. quod genus obligationis proprium peregrinorum est.
135 Consensu fiunt obligatione*s* in emptionibu*s* uenditio-
nibus, locationibus conductionibus, societatibus, mandatis.
136 Ideo autem *i*stis modis con*s*ensu dicimus obligationes con-
trahi, qu*ia* neque uerborum || neque scripturae ulla pro- pg.164
prietas desiderat*ur*, sed sufficit eos qui negotium gerunt,
consensisse. unde inter absentes quoque talia negotia con-
trahuntur, ueluti per epistulam aut per internuntium; cum

§ 135 = Dig. 44, 7, 2 pr.; Inst. 3, 22 pr. || § 136 usque ad 26 *internuntium* = Dig. 44, 7, 2, 1 et 2; § 136 usque ad 23 *quia neque* et inde ab 24 *sed* usque ad 26 *internuntium* = Inst. 3, 22, 1 et 2.

1 tibi id *C*, tibi *mauult Krueger* || 2 te *Goeschen*, tese *C* || 3 rei *Lachmann*, rebus *C*ⁿ || 4 quippe *C*ⁿ, *conf. C*ᵃ *pag. 312* || ualent *Goeschen*, ualet *C* || 5 re] rein *C*, rei *fere Lachmann* || 6 qua *Goeschen*, quam *C*ⁿ, *conf. C*ᵃ *pag. 289 inf.* || 8 ⟨non⟩ proprie *Huschke*, proprie *C*ⁿ, perperam *Mommsen* || dicitur *Goeschen*, dicit *C*, *conf. C*ᵃ *pag. 306* || 9 ipso nomine *Goeschen*, ipse nome *C*, *conf. C*ᵃ *pag. 282* || 10 numeratione *Goeschen*, nomenratione *C* || pecuniae *Goeschen*, pecae *C*ⁿ, *conf. C*ᵃ *pag. 287* || 11 transcripticiis *Goeschen*, tresscripticiis *C*, *conf. C*ᵃ *pag. 308* || obligentur *Goeschen*, obiligentur *C*ⁿ || 12 quaeritur *Goeschen*, quaerit *C*ⁿ, *conf. C*ᵃ *pag. 306* || 18 se scribat *Goeschen*, sesscribat *C* || scilicet si *Goeschen*, scilicet ut si *C*ⁿ || 20 emptionibus *Dig. Inst.*, emptionibus et *C* || 22 istis *Dig. Inst.*, stis *C* || consensu *Dig. Inst.*, concensu *C* || dicimus obligationes *C*ⁿ, dicimus obligationem *Dig.*, dicitur obligatio *Inst.* || 23 quia *Dig. Inst.*, quo *C*ⁿ, *conf. C*ᵃ *pag. 293* || 24 desideratur *Dig.*, desiderat *C*, *conf. C*ᵃ *pag. 306* || negotium *C Inst.*, negotia *Dig.* || 25 consensisse *C*, consentire *Dig. Inst.* || 26 aut per internuntium *C*ⁿ, uel per nuntium *Dig.*, aut per nuntium *Inst.*

alioquin uer*b*orum obligatio inter absentes fieri non possit.

137 Item in his contractibus alter alteri obligatur de eo quod alterum alteri ex *b*ono et aequo praestare oportet; cum alioquin in uerborum obligationibus alius stipuletur, alius promittat, et in nominibus alius expensum ferendo oblige*t*,

[138] alius obligetur. [sed absenti expensum ferri potest, etsi uerborum obligatio cum absente contrahi non possit.]

[DE *EMPTIONE ET VENDITIONE.*]

139 *E*mptio *et uenditio contrahitur*, cum de pretio con*u*enerit, quamuis nondum pretium numeratum sit, ac ne arra quidem data fuerit; nam quod arr*a*e nomine datur, argu-

140 mentum est emptionis et uenditionis contractae. Pretium autem certum esse debet. nam alioquin si ita inter nos conuenerit, ut quanti Titius rem *a*estimauerit, tanti sit em*p*ta, Labeo negauit ullam uim hoc negotium habere; cuius opinionem Cassius probat. Ofilius et eam emptionem

141 et uenditionem; cuius opinionem Proculus secutus est. Item pretium in numerata pecunia con||sistere debet. *nam* in pg.165 ceteris rebus an pretium esse possit, ueluti h*o*m*o* aut toga aut fundus alterius rei ⟨*pretium esse possit*⟩, ualde qu*a*eri*tur*. nostri praeceptores putant etiam in alia re posse consistere pretium. unde illu*d* est quod uulgo putant per permutationem rerum emptionem et uenditionem contrahi, eamque speciem emptioni*s* uenditionisque uetustissimam esse; argumentoque utuntur Gr*a*eco poeta Homero qui aliqua parte sic ait:

---

§ 137 usque ad 3 *oportet* = Dig. 44, 7, 2, 3; § 137 usque ad 5 *promittat* = Inst. 3, 22, 3 || § 139 = Inst. 3, 23 pr. || § 140 usque ad 15 *empta* = Inst. 3, 23, 1 || § 141 usque ad 134, 10 *esse* fere = Inst. 3, 23, 2 || *aliqua parte*] Iliad. 7, 472—475.

---

2 de eo *C Dig.*, in id *Inst.* || *uerba inde ab* 4 alius stipuletur *usque ad* 5 nominibus *in C per errorem bis scripta sunt* || 5 obliget *Goeschen*, obligetur *C, conf. Ca pag. 306* || 6—7 *§ 138 ut glossema expulit Krueger (conf. § 136 in fine)* || 8 *suppleuit Boecking ex Inst.* || 9 *suppleuit Goeschen ex Inst.* || cum *C*, simulatque *Inst.* || 13 nam *Cn*, *om. Inst.* || 17 *post* uenditionem *intercidit fortasse* esse existimauit *uel simile aliquid* || 18 nam *Inst.*, in *C, conf. Ca pag. 280* || 19 homo *Inst.*, hoc modo *C* || 19—20 toga aut fundus *C*, fundus aut toga *Inst.* || 20 ⟨ ⟩ *addidit Goeschen ex Inst.* || 21—22 putant etiam in alia re posse consistere pretium *Cn*, etiam in alia re putant posse pretium consistere *Inst. (codices meliores)* || 22 putant *C, ad* dicitur *lectionem ducunt Inst.* || 24 emptionis *Inst.*, emptionisque *Cn*.

⟨ἔνθεν ἄρ' οἰνίζοντο καρηκομόωντες Ἀχαιοί,
ἄλλοι μὲν χαλκῷ, ἄλλοι δ' αἴθωνι σιδήρῳ,
ἄλλοι δὲ ῥινοῖς, ἄλλοι δ' αὐτῇσι βόεσσιν,
ἄλλοι δ' ἀνδραπόδεσσι.⟩

diuersae scholae auctores dissentiunt aliu*d*que esse existimant permutationem rerum, aliu*d* e*mp*tionem et uenditionem; alioqu*i*n *non posse* rem expediri permutatis rebus, qu*ae* uideatur res uenisse, et quae pretii nomine dat*a* esse, sed rursus utramque rem uideri et uenisse et utramque pretii nomine datam esse absurdum uideri. se*d* ait C*a*elius Sabinus, si rem tibi uenalem habenti, ueluti fundum, [acceperim et] pretii nomine hominem forte dederim, fundum quidem uideri uenisse, hominem autem pretii nomine datum esse, ut fundu*s* acciperetur.

142 Locatio autem et conductio similibus regulis constitu*i*tur; ni*si* enim merces certa statuta sit, non uidetur locatio
143 et conductio contrahi. Vnde si alieno arbitrio merces permissa sit, uelut qua*nti* Titius aestimauerit, ‖ quaeritur an pg.166
locatio et conductio contrahatur. qua de causa si fullo*ni* polienda curandaue, sarcinatori sarcienda uestimenta dederi*m*, nulla statim mercede constituta, postea tantum daturus quanti inter nos conuenerit, qu*a*eritur an locatio et
144 conductio contrahatur. *item* si rem tibi utendam dederim et inuicem aliam rem utendam acceperim, qu*a*eritur an
145 locatio et conductio contrahatur. Adeo autem emptio et

§ 143 inde ab 19 *qua* usque ad 22 *conuenerit* = Inst. 3, 24, 1 ‖ § 144 conf. Inst. 3, 24, 2 ‖ § 145 usque ad 135, 4 *conductio* = Inst. 3, 24, 3.

1—4 *pro* ⟨ ⟩, *quod ex Inst. addidit Goeschen,* et reliqua *exhibet* C^n, *quae uerba deleuit Baumbach* ‖ 5 dissentiunt *C, ad* contra sentiunt *ducunt Inst.* ‖ 6 emptionem] *conf.* C^a *pag. 265 uers. 17* ‖ 7 alioquin non posse *suppleuit Goeschen ex Inst., conf. tamen* C^a*; in* C^n *fortasse* alioquoinnposside *uel simile aliquid extitit* ‖ 8 data *Inst.*, datae? *C* ‖ 9 sed rursus utramque rem C^n, nam utramque *Inst.* ‖ 9—10 utramque pretii C^n, pretii *Inst.* ‖ 12 *uerba* acceperim et *deleuit Mommsen* ‖ 14 fundus *Goeschen,* fundum *C* ‖ 15 constituitur *Huschke olim,* constituuntur *C* ‖ 18 quanti *Goeschen,* qua *C* ‖ 19 qua de *C Inst.*, ex eadem *mauult Huschke* ‖ fulloni *Inst.*, fulloin *C* ‖ 20 sarcinatori *C,* aut sarcinatori *Inst.* ‖ 20—21 dederim *Goeschen,* dederimus C^n, *conf.* C^a *pag. 278* ‖ 21 postea C^n, sed postea *Inst.* ‖ 22 quanti *C,* quantum *Inst.* ‖ 23 item *Polenaar,* uel C^n *(conf.* C^a *pag. 309 uers. 16 et pag. 273 uers. 21)* ‖ 25—135, 2 emptio et uenditio et locatio et conductio familiaritatem aliquam inter se habere uidentur C^n, familiaritatem a. i. s. h. uidentur emptio et uenditio item locatio et conductio *Inst. (conf. Gaius libro secundo rerum cottidiaharum Dig. 19, 2, 2, 1).*

uenditio et locatio et conductio familiaritatem aliquam inter
se habere uidentur, ut in quibusdam causis quaeri soleat,
utrum emptio et uenditio contrahatur an locatio et con-
ductio. ueluti si qua res in perpet*u*um locata sit, quod
*e*uenit in praediis municipum quae ea lege locantur, ut
quamdiu [id] uectigal praestetur, neque ipsi conductori
neque heredi eius praedium a*u*feratur. sed magis placuit
146 locationem conductionemque esse. Item [qu*a*eritur] si gla-
diatores ea lege tibi tradiderim, ut in singulos qui integri
exierint, pro sudore denar*ii* $\overline{xx}$ mihi darentur, in eos uero
singulos qui occisi aut debilitati fuerint, denari*i* mille,
quaeritur utrum emptio et uenditio an locatio et conductio
contrahatur. et magis placuit eorum qui integri exierint,
locationem et conductionem contractam uideri, at eorum
qui occisi aut debilitati sunt, emptionem et uenditionem
esse; idque ex accidentibus apparet, tamquam sub condi-
*ci*one ‖ facta cuiusque uenditione an locatione. iam enim pg.167
non dubitatur quin sub condicione res ueniri aut locari
147 possint. Item qu*a*eritur, si cum aurifice mihi conuenerit,
ut is ex auro suo certi ponderis certaeque formae anulos
mihi facere*t*, et acc*e*per*i*t uerbi gratia denarios $\overline{cc}$, utrum
emptio et uendit*i*o an locatio et conductio contrahatur.
Cassius ait materiae quid*em* emptionem uenditionemqu*e*
contrahi, operarum autem locationem et conductionem. sed
plerisque placuit emptionem et uenditionem contrahi. at-
qui si meum aurum ei dedero, mercede pro opera con-
stituta, conuenit locationem conductionem contrahi.

148 Societatem coire solemus aut totorum bonorum aut unius

§ 145 inde ab 5 *praediis* usque ad 7 *auferatur* conf. Inst. 3, 24, 3 ‖ § 147 fere = Inst. 3, 24, 4 ‖ § 148 = Inst. 3, 25 pr.

5 ēuenit *C, conf. C*[a] *pag. 312* ‖ 6 id *hic deletum est duce fere Puchta* ‖ 7 auferatur *Goeschen*, autferatur C ‖ 8 queritur C[n] *(deleuit hoc glossema Goeschen)* ‖ 10 denarii *Goeschen*, denarios *C* ‖ 16 apparet *C*, apparere *Huschke* ‖ 17 uenditionem an locationem *C* ‖ 18 locari *ex* locumari *correctum C* ‖ 21 faceret *Inst.*, facere *C* ‖ acceperit *Dig. 19, 2, 2, 2;* acciperet *C Inst.* ‖ 22 uenditio *Inst.*, uendito *C* ‖ contrahatur C[n], contrahi uideatur *Inst.* ‖ 23 quidem *Inst.*, quid C[n], *conf. C*[a] *pag. 262* ‖ uenditionemque *Inst.*, uenditionem quam C[n] *(conf. C*[a] *pag. 290)* ‖ 24 operarum C[n], operae *Inst.* ‖ 25—26 atqui si C[n], quodsi *Inst.* ‖ 26 mercede *Inst.*, mercedem C[n] ‖ 27 locationem conductionem *C*, *ad* locationem et conductionem *ducunt Inst.* ‖ 28 totorum *Inst.*, tutorum *C* ‖ *post* bonorum *Inst. addunt*: quam Graeci specialiter χοινοπραξίαν appellant,

⟨ἔνθεν ἄρ' οἰνίζοντο καρηκομόωντες Ἀχαιοί,
ἄλλοι μὲν χαλκῷ, ἄλλοι δ' αἴθωνι σιδήρῳ,
ἄλλοι δὲ ῥινοῖς, ἄλλοι δ' αὐτῇσι βόεσσιν,
ἄλλοι δ' ἀνδραπόδεσσι.⟩

diuersae scholae auctores dissentiunt aliu*d*que esse existimant permutationem rerum, aliu*d* e*mp*tionem et uenditionem; alioqu*i*n *non posse* rem expediri permutatis rebus, qu*ae* uideatur res uenisse, et quae pretii nomine dat*a* esse, sed rursus utramque rem uideri et uenisse et utramque pretii nomine datam esse absurdum uideri. se*d* ait C*a*elius Sabinus, si rem tibi uenalem habenti, ueluti fundum, [acceperim et] pretii nomine hominem forte dederim, fundum quidem uideri uenisse, hominem autem pretii nomine datum esse, ut fundu*s* acciperetur.

142 Locatio autem et conductio similibus regulis constitu*i*tur; ni*si* enim merces certa statuta sit, non uidetur locatio
143 et conductio contrahi. Vnde si alieno arbitrio merces permissa sit, uelut qua*nti* Titius aestimauerit, || quaeritur an pg.166
locatio et conductio contrahatur. qua de causa si fullo*ni* polienda curandaue, sarcinatori sarcienda uestimenta deder*im*, nulla statim mercede constituta, postea tantum daturus quanti inter nos conuenerit, qu*ae*ritur an locatio et
144 conductio contrahatur. *item* si rem tibi utendam dederim et inuicem aliam rem utendam acceperim, qu*ae*ritur an
145 locatio et conductio contrahatur. Adeo autem emptio et

§ 143 inde ab 19 *qua* usque ad 22 *conuenerit* = Inst. 3, 24, 1 || § 144 conf. Inst. 3, 24, 2 || § 145 usque ad 135, 4 *conductio* = Inst. 3, 24, 3.

1—4 *pro* ⟨ ⟩, *quod ex Inst. addidit Goeschen,* et reliqua *exhibet* C^n^, *quae uerba deleuit Baumbach* || 5 dissentiunt *C, ad* contra sentiunt *ducunt Inst.* || 6 emptionem] *conf.* C^a^ *pag. 265 uers. 17* || 7 alioquin non posse *suppleuit Goeschen ex Inst., conf. tamen* C^a^; *in* C^n^ *fortasse* alioquoinnposside *uel simile aliquid extitit* || 8 data *Inst.*, datae? *C* || 9 sed rursus utramque rem C^n^, nam utramque *Inst.* || 9—10 utramque pretii C^n^, pretii *Inst.* || 12 *uerba* acceperim et *deleuit Mommsen* || 14 fundus *Goeschen,* fundum *C* || 15 constituitur *Huschke olim,* constituuntur *C* || 18 quanti *Goeschen,* qua *C* || 19 qua de *C Inst.,* ex eadem *mauult Huschke* || fulloni *Inst.*, fulloin *C* || 20 sarcinatori *C,* aut sarcinatori *Inst.* || 20—21 dederim *Goeschen,* dederimus C^n^, *conf.* C^a^ *pag. 278* || 21 postea C^n^, sed postea *Inst.* || 22 quanti *C,* quantum *Inst.* || 23 item *Polenaar,* uel C^n^ *(conf.* C^a^ *pag. 309 uers. 16 et pag. 273 uers. 21)* || 25—135, 2 emptio et uenditio et locatio et conductio familiaritatem aliquam inter se habere uidentur C^n^, familiaritatem a. i. s. h. uidentur emptio et uenditio item locatio et conductio *Inst.* *(conf. Gaius libro secundo rerum cottidianarum Dig. 19, 2, 2, 1).*

uenditio et locatio et conductio familiaritatem aliquam inter se habere uidentur, ut in quibusdam causis quaeri soleat, utrum emptio et uenditio contrahatur an locatio et conductio. ueluti si qua res in perpet*u*um locata sit, quod *e*uenit in praediis municipum quae ea lege locantur, ut quamdiu [id] uectigal praestetur, neque ipsi conductori neque heredi eius praedium a*u*feratur. sed magis placuit
146 locationem conductionemque esse. Item [qu*a*eritur] si gladiatores ea lege tibi tradiderim, ut in singulos qui integri exierint, pro sudore denar*ii* xx mihi darentur, in eos uero singulos qui occisi aut debilitati fuerint, denari*i* mille, quaeritur utrum emptio et uenditio an locatio et conductio contrahatur. et magis placuit eorum qui integri exierint, locationem et conductionem contractam uideri, at eorum qui occisi aut debilitati sunt, emptionem et uenditionem esse; idque ex accidentibus apparet, tamquam sub condic*i*one || facta cuiusque uendition*e* an location*e*. iam enim pg.167
non dubitatur quin sub condicione res ueniri aut locari
147 possint. Item qu*a*eritur, si cum aurifice mihi conuenerit, ut is ex auro suo certi ponderis certaeque formae anulos mihi facere*t*, et acc*e*per*i*t uerbi gratia denarios cc, utrum emptio et uendit*i*o an locatio et conductio contrahatur. Cassius ait materiae quid*em* emptionem uenditionemqu*e* contrahi, operarum autem locationem et conductionem. sed plerisque placuit emptionem et uenditionem contrahi. atqui si meum aurum ei dedero, merced*e* pro opera constituta, conuenit locationem conductionem contrahi.

148 Societatem coire solemus aut totorum bonorum aut unius

§ 145 inde ab 5 *praediis* usque ad 7 *auferatur* conf. Inst. 3, 24, 3 || § 147 fere = Inst. 3, 24, 4 || § 148 = Inst. 3, 25 pr.

5 ēuenit *C, conf. C*[a] *pag. 312* || 6 id *hic deletum est duce fere Puchta* || 7 auferatur *Goeschen,* autferatur C || 8 queritur *C*[n] *(deleuit hoc glossema Goeschen)* || 10 denarii *Goeschen,* denarios *C* || 16 apparet *C,* apparere *Huschke* || 17 uenditionem an locationem *C* || 18 locari *ex* locumari *correctum C* || 21 faceret *Inst.*, facere *C* || acceperit *Dig. 19, 2, 2, 2;* acciperet *C Inst.* || 22 uenditio *Inst.*, uendito *C* || contrahatur *C*[n], contrahi uideatur *Inst.* || 23 quidem *Inst.*, quid *C*[n], *conf. C*[a] *pag. 262* || uenditionemque *Inst.*, uenditionem quam *C*[n] *(conf. C*[a] *pag. 290)* || 24 operarum *C*[n], operae *Inst.* || 25—26 atqui si *C*[n], quodsi *Inst.* || 26 mercede *Inst.*, mercedem *C*[n] || 27 locationem conductionem *C, ad* locationem et conductionem *ducunt Inst.* || 28 totorum *Inst.*, tutorum *C* || *post* bonorum *Inst. addunt*: quam Graeci specialiter κοινοπραξίαν appellant,

alicuius negot*ii*, ueluti mancipior*um* emendorum aut uen-
149 dendorum. Magna autem quaestio fuit, an ita coiri possit
societas, ut quis maiorem partem lucretur, minorem damni
praestet. quod Q. Mucius ⟨*contra naturam societatis esse
existimauit. sed Ser. Sulpicius, cuius*⟩ etiam praeualuit sen-
tentia, adeo ita coiri posse societatem ex*is*timauit, ut dixerit
illo quoque m*odo* coiri posse, ut quis nihil omnino damni
praestet, se*d* lucri partem capiat, si modo opera eius tam
pretiosa uideatur, ut *aequ*um sit eum cum hac pactione in
societatem admitti. n*am* et ita posse coir*i* societatem con-
stat, ut unus pecuniam conferat, alter non conferat, || et pg.168
tamen lucrum inter eos co*m*mune sit; s*ae*pe enim opera
150 alicuius pro pecunia ualet. Et illu*d* certum est, si de par-
tibus lucri et damni nihil inter eos conuenerit, [tamen]
aequis ex partibus commodum *e*t incommodum inter eos
commune esse. sed si in altero partes express*ae* fuerint,
uelut in lucro, in altero uero omissae, in e*o* quoque quod
151 omissum est, similes partes erunt. Manet autem societas eo
usque, donec in eodem *con*sensu perseuerant. at cum ali-
quis renuntiauerit societati, societas soluitur. sed plane si
quis in hoc renuntiauerit soci*e*tati, ut obueniens aliquod
lucrum solus habeat, ueluti si mihi totorum bonorum socius,
cum ab aliquo heres esset relictus, in hoc renuntiauerit
societati, ut hereditatem solus lucri faciat, coget*ur* hoc
lucrum communicare. si quid uero aliu*d* lucri fecerit quod

§ 149 conf. (ex parte fere =) Inst. 3, 25, 2 || § 150 conf. Inst. 3, 25, 1 et 3 || § 151 = Inst. 3, 25, 4.

1 negoti *C*, negotiationis *Inst.* || mancipiorum *Inst.*, mancipior C^n, *conf.* C^a *pag. 299* || aut uendendorum C^n, uendendorumque *Inst.* || 4—5 ⟨ ⟩ *fere ad Inst. (duce Goescheno) additum; pro* existimauit *possis etiam de* dixit *uel simili aliquo uerbo cogitare* || 5 etiam *(Mommsen mauult* iam*)* praeualuit sententia C^n, sententia praeualuit *Inst.* || 6 extimauit *C* || 7 modo *Goeschen*, m̅ *C*, *conf.* C^a *pag. 277* || 10 nam *Inst.*, non C^n, *conf.* C^a *pag. 280* || posse coire C^n, coiri posse *uel* coire posse *Inst.* || 11 unus *C*, alter *Inst.* || 12 conmune *ex* conmunie *uel potius ex* munie *correctum* C^1 || sepe enim C^n, quia saepe *Inst.* || 14 tamen C^n, *deleuit Mommsen* || 15 et *Boecking*, ut *C* || 17 uelut C^n, *ad* ueluti *ducere uidentur Inst.* || eo *Inst.*, eodem C^n || 18 omissum *C*, praetermissum *Inst.* || 19 consensu *Inst.*, sensu *C*, *conf.* C^a *pag. 260 uers. 3* || perseuerant C^n, perseuerauerint *Inst.* || 20 societas soluitur *C*, soluitur societas *Inst.* || 21 in *C*, callide in *Inst.* || 24 faciat *C*, faceret *Inst.* || cogetur *Goeschen*, coget *C*, cogitur *Inst. (codices plurimi)*, *conf.* C^a *pag. 306* || 25 fecerit *C*, faciat *uel* faceret *Inst.*

non captauerit, ad ipsum solum pertinet. mihi uero quidquid omnino post renuntiatam societatem adquiritur, soli
152 conceditur. Soluitur adhuc societas etiam morte socii, quia
153 qui societatem contrahit, certam personam sibi eligit. Dicitur etiam *c*apitis d*e*minutione solui societatem, quia ciuili ratione *c*apitis deminutio morti coaequatur; sed utique si a*d*huc consentiant in societate*m*, noua *u*idetur incipere so-
154 cietas. Item si cuius ex sociis bona publice aut priuatim uenierint, soluitur societas. sed haec quoque || societas de pg.169 qua loquimur, *id* est quae consensu contrahitur nudo, iuri*s* gentium est, itaque inter omnes homines naturali ratione consistit.

155 Mandatum consistit, siue nostra gratia mandemus siue aliena. itaque siue ut mea negotia geras, siue ut alterius, mandauerim, contrahitur mandati obligatio, et inuicem alter alteri tene*b*imur *in id*, quod uel me tibi uel te mihi bona
156 fide praestare oporte*t*. Nam si tua gratia tibi mandem, superuac*u*um est mandatum; quod enim tu tua gratia facturus sis, id de tua sententia, non ex meo mandatu facere debes. itaque si otiosam pecuniam domi t*e* *h*abentem hortatus fuerim, ut eam f*a*enerares, qu*amuis* *e*am ei mutuam dederis a quo seruare non potueris, non tamen habebis mecum man*dati* actionem. it*e*m si hortatus sim, *ut* r*em* aliquam emeres, quam*uis* non expedierit tibi eam emisse, non tamen tibi mandati tene*bor*. et adeo haec ita sunt,

§ 152 = Inst. 3, 25, 5 || § 153 inde ab 6 *si* = Inst. 3, 25, 8 || § 156 inde ab 20 *itaque* usque ad 21 *fuerim* et inde ab 25 *et* usque ad pag. 138, 2 *faenerares* et inde ab 138, 3 *quia* = Inst. 3, 26, 6.

1 uero *Inst.*, uero *ex* uiro *correctum?* C[n] || 7 societatem *Inst.*, societate *C* || 9—10 *ad hunc locum emendandum (conf. C*[as]*) non paucae patent uiae. Fortasse propter homoeoteleuton nonnulla interciderunt:* sed haec quoque (societas————————) societas de qua loquimur etc.; *erunt enim qui expectent talia: hanc quoque societatem nouo consensu redintegrari posse, deinde societatem priuatam, de qua apud Gaium agitur, oppositam esse societatibus publicanorum, quae neque consensu nudo contrahantur neque ad peregrinos pertineant* || 10—11 iuris gentium *Fitting,* iuriscogentium? *C* || 16 in id *Huschke,* id in *C* || 17 oportet *Goeschen,* oportere *C, conf. C*[a] *pag. 283* || 20 te habentem *Inst.*, tuae abentem *C* || 21 quamuis eam *Goeschen,* quiam *C, conf. C*[a] *pag. 297 uers. 25* || 22 potueris *ex* potuerit *uel ex* potueric *correctum C* || 23 si *C,* si ⟨te⟩ *Huschke* || 24 quamuis *Goeschen,* q C[n], *conf. C*[a] *pag. 297 uers. 26* || 25 tenebor *Goeschen,* teneri *C.*

ut qu*a*eratur an mandati tene*a*tur qui mandauit tibi, ut
Titio pecuniam f*a*enerares. [sed] Seruius negauit; n*ec*
magis hoc casu obligat*ionem* consistere putauit, quam si
generaliter alicui mandetur, uti pecuniam suam faeneraret.
⟨*sed*⟩ sequimur Sabini opinionem con*tra* sentientis, qu*i*a
non aliter Titio credidisses, quam si tibi mandatum esset.
157 Illu*d* constat, si quis de ea re mandet quae contra bonos
mores || est, non *con*trahi obligationem; ueluti *s*i *t*ibi man- pg. 170
158 de*m*, ut Titio furtum au*t* iniuriam facias. Item si qui*d*
pos*t* mortem meam faciendum ⟨*mihi*⟩ mandet*ur*, inutile man-
datum est, quia generaliter placuit ab heredis persona obli-
159 gationem incipere non posse. Sed recte quoque consum-
matu*m* mandatum si, dum adhuc integra res sit, reuoca-
160 tum fuerit, euanescit. Item si adhuc integro mandat*o* mors
alterutrius alicuius interueniat, id est uel eius qui man-
da*ue*rit uel eius *q*ui mandatum susceperit, soluitur manda-
tum. sed utilitatis causa receptum est, ut si mortuo eo qui
mihi mandauerit, ignorans eum decessisse e*x*ecutus fu*e*ro
mandatum, posse me agere mandati actione; alioquin iusta
et probabilis ignorantia damnum mihi *ad*fe*r*ret. et huic
simile est quod plerisque placuit, si debitor meus manu-
misso dispensatori meo per ignorantiam soluerit, liberari
eum, cum alioquin stricta iuris ratione non posse*t* liberari

§ 159 inde ab 12 *recte* = Inst. 3, 26, 9 || § 160 fere = Inst. 3, 26, 10.

1 teneatur *Inst.*, teneantur Cⁿ || 2 sed Cⁿ *(conf. Cᵃ pag. 300 med.)* || nec] non? Cⁿ, *conf. Cᵃ pag. 280 inf.* || 3 obligationem] obligatum *C*, *conf. Cᵃ pag. 305 uers. 26 et uers. 2* || 5 sed *om. C*, *conf. Cᵃ pag. 300 uers. 17 seqq.* || contra sentientis *Mommsen*, consentientis *C*, *conf. Cᵃ pag. 260 uers. 3 et uers. 13* || quia *Inst.*; *incertum, utrum* quod *an* quia *uoluerit* Cⁿ || 8 contrahi] *conf. Cᵃ pag. 260 uers. 17* || si tibi *Goeschen*, tisibi *C* || 8—9 mandem *Goeschen*, mandemus Cⁿ, *conf. Cᵃ pag. 278* || 9 aut *Goeschen*, autem Cⁿ, *conf. Cᵃ pag. 257* || quid *Lachmann*, quis *C* || 10 pos *C*, *conf. Cᵃ pag. 285* || mihi *hoc loco addidit Huschke (conf. Cᵃ pag. 277 uers. 18)* || mandetur *Lachmann*, mandet Cⁿ, *conf. Cᵃ pag. 306* || 12—13 consummatum mandatum *Goeschen*, consummatur *(conf. Cᵃ pag. 306 inf.)* mandatum *C*, mandatum contractum *Inst.* *(rectius; nam* consummare mandatum *est* exequi*)* || 14 mandato *Inst.*, mandatum *C*, *conf. Cᵃ pag. 305 uers. 21 et uers. 26* || 15 alicuius *C*, *om. Inst.* *(multo probabilius)* || 15—16 mandauerit *Inst.*, mandarit *C* || 16 qui *Inst.*, cui *C* || 17 ut si *C et Inst. libri nonnulli*, si *Inst. libri alii* || 18 fuero *Goeschen*, furo *C* || 20 adferret *Goeschen*, non atferet Cⁿ, afferat *Inst.* *(codices deteriores aut* afferet *aut* afferret*)* || 21 quod] *conf. Cᵃ pag. 294 uers. 25* || plerisque *C*, *om. Inst.* || 23 posset *Goeschen*, possent Cⁿ, *conf. Cᵃ pag. 265.*

161 eo quod al*ii* soluisset quam cui soluere deberet. Cum
autem is cui recte mandauerim, egressus fuerit mandatum,
ego quid*em* eatenus cum eo *h*abeo mandati actionem, qua-
tenus mea interest inplesse eum mandatum, si modo *in*-
plere potuerit; at ille mecum agere non potest. itaque si
mandauerim tibi, ut *u*erbi gratia fundum mihi sestertiis $\overline{C}$
emeres, tu ses*tertiis* $\overline{CL}$ emeris, non habebis mecum ‖ man- pg. 174
dati actionem, etiamsi tanti uelis mihi dar*e* fundum, quanti
emendum tibi mandassem; idque maxime Sabino et Cassio
placuit. quodsi minoris emeris, habebis mec*um* scilicet
actionem, quia qui mandat, ut $\overline{C}$ milibus emeretur, is uti-
que mandar*e* intellegitur, uti minoris, si posset, emere*tur*.
162 In summa sciendum ⟨*est*, *quotiens*⟩ aliquid gratis ⟨*faciendum*⟩
dederim, quo nomine si mercedem statuissem, locatio et
conductio contraheretur, mandati esse actionem; ueluti si
fulloni polienda curandaue uestimenta ⟨*dederim*⟩ aut sarci-
natori sarcienda.
163 Expositis generibus obligationum quae ex contractu
nascuntur, admonendi sumus adquiri nobis non solum per
nosmet ipsos, sed etiam per eas personas quae in nostra
164 potestate manu mancipioue sunt. Per liberos quoque ho-
mines et alienos seruos quos bona fide possidemus, ad-
quiritur nobis, sed tantum ex duabus causis, id est si quid
165 ex operis suis uel ex re nostra adquirant. Per eum quo-
que seruum in quo usumfructum habemus, similiter ex
166 duabus istis causis nobis adquiritur. Sed qui nudum ius
Quiritium in seruo habet, licet dominus sit, minus tamen
iuris in ea re habere intellegitur quam usufructuarius et
bon*ae* fidei possessor. nam placet ex nulla caus*a* ei adquiri

§ 161 inde ab 10 *quodsi* fere = Inst. 3, 26, 8 ‖ § 162 inde ab 15 *si* = Inst. 3, 26, 13 ‖ § 163 = Inst. 3, 28 pr. ‖ § 164 = Inst. 3, 28, 1 ‖ § 165 = Inst. 3, 28, 2.

1 eo quod C^n, quia *Inst.* ‖ 3 quidem *Goeschen*, quid *C*, *conf.* C^a *pag. 262 uers. 30* ‖ actionem *Goeschen*, attionem C^n, *conf.* C^a *pag. 305* ‖ 7 sestertiis *Goeschen*, se *C*, *conf.* C^a *pag. 303 med.* ‖ 8 dare *Goeschen*, dari *C* ‖ 10 mec̄ *(conf.* C^a *pag. 260)* scilicet C^n, *ad inuersum uerborum ordinem ducunt Inst.* ‖ 11 quia *C*, quoniam *Inst.* ‖ ut *C*, ut sibi *Inst.* ‖ 12 mandare *Goeschen*, mandari *C*, mandasse *Inst.* ‖ uti *C*, ut *Inst.* ‖ emeretur *Inst.*, emeret *C*, *conf.* C^a *pag. 306* ‖ 13 ⟨ ⟩ *et* ⟨ ⟩ *addita duce fere Goescheno* ‖ 16 dederim *hoc loco addendum esse suadent Inst.* ‖ 20 eas *C*, eas quoque *Inst.* ‖ 21 liberos *Inst.*, libereos C^n, *conf.* C^a *pag. 276* ‖ 22—23 adquiritur *ex* adquirisur *correctum* C^1 ‖ 25 usumfructum *C*, usum fructum uel usum *Inst.* ‖ 27 habet *ex* habent *correctum* *C* ‖ 29 possessor] *conf.* C^a *pag. 284 inf.* ‖ causa *Goeschen*, causa alia C^n.

posse; adeo ut etsi nominatim ei dari stipulatus fuerit ser-
uus, mancipiou*e* nom*in*e eius acceperit, || quidam existim*e*nt pg.172
167 nihil ei adqu*i*ri. Co*m*munem seruum pro dominica parte
dominis adquirere certum est; excepto eo quod uni nomi-
natim stipulando aut mancipio accipiendo illi soli adquiri*t*,
uelut cum ita stipuletur TITIO DOMINO MEO DARI SPONDES? aut
cum ita mancipio accipiat HANC REM EX IVRE QVIRITIVM L. TIT*I*I
DOMINI MEI ESSE AIO EAQVE EI EMPTA ESTO HOC AERE *A*ENEAQVE
167a LIBRA. Illu*d* quaeritur *an* qu*od* domini nomen adiectum
*ef*ficit, idem faciat unius ex dominis iussum intercedens.
nostri praeceptores perinde ei qui iusserit soli a*d*quiri exi-
stimant, a*t*que si nominatim ei soli stipulatus esset seruus
mancipioue acc*e*pisset. diuersae scholae auctores proinde
utrisque adquiri putant, ac si nulli*us* iussum interuenisset.
168 Tollitur autem obligatio praecipue solutione eius quod
deb*e*tur. unde quaeritur, si quis consentiente creditore
aliu*d* pro alio soluerit, utrum ipso iure liberetur, quod
nostris praeceptoribus plac*ui*t, an ipso iure maneat obli-
gatus, se*d* aduersus petentem exceptione doli mali defendi
debeat, quod diuersae scholae auctoribus uisum est.
169 *Item* per acceptilationem tollitur obligatio. acceptilatio
autem est uelut*i* imaginaria solutio; quod enim ex uerbo-
rum obligatione tibi debeam, id si uelis mihi remittere,
poterit sic fieri, ut patiaris haec uerba *m*||e dicere QVO*D* EGO pg.173
TIBI PROMISI, HABESNE ACCEPTVM? et tu respondeas *H*ABEO.

---

§ 167 usque ad 6 *SPONDES* = Inst. 3, 28, 3 || § 168 usque ad 17 *soluerit* conf. Inst. 3, 29 pr. || § 169 = Inst. 3, 29, 1.

---

2 mancipioue *Goeschen,* mancipiouel *C*ⁿ, *conf. C*ᵃ *pag. 309* || nomine *Goeschen,* nomen *C, conf. C*ᵃ *pag. 282* || existiment *Goeschen,* existimant *C* || 3 adquiri *Goeschen,* adquri *C, conf. C*ᵃ *pag. 297 inf.* || 5 stipulando aut mancipio accipiendo *Goeschen,* stipulando uel mancipiando aut mancipio accipiendo *C*ⁿ, stipulando aut per traditionem accipiendo *Inst.* || adquirit *Inst.*, adquiritur *C, conf. C*ᵃ *pag. 306* || 6 uelut *C*ⁿ, ueluti *Inst.* || dari *C,* dare *Inst.* || 8 AENEAQVE *Goeschen,* ieneaque *C*ⁿ || 9 an quod *Goeschen,* tamquam *C*ⁿ, *conf. C*ᵃ *pag. 294 inf.* || domini *ex* domino *correctum C* || 10 efficit *Goeschen,* domini etfecit *C* || 11 perinde *C*ⁿ, *conf. tamen C*ᵃ *pag. 286* || 13 accipisset *C* || 14 nullius *Goeschen,* nullis *C* || 16 debetur *Inst.*, debeatur *C*ⁿ || 18 placuit *Lachmann,* placet *C, conf. C*ᵃ *pag. 287* || 21 item *Inst.*, fit *C, conf. C*ᵃ *pag. 273* || 21—22 acceptilatio autem est uelutiti *(conf. C*ᵃ *pag. 311 uers. 25) C*ⁿ, est autem acceptilatio *Inst.* || 24 quod *Inst.*, quia? *C*ⁿ, *conf. C*ᵃ *pag. 294 inf.*

170 Quo genere, ut diximus, ⟨*tantum eae obligationes soluuntur, quae ex uerbis consistunt,*⟩ non etiam ceterae; consentaneum enim uisum est uerbis factam obligationem posse al*i*is uerbis dissolui. se*d* id quod ex alia causa debeatur, potest in stipulationem deduci et per ⟨*acceptilationem dis-*
171 *solui. Quamuis autem dixerimus contineri*⟩ acceptilationem imaginaria solutione, tamen mulier sine tutoris auctoritate acceptum facere non potest, cum alioquin solui ei sine
172 tutoris auctoritate possit. Item quod debet*ur*, pro parte *r*ect*e* solui*tur*; a*n* autem in partem acceptum fieri possit, quaesitum ⟨*est*⟩.

173 Est etiam alia species imaginariae solutionis per aes e*t* libram. quod et ipsum genus certis in causis recept*u*m est, ueluti si quid eo nomine debea*tur* quod per aes et libram gestum *s*it, siue qu*id* ex iudicati causa deb⟨*eatur.*
174 *Eaque res ita ag*⟩itur: adhibe*nt*ur non minus quam quinque testes e*t* libripens. deinde is qui liberat*ur*, ita oportet loquatur QVO*D* EGO TIBI TOT MILIBVS CONDEMNAT*VS SVM*, ME *E*O NO*MINE A* TE SOLVO LI*BE*ROQV*E* HOC AERE AENEAQVE LIBRA. HANC TIBI LIBRAM PRIMAM POSTREMA*M*QV*E* EXPEND*O* ⟨*SECVNDVM*⟩ LEGEM PVBLICAM. deinde asse percutit libram eumque d*a*t e*i* a quo

§ 170 = Inst. 3, 29, 1 ‖ § 172 conf. Inst. 3, 29, 1.

1 *ante* § *170 Huschke intercidisse suspicatur ea quae in Inst. 3, 29, 1 hoc modo leguntur:* sed et Graece potest acceptum fieri, dummodo sic fiat, ut Latinis uerbis solet: Ἔχεις λαβὼν δηνάρια τόσα; Ἔχω λαβών. ‖ 1 quo *Inst.*, quod *C, conf. C*ᵃ *pag. 293 inf.* ‖ 1—2 ⟨ ⟩ *additum duce Goescheno ex Inst.* ‖ 4 set *C*, sed et *codices Institutionum* ‖ debeatur *C*ⁿ, debetur *Inst.* ‖ 5—6 *uerba* acceptilationem dissolui *addidit Lachmann ex Inst.; cetera exempli gratia ad sententiam duce ex parte Huschkio addita sunt* ‖ 9 debetur *Goeschen*, debet *C, conf. C*ᵃ *pag. 306* ‖ 10 recte *Inst.*, debet recte solui recte? *C* ‖ an *Goeschen*, a· *(i. e.* aut? *conf. C*ᵃ *pag. 255 inf.) C*ⁿ ‖ partem *C*, partem ⟨debiti⟩ *Huschke (ad exemplum Institutionum)* ‖ 11 est *addidit Heise, om. C, conf. C*ᵃ *pag. 265 uers. 39* ‖ 12—13 aes et *Goeschen*, aes etiam *C*ⁿ, *conf. C*ᵃ *pag. 267 uers. 12* ‖ 13 receptum *Goeschen*, receptisum *C* ‖ 14 debeatur *Goeschen*, debeat *C, conf. C*ᵃ *pag. 306* ‖ 15 sit *Huschke*, ēt· *(i. e.* etiam *pro* esset?, *conf. C*ᵃ *pag. 266 inf.) C*ⁿ ‖ quid *Goeschen*, quodt *C*ⁿ, *conf. C*ᵃ *pag. 294* ‖ 15—16 debeatur. eaque res ita agitur: adhibentur *Krueger e. g. proposuit*, debit athibemur? *C, conf. C*ᵃ ‖ 18 milibus *C*ⁿ, *scribendum fortasse* MILIA (*uel* MILIVM), *conf. C*ᵃ *pag. 278 inf.* ‖ CONDEMNATVS SVM] *conf. tamen C*ᵃ; *in formula fuerit* DAMNAS SVM ‖ 18—19 EO NOMINE A TE] conmenxcte? *C, conf. C*ᵃ ‖ 19 LIBEROQVE *Goeschen*, liueroquam *C*ⁿ, *conf. C*ᵃ *pag. 290* ‖ 20 POSTREMAMQVE *Huschke*, postremanquam *C*ⁿ, *conf. C*ᵃ *pag. 290* ‖ EXPENDO] expende *C* ‖ SECVNDVM *addidit Huschke, om. C, conf. C*ᵃ *pag. 300 uers. 16 et Gai. 2*, § *104* ‖ 21 dat ei *Bluhme*, detel *C* ‖ quo *Bluhme*, quod *C*ⁿ, *conf. C*ᵃ *pag. 293.*

175 liberatu*r*, ueluti soluendi causa. Similiter legatarius heredem eodem modo liberat de legato quod per damnationem relictum est, ut tamen scilicet, sicut iudicatus condemna*tum* se esse significat, ita heres *testamento* se dare damnatum esse dicat. de eo tamen tantum potest heres eo modo liberari, quod pondere numero constet; et ita si certum sit. quidam et de eo || quod mensura constat *idem* existimant. pg.174
176 Praeterea nouatione tollitur obligatio; ueluti si quod tu mihi debeas, a Titio dari stipulatus sim. nam interuentu nou*a*e personae noua nascitur obligatio et prima tolli*tur* translata in posteriorem, adeo ut in*ter*dum, licet posterior stipulatio inutilis sit, tamen prima nouationis iure tollatur; ueluti si quod mihi debes, a Titio post mortem eius uel a muliere pupilloue sine tutoris auctoritate stipulatus fuero. quo casu rem amitto; nam et prior debitor liberatur et posterior obligatio nulla est. non id*em* iuris est si a seruo stipulatus fuero; nam tunc ⟨*prior*⟩ proinde *ad*huc obligatus tenetur, ac si postea a nullo stipulatus
177 fuissem. Sed si eadem persona sit, a qua postea stipuler, ita demum nouatio fit, si quid in posteriore stipulatione noui sit, forte si condicio *aut dies aut sponsor* adiciatur aut
178 *de*trahatur. Sed quo*d* de sponsore dix*imus*, non constat; nam diuersae sc*h*olae auctoribus placuit nihil ad nouatio-
179 nem proficere sponsoris adiectionem aut detrac*t*ionem. Quod autem diximus, si condicio adiciatur, nouationem fieri, sic intellegi *oportet*, ut ita dicamus factam nouationem, si condicio extiterit; alioquin si defecerit, durat prior obligatio.

---

§ 176 = Inst. 3, 29, 3 || § 177 = Inst. 3, 29, 3 || § 179 usque ad 27 *obligatio* = Inst. 3, 29, 3 || *diximus*] § 177.

---

1 liberatur *Goeschen*, liberatum *C*, *conf. Ca pag. 306 inf.* || 3—4 condemnatum] condemnati *C*, *conf. Ca pag. 305 uers. 33* || 4 testamento] *conf. Ca pag. 308 uers. 25* || 6 liberari *Goeschen*, librari *C* || 7 idem *Goeschen*, ind *C*, *conf. Ca pag. 262* || 8 quod *Cn*, id quod *Inst.* || 11 interdum *Inst.*, indum *C*, *conf. Ca pag. 304* || 13 tollatur *C*, tollitur *Inst.* || quod *Cn*, id quod *Inst.* || debes *C*, tu debebas *Inst.* || 15 quo *Inst.*, quod *Cn*, *conf. Ca pag. 293* || 16 idem *Inst.*, id? *C*, *conf. Ca pag. 262* || 17 prior *Inst.*, *om. C* || 18 athuc obligatus tenetur *Cn*, obligatus manet *Inst.* || a nullo *C*, nullus *codices Institutionum* || stipulatus *ex* stipulatos *correctum C* || 21 aut dies aut sponsor] uel sponsor aut dies *Cn*, aut dies aut fideiussor *Inst.* || 22 detrahatur *Inst.*, trahatur *C* || quod *Goeschen*, quae *Cn*, *conf. Ca pag. 294 inf.* || diximus *Boecking*, dixi *C*, *conf. Ca pag. 263 uers. 10 et pag. 278* || 24 detractionem *Heffter*, detractationem *Cn* || 26 oportet *Inst.*, ō· *Cn* (*conf. Ca pag. 283*).

sed uideam*us* num is qui eo nomine agat, doli mali aut pacti conuenti exceptione possit summoueri, quia uidetur inter eos id actum, ut ita ea res peteretur, si posterioris || stipulationis e*x*titerit condicio. Ser. tamen Sulpicius exis- pg.175
timauit statim et pendente condicione no*u*ationem fieri, et si defecerit condicio, ex neutra causa agi posse ⟨*et*⟩ eo modo rem perire. qui consequenter et illu*d* respondit, si quis id quod sibi L. Titius deberet, a seruo fuerit stipulatus, nouation*e*m fieri et rem perire, quia cum seruo agi non posset. ⟨*sed*⟩ in utroque casu alio iure utimur. nec magis his casibus nouatio fit, quam si id quod tu mihi debeas, a peregrino cum quo spons*us* co*m*munio non est, SPONDES uerbo stipulatus sim.

180 Tollitur a*d*huc obligatio litis contestatione, si modo legitimo iudicio fuerit actum. nam tunc obligatio quidem principalis dissoluit*ur*, incip*i*t autem teneri reus liti*s* contestatione; se*d* s*i* condemnatus sit, sublata litis contestatione incipit ex causa iudicati teneri. et hoc ⟨*est*⟩ quod apud ueteres sc*rip*tum est, ante litem contestatam dare debitorem oportere, post litem contestatam condemnari oportere, post

181 condemnationem iudicatum facere oportere. Vnde fit, ut si legitimo iudicio debit*um* petiero, postea de eo ipso iure agere non possim, quia inutiliter in*ten*do DARI MIHI OPORTERE, quia litis contestatione dari oportere desiit. aliter atque si imperio continenti iudicio egerim; tunc enim nihilo minus obligatio durat, et ideo ipso iure postea agere possu*m*, sed debeo p*er* exc*eptio*n*em* rei iudicatae uel in iudicium deduct*ae* summoueri. quae autem legitima || iudicia et pg.176
quae imperio continent*ia* ⟨*sint*⟩, sequenti co*m*mentario referemus.

§ 181 *sequenti commentario*] 4, 103—109.

1 uideamus] *conf.* Cª *pag.* 277 *inf.* || 3 ita *ex* itia *correctum* C || 6 et *addidit Boecking* || 9 nouationem *Goeschen*, nouationum *C*, *conf.* Cª *pag.* 282 *uers.* 3 *et pag.* 280 *inf.* || 10 sed *addidit Goeschen*, *om.* C, *conf.* Cª *pag.* 300 *med.* || 12 sponsus *Savigny*, sponsio C || 15 fuerit *ex* fierit *correctum* C || 16 dissoluitur *Goeschen*, dissoluit *C*, *conf.* Cª *pag.* 306 || incipit *Goeschen*, incipiat *C* || litis *Goeschen*, litibus Cⁿ || 17 si *Goeschen*, sed Cⁿ, *conf.* Cª *pag.* 304 *uers.* 6 || 18 est *addidit Goeschen*, *om.* C (*conf.* Cª *pag.* 265 *inf.*) || 21 scriptum] *conf.* Cª *pag.* 302 || 22 debitum *Goeschen*, debit *C*, *conf.* Cª *pag.* 305 || 26 possum *Goeschen*, possumus Cⁿ, *conf.* Cª *pag.* 278 || 27 per *Goeschen*, p̄ Cⁿ, *conf.* Cª *pag.* 284 *uers.* 13 || exceptionem *Goeschen*, excon *C*, *conf.* Cª *pag.* 267 || 29 continentia sint *Mommsen*, continente *potius quam* contineant *in C uidetur extare* || referemus *Goeschen*, refetemus *aut* repetemus? *C*.

182 Transeamus nunc ad obligationes quae ex delicto nascu*n*tur, ueluti si quis furtum fecerit, bona rapuerit, damnum dederit, iniuriam commiserit; quarum omnium rerum uno genere cons*i*stit obligatio, cum ex contractu obligationes i*n* IIII genera d*i*ducantur, sicut supra exposuimus.

183 Furtorum autem genera Ser. Sulpicius et Masurius Sabinus IIII esse dixerunt, manifestum et nec manifestum, conceptum et ob*l*atum; Labeo duo, manifestum ⟨*et*⟩ nec manifestum; nam conceptum et oblatum species potius actionis esse furto coh*a*erentes quam genera furtorum; quod
184 sane uerius uidetur, sicut inferius appare*b*it. M*anif*estum f*ur*tum quidam id e*s*se dixerunt, quo*d* dum fit, deprehenditur. al*i*i uero ulterius, quod eo loco deprehendit*ur*, ubi fit, ueluti si in oli*u*eto oli*u*arum, in uineto uuarum furtum factum est, quamdiu in eo oli*u*eto aut uineto fu*r* sit; a*ut* si in domo furtum factum sit, quamdiu in ea domo fur sit. alii adhuc ulterius eo usq*ue* manifestum furtum esse dixerunt, donec perferret eo quo perferre fur destinasset. alii adhuc ulterius, quandoque eam rem fur tenens uisus fuerit; quae sententia non optinuit. se*d* et illorum sententia qui existimauerunt, donec perferret eo quo fur destinasset, deprehensum furtum manifestum esse, ideo non uidetur probari, qu*ia* magnam recipit dubitatione*m*, utr*um* ‖ unius diei an etiam plurium dierum spatio id terminandum pg.177
sit. quod eo pertinet, quia saepe in aliis ciuitatibus su*b*rept*as* re*s* in alias ciuitates uel in alias p*r*ouincias destinant fur*es* pe*r*ferre. ex duabus itaque superioribus opinionibus alterutra adprobat*ur*; magis tamen plerique posteriorem

§ 182 *supra*] § 89 ‖ § 183 init. et inde ab 8 *duo* fere = Inst. 4, 1, 3 ‖ *inferius*] §§ 186 seq.

4 consistit *Goeschen*, constitit C^n ‖ 5 in *Goeschen*, im *C* ‖ deducantur *C* ‖ 8 oblatum *Goeschen*, obligatum *C* ‖ et nec *Inst.*, nec *C* ‖ 11—12 manifestum furtum *Goeschen*, metum fructum *C, conf.* C^a *pag. 278* ‖ 12 esse] *conf.* C^a *pag. 265 uers. 37* ‖ quod *Goeschen*, quo C^n, *conf.* C^a *pag. 295* ‖ 14 oliueto *Goeschen*, solibeto *C* ‖ 15 est C^n, sit *expectari intellexit Polenaar* ‖ fur sit aut *Hollweg*, fueritasita *C, conf.* C^a *pag. 256 uers. 10* ‖ 17 usque manifestum furtum *Goeschen*, *in* C^n *fortasse* usque fac|tum manifestum furtum *uel omisso hoc ultimo uocabulo scriptum erat, conf.* C^a ‖ 23 *utrum* quia *an* quod *uoluerit* C^n, *non liquet* ‖ dubitationem *Goeschen*, dubitatione *C* ‖ 25 quia C^n; quod *coniecit Polenaar (conf.* C^a *pag. 294 uers. 38)* ‖ 25—26 subreptas res *Goeschen*, surrepte ress *C* ‖ 26 prouincias *Goeschen*, peruincias C^n, *conf.* C^a *pag. 289* ‖ 27 fures *Goeschen*, fur *C (conf.* C^a *pag. 298 uers. 25)* ‖ perferre *Goeschen*, proferre C^n, *conf.* C^a *pag. 284 uers. 8* ‖ 28 approbatur *Goeschen*, adprobat C^n *(conf.* C^{as}*), conf.* C^a *pag. 306.*

185 probant. *Nec* manifestum furtum qu*i*d sit, ex *i*is quae
diximus intellegitur. nam quo*d* manifestum non est, id nec
186 manifestum est. Conceptum furtum dicitur, cum apud
aliquem testibus praesentibus furti*u*a res quae*s*ita et in-
uenta sit. nam in eum propria a*ctio* constituta est, quam-
187 uis fur non sit, quae appellatur concepti. Oblatum furtum
dicitur, cum res furti*u*a tibi ab aliquo oblata sit eaque
apu*d* te concepta sit; *u*tique si ea mente data tibi fuerit,
ut apu*d* te potius qua*m apud* eum qui dederit, concipere-
tur. nam tibi, apud quem concepta est, propria aduersus
eum qui optulit, quamuis fur non sit, constituta est actio,
188 ⟨*quae*⟩ appellatur obl*a*ti. Est et*iam* prohibiti furti ⟨*actio*⟩
aduersus eum qui furtum qu*ae*rere uolentem prohibuerit.
189 Poena manifesti furti ex leg*e* XII tabularum capitalis
erat. nam liber *u*erberatus addicebatur ei cui furtum fe-
cerat; utrum autem seruus efficeretur ex addictione, an
adiudicati loco constitueretur, ueteres quaerebant. *in ser-*
uum aeque uerbera*tum animaduertebatur*. *sed* postea in-
probata est asperitas poenae et tam ex serui persona quam
ex liberi quadrupli actio praetoris edicto constituta est. ||
190 Nec manifesti furti poena per legem ⟨*XII*⟩ tabularum dupli pg. 178
191 inrogatur, eamque etiam praetor conseruat. Concepti et
oblati poena ex lege XII tabularum tripli es*t*, *ea*qu*e* similiter

§ 185 = Inst. 4, 1, 3; conf. Dig. 47, 2, 8 (Gaius libro XIII ad edictum prouinciale) || § 186 = Inst. 4, 1, 4 || § 187 = Inst. 4, 1, 4 || § 188 = Inst. 4, 1, 4 || § 189 init. et inde ab 19 *tam* et § 190 conf. Inst. 4, 1, 5.

1 nec *Inst. Dig.*, ni *C*, *conf.* C^a *pag. 280 uers. 33* || quid *Inst. Dig.*, quod C^n, *conf.* C^a *pag. 294 uers. 28* || 2 quod *Inst. Dig.*, quae C^n, *conf.* C^a *pag. 294 inf.* || id *C*, id scilicet *Inst.*, hoc scilicet *Dig.* || 3 manifestum est] *conf.* C^a *pag. 278 uers. 18* || 4 furtiua *Inst.*, furtibusa *C*, *conf.* C^a *pag. 315 uers. 29 et pag. 258 uers. 12* || quaesita *Inst.*, quasita? C^n, *conf.* C^a *pag. 290 uers. 16* || 5 sit *Inst.*, est C^n || actio *Inst.*, a *C*, *conf.* C^a *pag. 256 uers. 26* || 7 tibi ab aliquo *C*, ab aliquo tibi *Inst.* || 8 utique *Inst.*, uel utique *C*, *conf.* C^a *pag. 309 uers. 16* || data tibi *C*, tibi data *Inst.* || 9 quam apud *Inst.*, quap C^n, *conf.* C^a *pag. 291 uers. 35* || 10 est C^n, sit *Inst.* || 12 quae *Inst.*, *om. C*, *conf.* C^a *pag. 290 uers. 7* || oblati *Inst.*, obliti *C* || etiam *Inst.*, et? *C*, *conf.* C^a *pag. 267 uers. 14* || actio *Inst.*, *om. C*, *conf.* C^a *pag. 256 uers. 24* || 13 querere *C*, quaerere testibus praesentibus *Inst.* || 14 lege *Goeschen*, legei? *C*, *conf.* C^a *pag. 275 inf.* || 17—18 seruum aeque *Lachmann*, eum atque C^n *teste Goescheno* || 17—18 *ad sententiam suppleuit Huschke (olim)*, *conf.* C^a || 20 *post* liberi *littera* n *expuncta est in C* || 21 ⟨ ⟩ *addidit Goeschen* || 23 est eaque *Lachmann*, esse qua C^n, *conf.* C^a *pag. 266 uers. 3*.

192 a praetore seruatur. Prohibiti actio quadrupli est ex *edicto*
praetoris introducta; lex autem eo nomine nullam poenam
constituit. hoc solum praecipit, ut qui quaerere uelit, nudus
quaerat, licio cinctus, lancem habens; qui si quid inuene-
193 rit, iubet id lex furtum manifestum esse. Quid sit autem
licium, quaesitum est. sed uerius *est* consuti genus esse,
quo necessariae partes tegerentur. quae res [lex tota]
ridicula est. nam qui uestitum quaerere prohibet, is et
nudum quaerere prohibiturus est, eo magis quod ita quae-
sita re ⟨*et*⟩ inuenta maiori poenae subiciatur. deinde quod
lancem siue ideo haberi iubeat, ut manibus occupatis nihil
subiciat, siue ideo ut quod inuenerit, ibi inponat, neutrum
eorum procedit, si id quod *quae*ratur, eius magnitudinis
aut naturae sit, ut neque subici neque ibi inponi possit.
certe non dubitatur, cuiuscumque materiae sit ea lanx,
194 satis legi fieri. Propter hoc tamen quod lex ex ea causa
manifestum furtum esse iubet, sunt qui scribunt furtum
manifestum aut lege ⟨*intellegi*⟩ aut natura: lege id ipsum
de quo loquimur, natura illud de quo superius exposui-
mus. sed uerius est natura tantum manifestum furtum
intellegi. neque enim lex facere potest, ut qui manifestus
fur non sit, manifestus sit, non magis quam qui omnino
fur non sit, fur sit, et qui adulter aut homicida non sit,
adulter uel ‖ homicida sit. at illud sane lex facere potest, pg.179
ut proinde aliquis poena teneatur atque si furtum uel ad-
ulterium uel homicidium admisisset, quamuis nihil eorum
admiserit.

1 edicto *Goeschen*, e *C*, *conf. C*ª *pag. 264* ‖ 2 introducta *Goeschen*, inutroducta *C* ‖ poenam] *conf. C*ª *pag. 279 inf.* ‖ 3 praecipit *Lachmann*, praecepit *C*ⁿ ‖ 4 licio *A. van der Hoeven*, linteo *ex* linteos *correctum C* ‖ 5 esse *Goeschen*, esset *C*ⁿ, *conf. C*ª *pag. 266 uers. 30* ‖ 6 licium *van der Hoeven*, linteum *C* ‖ set uerius est *Goeschen*, set ueriusseam *(ita ut tertia* s *littera lineola inducta sit) C; nisi ante* sed uerius est *aliorum iurisconsultorum sententia discrepans intercidit, possis e. g. talia quoque temptare:* sed Verrius ait ‖ 7 quae res lex tota *C*ⁿ, quae res *Polenaar;* quare lex tota *Goeschen, conf. C*ª *pag. 297 uers. 21 et pag. 298 inf.* ‖ 8 prohibet *Goeschen*, perhibet *C*ⁿ, *conf. C*ª *pag. 286 uers. 12* ‖ 9 prohibiturus *Sander*, prohibitus *C*, *conf. C*ª *pag. 306 uers. 22* ‖ 10 re *van der Hoeven*, res *C*ⁿ, *conf. C*ª *pag. 298 uers. 35* ‖ et *addidit Huschke* ‖ 11 occupatis *Vangerow*, occupantis *C* ‖ 12 inuenerit *Goeschen*, inueneri *C*, *conf. C*ª *pag. XXXII inf.* ‖ 13 quod quaeratur *Goeschen*, quodratur *C*ⁿ, *conf. C*ª *pag. 290 uers. 7* ‖ 14 ibi inponi *Goeschen*, ibinponi *C* ‖ 18 intellegi *hoc loco addidit Huschke* ‖ *alterum* lege *ex* lese *correctum C* ‖ 22 non sit *Goeschen*, non si *C* ‖ 23 adulter aut *Goeschen*, adultera *C*, *conf. C*ª *pag. 256* ‖ 25 teneatur *Goeschen*, teneat *C*, *conf. C*ª *pag. 306* ‖ atque *Goeschen*, atqua *C*, *conf. C*ª *pag. 290 uers. 19* ‖ 26 admisisset *Goeschen*, admisset *C*.

195 Furtum autem fit non solum cum quis intercipiendi
causa rem alienam amouet, sed generaliter cum quis rem
196 alienam inuito domino contrectat. Itaque si quis re quae
apud eum deposita sit utatur, furtum committit. et si quis
utendam rem acceperit eamque in alium usum transtulerit,
furti obligatur, ueluti si quis argentum utendum acceperit,
quasi amicos ad cenam inuitaturus, et id peregre secum
tulerit, aut si quis equum gestandi gratia commodatum
longius aliquo duxerit, quod ueteres scripserunt de eo qui
197 in aciem perduxisset. Placuit tamen eos qui rebus com-
modatis aliter uterentur quam utendas accepissent, ita fur-
tum committere, si intellegant id se inuito domino facere,
eumque, si intellexisset, non permissurum; at si permis-
surum credant, extra furti crimen uideri; optima sane
distinctione, quod furtum sine dolo malo non committitur.
198 Sed et si credat aliquis inuito domino se rem contrectare,
domino autem uolente id fiat, dicitur furtum non fieri.
unde illud quaesitum [et probatum] est, cum Titius ser-
uum meum sollicitauerit, ut quasdam res mihi subriperet
et ad eum perferret, ⟨*et seruus*⟩ || id ad me pertulerit, pg. 180
ego, dum uolo Titium in ipso delicto deprehendere, per-
miserim seruo quasdam res ad eum perferre, utrum furti

§ 195 = Inst. 4, 1, 6 || § 196 fere = Inst. 4, 1, 6 || § 197 fere = Inst. 4, 1, 7 || § 198 usque ad 148, 1 *neutro* = Inst. 4, 1, 8.

2 causa *Inst.*, causam Cⁿ || amouet sed *Inst.*, admouet et C || quis *Inst.*, qui C || 2—3 rem alienam C, alienam rem *Inst.* || 3 domino *ex* domito *correctum* C || contrectat Cⁿ, contractat *Inst.* || re *Goeschen*, rem C || 7 cenam inuitaturus *Inst.*, cendam inutaturus rogauerit C *(ex glossemate)* || 8 gratia C, causa *Inst.* || commodatum C, commodatum sibi *Inst.* || 9 longius *Inst.*, longiuscum C, longius secum *Goeschen* || 10 perduxisset Cⁿ, equum perduxisset *Inst.* || qui rebus *Inst.*, quibus C || 11 utendas *Inst.*, uttendas C || accepissent C, acceperint *Inst.* || 12 si intellegant id se *Goeschen*, sunt elegant id se C, si se intellegant id *Inst.* || 13 intellexisset *Inst.*, intellexissent C, *conf.* Cᵃ *pag. 265 uers. 52* || at *Boecking*, ut C, ac *Inst.* || 14 credant *Inst.*, credent C || furti C, *om. Inst.* || 15 distinctione *Inst.*, distinctio est Cⁿ, *conf.* Cᵃ *pag. 285* || quod Cⁿ, quia *Inst.* || 16 contrectare *Goeschen*, trectare C, *conf.* Cᵃ *pag. 260 uers. 3;* commodatam sibi contrectare *Inst.* || 18 et probatum Cⁿ, *om. Inst.* || 19 sollicitauerit *Inst.*, colligitaret C || 20 perferret *Inst.*, perferet Cⁿ || ⟨ ⟩ *addidit Goeschen ex Inst.* || pertulerit *Inst.*, pertulit Cⁿ || 20—21 (*post* perferret) *Mommsen mauult:* ⟨et postquam seruus⟩ id ad me pertulit ego etc. || 21—22 permiserim *Goeschen*, permi Cⁿ, *ad* permisi *ducunt Inst.* || 22 seruo *Inst.*, serumuo C, *conf.* Cᵃ *pag. 302 inf. et pag. 299 uers. 15* || utrum *Inst.*, q̄eumtrum (*i. e.* quaesitum est *[ex glossemate]* umtrum?) Cⁿ.

an serui corrupt*i* iudicio teneat*ur* Titius mihi, an neutro.
responsum neutro eum teneri, furti ideo quod non inuito
me res contrecta*uer*it, serui corrupti ideo qu*od* deterior
199 seruus factus non est. Interdum autem et*iam* liberorum
hominum furtum fit, ueluti si quis liberorum nostrorum
qui in potestate nostra s*int*, siue etiam uxor quae in manu
nostra sit, siue etiam iudicatus uel auctoratus meus sub-
200 reptus *f*uerit. Aliquando etiam s*u*ae rei quisque furtum
committit, ueluti si debitor rem qua*m* credito*r*i pignori
dedit, subtraxerit, uel *s*i bonae fidei possessori rem meam
possidenti subripuerim. unde placuit eum qui ser*u*um suum
quem alius bona fide possidebat, ad se reuersum celauerit,
201 furtum committere. Rursus ex diuerso in*ter*dum alienas
res occupare et usucapere concessum est, nec creditur
furtum fieri, ueluti res hereditarias quarum heres non est
nactus possessionem, nisi necessarius heres extet; nam ne-
cessario herede exta*n*te placuit nihil pro herede usucapi
poss*e*. it*em* de*b*itor rem quam fiduciae causa creditori
mancipauerit aut in iure cesserit, *secun*dum ea quae in
superiore commentario rettulimus, sine furto possidere et
202 usucapere potest. Interdum furti tenetur *qui* ipse furtum
non fecerit, qualis || est cuius ope consilio furtum factum pg.181
est. in quo numero est qui nummos tibi excussit, ut eos alius

§ 199 fere = Inst. 4, 1, 9 || § 200 usque ad 10 *subtraxerit* = Inst. 4, 1, 10 || § 201 *in superiore commentario*] 2, 59. 60 || § 202 usque ad 149, 6 *debeat* fere = Inst. 4, 1, 11.

1 corrupti iudicio *Inst.*, corruptioiudicium *C*, *conf.* C^a *pag. 274 uers. 5 et uers. 11* || teneatur *Inst.*, teneat *C*, *conf.* C^a *pag. 306* || 3 contrectarit *Lachmann*, contrectaret *C* || corruspti *(sed expuncta* s *littera) C* || 4 est *C*, sit *Huschke* || autem C^n, *om. Inst.* || etiam *Inst.*, et *C*, *conf.* C^a *pag. 267 uers. 13* || 6 sint] *aut* s *C aut* sunt C^n *(conf.* C^a *pag. 301 uers. 32) et nonnulli Inst. codd.*, sit *meliores Inst. codd.* || 7 nostra *ex* nostras *correctum C* || iudicatus *C*, adiudicatus *Huschke (conf. § 189)* || 8 fuerit *Inst.*, queri? *C (sed correcta prima littera)*, *conf.* C^a *pag. XXXII inf.* || etiam C^n, autem etiam *Inst.* || suae *Inst.*, sae *C* || 9 quam *Inst.*, quae C^n, *conf.* C^a *pag. 291 uers. 31* || creditori *Inst.*, creditor *C* || pignori *C*, pignoris causa *Inst.* || 10 si *Goeschen*, *aut* et *aut* ci *C* || 11 possidenti *in C ex glossemate irrepsisse suspicatur Mommsen* || seruum *Goeschen*, serdum *C* || 13 interdum *Goeschen*, inestdum C^n, *conf.* C^a *pag. 304 uers. 22* || 16 *conf.* C^{as} || 17 extante *Goeschen*, extate *C* || 18 posse. item] possit C^n, *conf.* C^a *pag. 273 uers. 24* || 19 secundum] dum *C* || 21 qui *Inst.*, cum C^n, *conf.* C^a *pag. 293 uers. 2* || 22 ope *C*, ope et *Inst.* || 23 nummos tibi *C*, tibi nummos *Inst.* || eos alius *C*, alius eos *Inst.*

su*b*riperet, uel *ob*stitit tibi, ut alius su*b*riperet, aut *oue*s
aut *boue*s tuas fugauit, ut alius eas exciperet. et hoc
ueteres scripserunt de eo qu*i* panno rubro fugauit armen-
tum. sed si qui*d* per lasciuiam et non data opera ut fur-
tum commi*t*teretur, factum sit, uide*b*imus a*n* utilis a*ctio*
d*a*ri debeat, cum per legem *A*quiliam quae de damno lata
⟨*est*⟩, etiam culpa puniatur.
203 Furti autem a*ctio* ei conpetit cuius interest rem saluam
esse, licet dominus non sit. itaque nec domino aliter con-
204 petit quam si e*iu*s in*ter*sit rem non perire. Vnde constat
creditorem de pignore subrepto furti agere posse; adeo
quidem, ut qu*amuis* ipse dominus, id est ipse debitor,
eam rem subripuerit, nihilo minus creditori conpetat actio
205 furti. Item si fullo p*o*lienda curandaue aut sarcinator sar-
cienda uestimenta mercede certa acceperit eaqu*e* furto
amiserit, ipse furti habet actionem, non dominus, quia
domini nihil i*nter*est *e*a non per*i*isse, cum iudicio locati a
fullone aut sarcinatore suum *con*sequi pos*si*t, si modo is
fullo aut sarci*na*tor re*i* praestand*ae* sufficiat; nam si sol-
uendo non est, tunc quia ab eo dominus s*uu*m consequi

---

§ 203 = Inst. 4, 1, 13 || § 204 = Inst. 4, 1, 14 || § 205 usque ad 18 *possit* et inde ab 19 *nam* = Inst. 4, 1, 15.

---

1 surriperet *C*, raperet *Inst.* || uel *C*ⁿ, aut *Inst.* || surriperet aut *C*ⁿ, rem tuam exciperet uel *Inst.* || 2 fugauit *C*, fugauerit *Inst.* || 3 eo qui *Inst.*, eo qui eo *C* || 4 quid *Goeschen*, quis *C*, quid eorum *Inst.* || 5 commiteretur *C*ⁿ, admitteretur *Inst.* || sit *C*, est *Inst.* || an *Goeschen*, ā· (*i. e.* aut?) *C*ⁿ, *conf. C*ᵃ *pag. 255 inf.* || actio *Inst.*, atque *C*, *conf. C*ᵃ *pag. 305 uers. 12* || 6 dari *Inst.*, deari *C* || Aquiliam *Goeschen*, aliquiliam *C* || 7 est *addidit Goeschen*, *conf. C*ᵃ *pag. 265 uers. 39* || 8 actio *Inst.*, aoue *C*, *conf. C*ᵃ *pag. 305 uers. 12* || 10 eius intersit *Inst.*, eum insit *C*, *conf. C*ᵃ *pag. 304 uers. 25* || 11 posse *C*ⁿ; posse, etiamsi idoneum debitorem habeat, quia expedit ei pignori potius incumbere quam in personam agere *Inst.* || 12 quamuis *Inst.*, que ū *C*ⁿ, *conf. C*ᵃ *pag. 297 uers. 23 et uers. 28 et pag. 290 uers. 6* || dominus id est ipse *C*, *om. Inst.* || 13 conpetat *C*ⁿ, competit *Inst.* || 14 polienda *Inst.*, pullienda *C* || 15 eaque *Inst.*, eaqua *C*, *conf. C*ᵃ *pag. 290 uers. 18* || 17 interest *Inst.*, id est *C*ⁿ, *conf. C*ᵃ *pag. 272 uers. 6* || ea *Goeschen*, ia? *C*, eam rem *Inst.* || perisse *C*, perire *Inst.* || 18 fullone *ex* ffullone? *correctum C* || suum consequi *Boecking*, suum sequi *C (conf. C*ᵃ *pag. 260 uers. 3)*, rem suam persequi *Inst.* || possit *Goeschen*, posset *(uel* possset *[conf. C*ᵃ *pag. 284 inf.])* *C*ⁿ, potest *Inst.* || 19 sarcinator *Goeschen;* sarcitor *C*, *quam formam in uicinia formae* sarcinator *uix admisit Gaius* || rei praestandae] rem praestande pic *(uel* pse *[id est* per se*] uel* fse *uel* ra *uel similia) C* || 20 dominus suum *Goeschen*, dominus sim *C*, suum dominus *Inst.*

non potest, ipsi furti actio conpetit, quia hoc casu ipsius
206 interest rem saluam esse. *Quae de* fullone || aut sarci*na*- pg.182
tore diximus, eadem transferemus et ad eum cui rem com-
modauimus. nam ut illi mercedem capiendo custodiam
praestant, ita hic quoque utend*i* commodum percipiendo
207 similiter necess*e* hab*e*t custodiam praestare. Sed is apu*d*
quem res deposita e*st*, custodiam non praesta*t*, tantumque
in eo obnoxius est, si quid ipse dolo ⟨*malo*⟩ fecerit. qua
de *causa* ⟨*si*⟩ res ei subrepta fuerit, qu*ia* restituenda*e* eius
no*min*e deposit*i* non tenetur, nec ob id eius interest rem
saluam esse, furti [itaque] agere non potest, *sed* ea actio
domino conpetit.

208 In summa sciendum est qua*e*situm esse an i*n*pubes rem alien*am am*ouendo furtum faciat. plerisque placet, quia furtum ex ad*f*ect*u* consistit, ita demum obligari eo crimine i*n*puberem, si proximu*s* pubertati sit et ob id intellegat se delinquere.

209 Qui res alienas rapit, tenetur et*iam* furti. quis enim magis alienam rem inuito domino *con*tre*c*tat quam qui ⟨*ui*⟩ rapit? itaque rect*e* *dict*um est eum i*n*probum furem esse. se*d* propriam actione*m* eius *de*l*i*cti nom*i*n*e* praetor introduxit, quae appellatur ui *b*onorum raptorum, et est

§ 206 fere = Inst. 4, 1, 16 || § 207 = Inst. 4, 1, 17 || § 208 = Inst. 4, 1, 18 || § 209 = Inst. 4, 2 pr.

1 potest *C*, possit *Inst.* || ipsi *C*, ipsi domino *Inst.* || 2 quae de *Inst.*, deque *C* || aut C^n, et *Inst.* || 2—3 sarcinatore *Inst.*, sarcitore *C* || 4 illi *ex* illu *correctum* C^1 || capiendo *C*, accipiendo *Inst.* || 5 hic quoque utendo (utendi *Heffter*) commodum percipiendo *Goeschen*, hi quoque utendo commodum percipiendo C^n, is quoque qui commodum utendi percipit *Inst.* || 6 necesse habet *Inst.*, necessese habent *C*, *conf.* C^a *pag. 265 uers. 33* || 7 deposita est *Inst.*, depositae *C*, *conf.* C^a *pag. 266 uers. 5* || praestat *Inst.*, praestatum C^n, *conf.* C^a *pag. 305 uers. 26* || tantumque *C*, sed tantum *Inst.* || 8 malo *Inst.*, *om. C*, *conf.* C^a *pag. 264 uers. 1* || 9 causa si *Inst.*, g̅ C^n *(conf.* C^a *pag. 259 uers. 16)* || quia restituendae *Inst.*, quae *(conf.* C^a *pag. 293 uers. 15)* restituendaē C^n, *conf.* C^a *pag. 312 uers. 10* || 10 nomine *Inst.*, nonomninoe *C*, *conf.* C^a *pag. 282 uers. 29* || depositi *Inst.*, depositie *C* || 11 itaque C^n, *om. Inst.* || sed *Inst.*, et *C* || ea *C*, furti *Inst.* || 13 quaesitum *Inst.*, quasitum *C*, *conf.* C^a *pag. 290 uers. 17* || 14 alienam amouendo *Inst.*, alieno uendo *C*, *conf.* C^a *pag. 280 uers. 8* || plerisque C^n, et *Inst.* || 15 affectu *Inst.*, adiectum *C* || 16 proximus *Inst.*, proximusm C^n || 18 etiam *Goeschen*, et *C (conf.* C^a *pag. 267 uers. 13)*, quidem etiam *Inst.* || 19 contrectat *Inst.*, tretat *C*, *conf.* C^a *pag. 260 uers. 3* || 20 ui *Inst.*, *om. C* || itaque? C^n *(conf.* C^a*)*, ideoque *Inst.* || recte dictum *Inst.*, rectum *C* || 21 set *C*, sed tamen *Inst.* || actionem *Inst.*, actione C^n || delicti *Inst.*, lecti *C* || nomine *Inst.*, nomen *C*, *conf.* C^a *pag. 282 uers. 27*.

intra annum qu*a*drupli [actio], post annum simpli. quae
actio utilis est, *e*tsi quis un*a*m rem, licet minimam, rapuerit.
210 Damni iniuriae actio constituit*ur* per legem Aquiliam,
cuius primo capite cautum est, ⟨*ut*⟩ si quis hominem alie-
num || *alien*amue quadrupedem qua*e* *p*ecudum numero sit, pg.183
iniuria occiderit, quanti ea res in eo anno plurimi fu*e*rit,
211 tantum domino dare damnetur. *I*niuria autem occidere in-
tellegitur, cuius dolo a*ut* culpa id acciderit; nec ulla alia
lege damnum quod sine iniuria dat*ur*, reprehendi*tur*; ita-
que inpunitus est qui sine culpa et dolo malo casu quo-
212 dam damnum committit. Nec solum corpus in actione
huius legis aestimatur; sed sane *s*i seruo occiso plus do-
minus capiat damni quam pretium serui *sit*, id quoque
aestimatur, ueluti si seruus meus ab aliquo heres institutus
antequam iussu meo hereditatem cerneret, occis*u*s fuerit;
non enim tantum ipsius pretium aestimatur, sed et here-
ditatis amissae quantitas. item si ex gemellis uel ex co-
moedis uel ex sy*m*p*h*oniacis unus occisus fuerit, non solum
occisi fit *a*estimatio, sed eo amplius ⟨*id*⟩ quo*que* conputat*ur*
quod ceteri qui supersunt, dep*re*tiati *sunt*. idem iuris est
etiam si ex pari mularum unam uel etiam ex quadrigis
213 *e*quorum unum occiderit. Cuius autem seruus occisus est,
is liberum arbitrium habet uel capitali crimine reum facere
214 eum qui occiderit, uel hac lege damnum persequi. Quod
autem adi*e*ctum est in hac lege QVANTI IN EO ANNO PLVRIMI
EA RES FVERIT, illu*d* efficit, si clodum puta aut luscum ser-

§ 210 = Inst. 4, 3 pr. || § 211 init. conf. Inst. 4, 3, 2 || § 212 conf. Inst. 4, 3, 10 || § 213 conf. Inst. 4, 3, 11 || § 214 conf. Inst. 4, 3, 9.

1 quiadrupli *(conf. C^a pag. 289 uers. 30)* actio C^n, quadrupli *Inst.* || 2 etsi *Goeschen*, set si *C*, etiamsi *Inst.* || unam *Inst.*, unuam *C* || 3 constituitur *Inst.*, constituit *C*, *conf. C^a pag. 306* || 4 ut *Inst.*, *om. C* || 5 alienamue *Inst.*, eamue *C* || quae pecudum *Inst.*, qua *(conf. C^a pag. 290 uers. 17)* recudum *C* || 6 *aut* fuit *C aut fortasse* fuerit C^n, fuit *Inst.* || 7 tantum *C Inst.*; tantum aes *habent legis uerba (Dig. 9, 2, 2pr.)* || iniuria *Inst.*, is iniuria *C* || 8 aut *Goeschen*, a *C*, *conf. C^a pag. 256 uers. 12* || 9 reprehenditur *Goeschen*, reprehendic C^n, *conf. C^a pag. 285 inf. et pag. 307 uers. 2* || 12 si *Goeschen*, i *C* || 13 sit id *Huschke*, sid *C* || 15 occisus *Goeschen*, occisos *C* || 18 syponiacis *C* || 19 id quoque *Inst.*, qui C^n, *conf. C^a pag. 297 uers. 18* || 20 quod ceteri qui supersunt depertiatis (*uel* depertiati sunt) C^n, quanto depretiati sunt qui supersunt *Inst.* || 21 quadrigis *C*, quadriga *Inst.* || 23 capitali crimine *C*, capitalis criminis *Inst.* || 25 adiectum *Goeschen*, adistum *C*.

uum occiderit, qui in eo anno integer ⟨*fuerit*, *ut non quanti fuerit*, *cum occideretur*, *sed quanti in eo anno plurimi*⟩ fuerit, aestimatio fiat; quo fit, ut qui*s* plus in*ter*dum *con*sequatur quam ei damnum || datum est. pg.184

215 Capite secundo ⟨*aduersus*⟩ adstipulatorem qui pecuniam in fraudem stipulatoris acceptam fecerit, quanti ea res es*t*,

216 ta*n*ti actio constituitur. Qu*a* et ipsa parte legis damni nomine actionem introduci m*anifes*tum est. sed id caueri non fuit necessarium, cum actio man*d*ati ad eam rem sufficeret; nisi quod ea lege aduersus infitiantem in duplum agitur.

217 Capite tertio de omni cetero damno cauet*ur*. itaque si quis seruum uel eam quadrupedem qu*a*e pecudum ⟨*numero est*, *uulnerauerit*, *siue eam quadrupedem quae pecudum*⟩ numero *non* es*t*, ueluti canem, aut feram *b*estiam, uel*uti* ursum, leonem, uulnerauerit uel occiderit, *h*oc capite actio constituit*ur*. in ceteris quoque animalibus, item in omnibus rebus quae anima carent, damnum iniuria datum hac parte uindicatur. si quid enim ustum aut ruptum aut fractum ⟨*fuerit*⟩, actio hoc capite constituit*ur*, qu*am*qu*am* potuerit sola rupti appellatio in omnes istas causas sufficere; ruptum ⟨*enim intellegitur quod quoquo modo corruptum*⟩ est. unde non solum usta [aut rupta] aut fracta, se*d* et*iam* scissa et co*n*lisa et effusa et quoquo modo uitiata aut

§ 217 = Inst. 4, 3, 13.

1—2 ⟨⟩ *e.g. additum ducibus ex parte Institutionibus (conf. etiam Dig. 9, 2, 21, 2)*; *Huschke haec temptauit:* ⟨fuerit, ut non quanti clodus aut luscus, sed quanti integer⟩ || 2 *(in fine)* fuerit *Inst.*, fuit? *C* || 3 quis̄ *(sic) C, conf.* C^{a} *pag. 312 uers. 11* || interdum *Goeschen*, indum *C, conf.* C^{a} *pag. 304 uers. 24* || consequatur *Goeschen*, sequatur C^{n}, *conf.* C^{a} *pag. 260 uers. 3* || 5 aduersus *addidit Carolus Magnus Poeschmann, om. C, conf.* C^{a} *pag. 256 uers. 27* || 6 est *Huschke*, ēe *C, conf.* C^{a} *pag. 266 uers. 7* || 7 qua *Goeschen*, quam C^{n}, *conf.* C^{a} *pag. 289 uers. 29* || 8 introduci manifestum est *Savigny*, introducim' f̄e (*id est* introducimus factum est?) C^{n}, *conf.* C^{a} *pag. 278 uers. 25* || 9 manddati? C^{n} || 12 cauetur *Inst.*, cauet *C, conf.* C^{a} *pag. 306* || 14—15 ⟨⟩ *addidit Goeschen ex Inst.* || 15 non est *Inst.*, de *C, conf.* C^{a} *pag. 281 inf.* || 16 ueluti] uel C^{n} *(conf.* C^{a} *pag. 311 uers. 27)*, uelut *Goeschen* || *uerba* ueluti ursum leonem *om. Inst.*, *expectes* ueluti ursum uel leonem || uel C^{n}, aut *Inst.* || hoc *Inst.*, ca hoc *uel* ea hoc *C* || 17 constituitur *Inst.*, constituit *C, conf.* C^{a} *pag. 306* || animalibus C^{n}, omnibus animalibus *Inst.* || 18 quae *Inst.*, qua *C, conf.* C^{a} *pag. 290 uers. 18* || 20 ⟨⟩ *addidit Goeschen ex Inst.* || hoc *C*, ex hoc *Inst.* || quamquam *Inst.*, quoque C^{n}, *conf.* C^{a} *pag. 291 uers. 34* || 21 potuerit *C*, poterit *Inst.* || 22—23 ⟨⟩ *addidit Goeschen ex Inst.* || 23 aut rupta C^{n}, *om. Inst.* || 24 etiam *Inst.*, et? *C, conf.* C^{a} *pag. 267 uers. 14* || uitiata aut C^{n}, *om. Inst. (non male)*.

perempta atque deteriora facta hoc uerbo continentur.
218 Hoc tamen *c*apite non quanti in eo anno, se*d* quanti in diebus XXX prox*i*m*i*s ea res fuerit, damnat*ur* is qui damnum dederit. ac ne PLVRIMI quidem uerbum adicitur. et ideo quidam *p*utauerunt liberum esse iudic*i* ad id tempus ex diebus XXX aestimationem redigere, quo plurimi ‖ res fu*er*it, pg. 185 uel ad id qu*o* minoris fu*er*it. sed Sabino placuit p*r*oinde ha*b*endum ac *si* et*iam* hac parte PLVRIM*I* uerbum adiectum esset; nam leg*i*s latorem contentum fuiss*e*, ⟨*quod prima*
219 *parte eo uerbo usus esset. Ceterum*⟩ placuit ita demum ex ista lege actionem esse, si quis corpore suo damnum dederit; *ideo*qu*e* alio modo damno dato utiles actiones dant*ur*, ueluti si quis alienum hominem a*ut* pecudem incluserit et *f*ame necauerit, aut iumentum tam uehementer egerit, ut rump*e*ret*ur*; item si quis alieno seruo persuaserit, ut in arborem ascenderet uel in puteum descenderet, et *is* ascendendo aut descendendo ceciderit ⟨*et*⟩ aut mortuus fuerit aut aliqua parte corporis laesus sit; *sed* si quis alienum *s*eruum de ponte a*ut* ripa in flumen proiecerit et is suffocatus fuerit, *c*orpore suo damnum dediss*e* eo quod proiecerit, non difficiliter intellegi potest.

§ 218 usque ad 4 *adicitur* = Inst. 4, 3, 14 et 15; § 218 inde ab 7 *sed* fere = Inst. 4, 3, 15 ‖ § 219 fere = Inst. 4, 3, 16.

3 proximis *Inst.*, proxumus C^n ‖ ea *C*, *om. Inst.* ‖ damnatur *Goeschen*, damnat *C (conf. C^a pag. 306)*, obligatur *Inst.* ‖ 5 putauerunt] puputauerunt *C* ‖ iudici] iudicium *C*, *conf. C^a pag. 274* ‖ 7 quo *Goeschen*, quod *C*, *conf. C^a pag. 293 uers. 35* ‖ *aut* proinde *aut* perinde C^n, perinde *Inst.*, *conf. C^a pag. 286 med.* ‖ 8 hauendum *C*, habendam aestimationem *Inst.* ‖ si etiam *Inst.*, set *C*, *conf. C^a pag. 267 uers. 12* ‖ plurimi *Inst.*, plurimir *uel* plurimip *C* ‖ 9 esset C^n, fuisset *Inst.* ‖ legis *Goeschen*, legibus *C*, *conf. C^a pag. 275 inf.* ‖ fuisse *Inst.*, fuisse et *C* ‖ 9—10 ⟨ ⟩ *additum ducibus Institutionibus* ‖ 11 ista *C*, hac *Inst. (concinnius)* ‖ corpore *C*, praecipue corpore *Inst.* ‖ 12 ideoque *Inst.*, quo C^n *(conf. C^a pag. 293 uers. 19 et pag. 290 uers. 2)* ‖ dantur *Goeschen*, dant *C (conf. C^a pag. 306)*, dari solent *Inst.* ‖ 13 alienum hominem *C*, hominem alienum *Inst.* ‖ aut *Inst.*, an *C*, *conf. C^a pag. 256 uers. 13* ‖ pecudem *C*, pecus *Inst.* ‖ 13—14 incluserit et iame necauerit *C*, ita incluserit ut fame necaretur *Inst.* ‖ 15 item C^n, aut pecus in tantum exagitauerit ut praecipitaretur aut *Inst.* ‖ 16 is *Inst.*, si *C* ‖ 17 aut descendendo ceciderit et aut mortuus *Goeschen (in adnotatione)*, aut descendendo cecideri aut mortuus C^n *(conf. C^a pag. XXXII inf.)*, uel descendendo aut mortuus *Inst. (fortasse recte)* ‖ 18 sit *C*, erit *Inst.* ‖ sed *Inst.*, itemp *C*, *conf. C^a pag. 273 uers. 21* ‖ 19 seruum *Inst.*, s|seruum? C^n, *conf. C^a pag. 302 inf.* ‖ aut *Inst.*, an *C*, *conf. C^a pag. 256 uers. 13* ‖ proiecerit C^n, deiecerit *Inst.* ‖ 20—21 corpore suo damnum dedisse eo quod proiecerit] quoque (*uel* quamuis) hic corpore suo damnum dedisset eo quod proiecerit C^n, eo quod proiecerit corpore suo damnum dedisse *Inst.* ‖ 21 potest *C*, poterit *Inst.*

220 Iniuria autem committit*ur* non solum cum quis pugno
puta aut fuste percussus uel etiam *uer*beratus erit, sed
et*iam* si cui conuicium factum fuerit, siue quis *bona* ali-
cuius quasi debitoris sciens eum nihil sibi debere proscrip-
serit, siue quis ad infamiam alicuius libellum aut carmen
scripserit, siue quis matrem famili*as* aut praetextatum ad-
221 sectatus fuerit, et denique aliis pluribus modis. *Pati autem*
iniuriam uidemur non solum per nosmet ipsos, sed et*iam*
per liberos nostros quos in potestate habemus; ‖ item per pg.186
uxores nostras, *quamuis* in manu nostra ⟨*non*⟩ sint. itaque
si *f*iliae meae quae Titio nupta est, iniuriam feceris, non
solum filiae nomin*e* tecum agi iniuriarum potest, uerum
222 etiam meo quoque et Tit*ii* nom*ine*. Seruo autem ipsi
qu*idem* nulla iniuria intellegit*ur* fieri, sed domino per eum
fieri uidetur; non tamen isdem modis quibus etiam per
liberos nostros uel uxores iniuriam pati uidemur, sed ita
cum quid atrocius commissum fuerit, quod ap*erte* in *con*-
tumeliam domini fieri uidetur, ueluti si quis alienum ser-
uum uerberauerit; et in hunc casum formula proponitur.
at si qui*s* seruo conuicium fecerit uel pugno eum per-
cusserit, non proponit*ur* ulla formula, nec temere petenti
datur.

§ 220 fere = Inst. 4, 4, 1 ‖ § 221 fere = Inst. 4, 4, 2 ‖ § 222 usque ad 21 *percusserit* fere = Inst. 4, 4, 3.

1 *ante* § 220 *intercidisse talia, qualia leguntur in Inst.* 4, 4 pr. *(conf. Coll. 2, 5, 1), opinatur Huschke* ‖ committitur *Inst.*, committit· *C, conf.* C^a *pag. 306* ‖ 2 fuste percussus C^n, fustibus caesus *Inst.* ‖ uerberatus *Inst.*, iuberatus *C, conf.* C^a *pag. 309 uers. 34* ‖ 3 etiam *Inst.*, et? *C, conf.* C^a *pag. 267 uers. 12* ‖ bona *Inst.*, uon *C* ‖ 4 eum nihil C^n, nihil eum *Inst.* ‖ sibi debere *Inst.*, sibi debere sibi *C* ‖ 5 siue *C*, uel si *Inst.* ‖ 6 familias *Inst.*, familiam *C, conf.* C^a *pag. 267 uers. 34. 35* ‖ 7 pati autem *Goeschen, ad* pati autem *ducunt Inst.*, spatia *C, conf.* C^a *pag. 257* ‖ 10 quamuis *Lachmann*, c· (*i. e.* cum?) C^n, *conf.* C^a *pag. 297 uers. 30; uerba* cum in manu nostra sint *tamquam glossema expellit Mommsen* ‖ nostra ⟨non⟩ *Boecking*, nostra *C, conf.* C^a *pag. 281 inf.* ‖ 11 filiae *Inst.*, ueltiae filiae *C* ‖ 12 agi iniuriarum *C*, iniuriarum agi *Inst.* ‖ uerum *C*, sed *Inst.* ‖ 13 nomine *Inst.*, nomen *C, conf.* C^a *pag. 282 uers. 28* ‖ 14 quidem *Inst.*, quod C^n, *conf.* C^a *pag. 296 uers. 34* ‖ intellegit fieri *C*, fieri intellegitur *Inst.; conf.* C^a *pag. 306* ‖ 15 tamen] *conf.* C^a *pag. 308 uers. 8* ‖ 16 uel *C*, et *Inst.* ‖ 17 quod C^n *et Inst. codices aliquot*, et quod *Institutionum codices alii cum Theophilo* ‖ aperte *Inst.*, aptem *C, conf.* C^a *pag. 284 uers. 2* ‖ in *C*, ad *Inst.* ‖ 17—18 contumeliam *Inst.*, tum eliam C^n, *conf.* C^a *pag. 260 uers. 3* ‖ 18 fieri uidetur C^n, respicit *Inst.* ‖ 20 quis *Inst.*, qui *C* ‖ 21 proponitur *Goeschen*, proponit *C, conf.* C^a *pag. 306* ‖ petenti *Goeschen*, potenti *C.*

223 Poena autem iniuriarum ex leg*e* XII tabular*um* propter membrum quidem ruptum talio erat; propter os uero fractum aut conlisum trecentorum assium poena era*t*, si libero os fractum erat; at si seruo, CL; propter ceteras uero iniurias XXV assium poena er*a*t constituta. et *u*idebantur illis temporibus in magna paupertate satis idoneae
224 istae pecuni*ari*ae poena*e*. Se*d* nunc alio iure utimur. pe*r*mitti*tur* enim nobis a praetore *ips*is iniuriam *a*estimare, et iudex uel tanti condemnat quanti nos aestimauerimus, uel minoris, pro*ut ei* uisum fuerit. se*d* cum atrocem iniuriam praetor || aestimare soleat, si simul constituerit pg.187 quantae pecuniae eo nomine fieri debeat uadimonium, *h*ac ipsa quantitate taxamu*s* formulam, et iudex qu*amuis* possit uel minoris damnare, plerumque tamen propter ipsius praetoris auctoritatem non audet minuere condemnationem.
225 Atrox autem iniuria aestimatur uel ex facto, ueluti si quis ab aliquo uulneratus aut uerberatus fustibusue caesus fuerit; uel ex loco, ueluti si cui in theatro aut in foro iniuria facta sit; uel ex persona, ueluti si magistratus iniuriam passus fuerit, uel senator*i* ab humili persona facta sit iniuria. ||

pg.188

⟨*COMMENTARIVS QVARTVS.*⟩

1 ||———| pg.189

— quo*t* genera actionum sint, uerius uidetur duo esse, in

---

§ 223 usque ad 3 *fractum* = Inst. 4, 4, 7 || § 224 usque ad 10 *fuerit* fere = Inst. 4, 4, 7 || § 225 fere = Inst. 4, 4, 9.

---

1 lege *Inst.*, legum *C, conf. Ca pag. 276 uers 2* || tabularum *Inst.*, tabulas *C, conf. Ca pag. 307 uers. 19* || 3 erat] erat ueluti *Cn* || 5 erat *Goeschen*, erit *C* || 7 pecuniariae poenae *Goeschen*, pecuniae penae|ne *C (conf. Ca pag. 266 uers. 19)* || 7—8 *ad* permittitur *ducunt Inst.*, promittit *Cn, conf. Ca pag. 284 uers. 8 et pag. 306* || 8 ipsis *Inst.*, siis *C* || 10 prout ei *Inst.*, pro illu *Cn* || uisum *C, sed duabus primis litteris ex tit correctis* || 13 taxamus *Goeschen*, taxamur *C* || quamuis *Goeschen*, qui *C, conf. Ca pag. 297 uers. 27* || 14 uel *Cn*, *rectius omitti intellexit van der Hoeven* || 17 aut uerberatus fustibusue caesus fuerit *Cn*, fuerit uel fustibus caesus *Inst.* || 20 senatori] senatoribus *C (conf. Ca pag. 258 uers. 12)*, si senatori *Inst.* || persona *Cn*, *om. Inst.* || 20—21 facta sit iniuria *C*, iniuria facta sit *Inst.* || 21 *in libri fine C habet haec:* lib· III· explic. || 23—24 *Huschke (conf. Inst. 4, 6 pr.) haec supplet:* Superest ut de actionibus loquamur. Et si quaera|mus, quo*t* **genera** etc.

rem et in personam; nam qui IIII esse dixerunt ex sponsionum generibus, non animaduerterunt quasdam species
2 actionum inter genera se rettulisse. In personam actio est qua agimus cum aliquo qui nobis uel ex contractu uel ex delicto obligatus est, id est cum intendimus DARE, FA-
3 CERE, PRAESTARE OPORTERE. In rem actio est, cum aut corporalem rem intendimus nostram esse, aut ius aliquod nobis conpetere, ueluti utendi aut utendi fruendi, eundi agendi aquamue ducendi uel altius tollendi prospiciendiue;
4 ⟨aut cum⟩ actio ⟨ex diuerso⟩ aduersario est negatiua. Sic itaque discretis actionibus certum est non posse nos rem nostram ab alio ita petere SI PARET EUM DARE OPORTERE. nec enim quod nostrum est, nobis dari potest, cum scilicet id dari nobis intellegatur quod ⟨*ita datur, ut*⟩ nostrum fiat; nec res quae ⟨*nostra iam est*⟩, nostra amplius fieri potest. plane odio furum, quo magis pluribus actionibus teneantur, receptum est, ut extra poenam dupli aut quadrupli rei recipiendae nomine fures etiam hac actione teneantur SI PARET EOS DARE OPORTERE, quamuis sit etiam aduersus eos
5 haec actio qua rem nostram esse petimus. Appellantur autem in rem quidem actiones uindicationes, in personam uero actiones quibus DARI FIERIVE OPORTERE intendimus, condictiones.

6 Agimus autem interdum, ut rem tantum con||sequamur, pg. 190
7 interdum ut poenam tantum, alias ut rem et poenam. Rem tantum persequimur uelut actionibus ⟨*quibus*⟩ ex contractu

§ 4 fere = Inst. 4, 6, 14 ‖ § 5 fere = Inst. 4, 6, 15.

1 dixerunt *Goeschen*, dixeřn *C, conf. C*ᵃ *pag. 299 uers. 29* ‖ 4 agimus *Boecking*, agimus quotiens *C*ⁿ ‖ 5 delicto *Goeschen*, delictum *C*ⁿ, *conf. C*ᵃ *pag. 305* ‖ 6 praestare *Goeschen*, praestarie *C*ⁿ ‖ 10 ⟨ ⟩ *addidit Huschke, om. C, conf. C*ᵃ *pag. 256 uers. 10 et pag. 260 uers. 26* ‖ 12 ab alio ita *C*, ita ab aliquo *Inst.* ‖ eum *correctione ex* e?m *factum C* ‖ 13 est *C*ⁿ, est id *Inst.* ‖ potest cum *C*ⁿ, oportet quia *Inst.* ‖ 13—14 id dari nobis *C, ad* dari nobis id *ducunt Inst.* ‖ 14 intellegatur *C*, intellegitur *Inst.* ‖ ⟨ ⟩ *addidit Goeschen ex Inst.* ‖ 15 ⟨ ⟩ *additum ducibus fere Inst. (quas qui religiosius sequetur, is* iam nostra est *supplebit)* ‖ nostra amplius] nostra amplicis? *C, ad* magis nostra *ducunt Inst.* ‖ 16—17 teneantur *Inst.*, teneant *C, conf. C*ᵃ *pag. 306* ‖ receptum *C*, effectum *Inst.* ‖ 18 etiam *Inst.*, ex *C, conf. C*ᵃ *pag. 267 uers. 10* ‖ actione *Inst.*, actionem? *C*ⁿ ‖ 19—20 etiam aduersus eos haec *C*ⁿ, aduersus eos etiam haec in rem *Inst.* ‖ 20 qua *C*, per quam *Inst.* ‖ 22 dari fieriue *Goeschen*, dare *(conf. C*ᵃ *pag. 264 uers. 12)* fieriue *C*, dare facere *Inst.* ‖ 25 tantum *Goeschen*, tatum *C*ⁿ, *conf. C*ᵃ *pag. 308 uers. 18* ‖ et poenam *Goeschen*, et poena *C* ‖ 26 tantum *Goeschen*, tatum *C*ⁿ ‖ 26—157, 1 ⟨quibus⟩ ex contractu agimus *Lachmann*, ex contractu [agimus] *Huschke.*

8 agimus. Poenam tantum *persequimur* uelut actione furti et iniuriarum et secundum quorundam opinionem actione ui bonorum raptorum; nam ipsius rei et uindicatio et condictio nobis conpetit.
9 Rem uero et poenam persequimur uelut ex his causis, ex quibus aduersus infitiantem in duplum agimus; quod accidit per actionem iudica*ti*, depensi, damni in*iuria*e *legis* Aqui*liae*, a*ut* legatorum nomine quae per damnationem cert*a* relict*a* sunt.

10 Quaedam praeterea sunt actiones quae ad legis actionem exprimuntur, quaedam sua ui ac potestate constant. quod ut manifestum fiat, opus est ut prius de legis actionibus loquamur.

11 Actiones quas in usu ueteres *h*abuerunt, legis actiones appellaba*n*tur uel ideo quod legibus proditae erant (quip*p*e tunc edicta praetoris, quibus conplures actiones introductae sunt, nondum in usu habebantur), uel ideo quia ipsarum legum uerbis accommodatae erant et ideo i*n*mutabiles proinde atque leges obserua*ba*ntur. unde eum qui de ui*ti*bus succisis ita egisset, ut in actione uites nominaret, responsum e*st* rem perdidisse, cu*m* debuisset arbores nominare eo quod lex XII tabularum, ex qua de uitibus succisis actio conpeteret, generaliter de arboribus succisis loquere-
12 tur. Lege autem agebatur modis || quinque: sacramento, pg.191 per iudic*i*s postulationem, per cond*i*ctionem, per manus iniectionem, per pignoris ca*p*ionem.

13 Sacramenti actio generalis erat; *de* quibus enim rebus ut aliter ageretur lege cautum non erat, de his sacramento agebatur. eaque actio p*r*oinde periculosa erat | falsi———,

---

1 persequimur *van der Hoeven*, consequimur *C*, *conf.* C^a *pag. 260 uers. 3 et pag. 284 uers. 2; delet hoc uocabulum Polenaar* || 6 iudicati *Goeschen*, iudicart· ı· *C* || 7 legis Aquiliae *Klenze (duce Goescheno)*, uel aquiliab? C^n || aut C^n *(an potius* a *C?)*; *expectari* et *intellexit Boecking* || 8 certa relicta *Goeschen*, certe relictae *C* || 9—10 legis actionem C^n, legis actio(nis fictio)nem *W. M. d'Ablaing (conf. Gai. 4, 33)* || 11 appellabantur *Goeschen*, appellabatur *C* || quippe *Bluhme*, quiprae C^n, *conf.* C^a *pag. 293* || 15 complures *Goeschen*, conpluris C^n || 18 obseruabantur *Goeschen*, obseruantur C^n || uitibus *Goeschen*, uilibus *C* || 20 est] eum *C* || cum] cum quia C^n || 24 iudicis *Goeschen*, iudices *C*, *conf.* C^a *pag. 274* || condictionem *Goeschen*, conductionem C^n || 25 capionem] captionem *C*, *conf.* C^a *pag. 315 uers. 39* || 26 de *Savigny*, ad *C* || 27 *uerba quae post* erat *secuntur usque ad* 158, 4 erat *in* C^n *per errorem bis scripta sunt (conf.* C^a*), ita tamen ut priore loco uerba inde ab* 158, 2 periclitatur *usque ad* 158, 3 qua *omissa sint* || 28 *post* erat *priore loco fere nihil nisi tres hastae legi potuerunt, posteriore* falsiacq··ııı (?) *uel* falsiaeg··ııı (?)

atque hoc tempore periculosa est actio cer|tae creditae pecuniae propter sponsionem qua periclit*a*tur reus si temere neget, ⟨*et*⟩ restipulationem qua periclitatur actor si non debitum petat; nam qui uictus erat, summam sacramenti praestabat poenae nomine, eaque in publicum cedebat praedesque eo nomine praeto*ri* dab*a*ntur, non ut nunc sponsionis et restipulationis poena lucro cedit adue*rs*ar*io* 14 q*ui* uiceri*t*. Poena autem sacramenti aut quingenaria erat aut quinquagenaria. nam de rebus mille aeris plurisue quingentis assibus, de minoris uero quinquaginta assibus sacramento contendebatur; nam ita lege XII tabularum cautum erat. ⟨*at*⟩ si de libert*ate* hominis controuersia erat, etiamsi pretiosissimus homo esset, tamen ut L assibus sacramento contenderet*ur*, eadem lege cautum est fa*uo*r*e* scilicet libertatis, ne o*ne*rarentur adsertor*es*. ‖—————— pg.192

(11 uersus in C legi nequeunt)

——————————————————

15 ——omnes actiones——————————————

(5 uersus in C legi nequeunt)

——————————————————

——————————————captus——

(5 uersus in C legi nequeunt)

——————————————————

————ad iudicem accipi*e*ndum ‖ uenirent; postea u*er*o pg.193 reuersis dabatur. ut autem ⟨*die*⟩ XXX iudex d*ar*etur, per legem Pinariam factum est; ante eam autem leg*em* st*at*im dabatur iudex. illu*d* ex superioribus intellegimus, si de

---

§ 15 *ex superioribus*] § 14.

---

apparuerunt (conf. C^{as}); cum ad sententiam hoc loco exprimendam uix quicquam desideretur, ac ne falsiloquo propter iusiurandum *quidem (ita Huschke* = falsiloq̄ p̄p̄ ii̅*) in C extitisse uideatur (conf. C^{as}), lacunam indicare maluimus quam ad incertas confugere coniecturas.*

2 periclitatur *Savigny*, periclitaretur C^{n} ‖ 3 et *addidit Savigny* ‖ 6 praetori *Goeschen*, praetor C^{n}, *conf.* C^{a} *pag. 288 inf.* ‖ 7 lucro *Goeschen*, luero *C* ‖ 7—8 aduersario qui uicerit *Goeschen*, aduetneariquiceritut *C* ‖ 12 at *addidit Heffter* ‖ libertate *Savigny*, libert|ē C^{n}, *conf.* C^{a} *pag. 304* ‖ 14 fauore *Boecking*, fabori *C* ‖ 15 onerarentur *Savigny*, orarentur C^{n} ‖ *in codicis C pagina 192 Gaius exposuit de sacramenti actione, qua in personam agitur* ‖ 22 uero *Goeschen*, uel *(uel* quinto*)* C^{n}, *conf.* C^{a} *pag. 310* ‖ 23 die *fortasse mente suppleri poterat ex eis quae sub paginae codicis C 192 finem scripta erant* ‖ daretur *Carolus Wieding*, detur C^{n} ‖ 24 legem statim *Hollweg*, leg(e sta)tim? *C*, *conf.* C^{a}.

re minoris quam ⟨M̄⟩ aeris agebatur, quinquagenario sacramento, non quingenario eos contendere solitos fuisse. postea tamen quam iudex datus esset, conperendinum diem, ut ad iudicem uenirent, denuntiabant. deinde cum ad iudicem uenerant, antequam apud eum *causam* perorarent, solebant breuiter ei et quasi per indicem rem exponere; quae dicebatur causae coniectio, quasi causae suae in breue coactio. Si in rem agebatur, mobilia quidem et mouentia, quae modo in ius adferri adduciue possent, in iure uindicabantur ad hunc modum: qui uindicabat, festucam tenebat; deinde ipsam rem adprehendebat, ueluti hominem, et ita dicebat HVNC EGO HOMINEM EX IVRE QVIRITIVM MEVM ESSE AIO SECVNDVM SVAM CAVSAM. SICVT DIXI, ECCE TIBI, VINDICTAM INPOSVI, et simul homini festucam inponebat; aduersarius eadem similiter dicebat et faciebat; cum uterque uindicasset, praetor dicebat MITTITE AMBO HOMINEM; illi mittebant; qui prior uindica⟨*uerat*, *ita alterum interroga*⟩bat POSTVLO ANNE DICAS QVA EX CAVSA VINDICAVERIS; ille respondebat IVS FECI SICVT VINDICTAM INPOSVI; deinde qui prior uindicauerat, dicebat QVANDO TV INIVRIA VINDICAVISTI, ‖ D̄ AERIS SACRAMENTO TE PROVOCO; aduersarius quoque dicebat similiter ET EGO TE; scilicet ⟨*si de re maioris quam M̄ aeris agebatur*, *D̄*, *si de minoris*,⟩ L̄ asses sacramenti nominabant; deinde eadem sequebantur quae cum in personam ageretur; postea praetor secundum alterum eorum uindicias dicebat, id est interim aliquem possessorem constituebat, eumque iubebat praedes aduersario dare litis et uindiciarum, id est rei et fructuum; alios autem praedes ipse praetor ab utroque accipiebat sacramenti, quod id in publicum cedebat. festuca autem utebantur quasi hastae loco, signo quodam iusti dominii; *quod maxime* sua esse credebant quae ex hostibus cepissent; unde in centumuiralibus iudiciis hasta prae- pg. 194

1 quam M̄ *Savigny*, quae C^n, *conf.* C^a *pag. 292* ‖ aeris *ex* aeres *correctum C* ‖ 3 datus *Goeschen*, datum *C* ‖ 5 causam *Goeschen*, g. C^n, *conf.* C^a *pag. 259 uers. 21* ‖ 7 coniectio *Goeschen*, collectio *C* ‖ 10 festucam *Goeschen*, restucam *C* ‖ 16 MITTITE *Goeschen*, mitte *C* ‖ 17 ⟨ ⟩ *addidit Goeschen* ‖ 19 FECI] fecii *C* ‖ 21 PROVOCO *Goeschen*, peruoco C^n, *conf.* C^a *pag. 286 uers. 12* ‖ 22—23 ⟨ ⟩ *exempli causa additum est; fortasse tamen* scilicet *corruptum est* ‖ 23 eadem *Klenze*, ad *C*, *conf.* C^a *pag. 262 uers. 58* ‖ 24 quae cum *Baumbach*, quaecumque C^n, *conf.* C^a *pag. 290 uers. 11* ‖ personam *Goeschen*, persona C^n ‖ 27 praedes *Goeschen*, praesides C^n ‖ 31 dominii quod maxime *Huschke*, dominio X̄X̄Ī. me *C* ‖ 32 centumuiralibus *Goeschen*, centumiuralibus C^n.

17 ponitur. Si qua res talis erat, ut sine incommodo non posset in ius adferri uel adduci, ueluti si columna aut grex alicuius pecoris esset, pars aliqua inde sumebatur; deinde in eam partem quasi in totam rem praesentem fiebat uindicatio. itaque ex gre*ge* uel una *o*uis aut capra in ius adducebatur, uel e*tiam* pilus i*n*de sumebatur et in ius adferebatur, ex naue uero et columna aliqua pars defringebatur. similiter si de fundo uel de aedibus siue de hereditate controuersia erat, pars aliqua inde sumebatur et in ius adferebatur et in eam partem perinde atque in totam rem praesentem fiebat uindicatio, ueluti ex fundo gleba sumebatur et ex *a*edibus tegula, et si de hereditate controuersia erat, aeque ||————————

(48 uersus in C perierunt)

————————————————————————||

————————————qualem————capiendum iudicio | pg.195

———— die xxx ad iudicem capiendum praesto esse de|-

18 be*bant*. *con*dicere autem denuntiare est prisca lingua. itaque haec quidem actio proprie condictio uocabatur; nam *a*ctor aduersario denunti*a*bat, ut ad iudicem capiendum die xxx adesset. nunc uero non proprie condictionem dicimus actionem in personam ⟨*esse*, *qua*⟩ intendimus DARI NOBIS OPORTERE; null*a* enim hoc tempore eo nomine denun-

19 tiatio fit. Haec autem legis actio constituta est per legem Siliam et Calpurniam, lege quidem Silia certae pecuniae,

20 lege uero Calpurnia de omni certa re. Quare autem haec actio desiderata sit, cum de eo quod no*b*is dari oportet, potueri*mus* aut sacramento aut per iudicis postulatione*m* agere, ualde qu*a*eritur.

§ 18 usque ad 17 *lingua* et inde ab 20 *nunc* fere = Inst. 4, 6, 15.

2 columna *C*, columna ⟨aut nauis⟩ *Polenaar* || 5 itaque *Goeschen*, itaque uel *C*ⁿ || grege *Goeschen*, grecae *C* || ouis *Goeschen*, quis *C* || 6 etiam *Goeschen*, et *C*, *conf.* *C*ᵃ *pag.* *267 uers.* *15* || inde *Goeschen*, ide *C* || 10 perinde *C*ⁿ, *conf. tamen* *C*ᵃ *pag.* *286 med.* || 13 *ita fere pergebat (auctore fere Huschkio) Gaius*: aeque | res aliqua inde sumebatur || *Gaium, postquam de sacramenti actione disputationem ad finem perduxisset, egisse de legis actione quae per iudicis postulationem fiebat, deinde de legis actione quae per condictionem fiebat, intellexit Goeschen* || 15 *in ipso initio paginae codicis C 195 aut* nihil *aut* enim *per compendium scriptum extitit* || 16 xxx] xx? *C*, *conf.* *C*ᵃ || 17 *conf.* *C*ᵃˢ || denuntiare est *C*ⁿ, est denuntiare *Inst.* || 19 actor *Goeschen*, auctor *C* || denuntiabat *Goeschen*, denuntiebat *C* || 20 non proprie *C*ⁿ, abusiue *Inst.* || 20—21 condictionem dicimus *C*ⁿ, dicimus condictionem *Inst.* || 21 ⟨ ⟩ *addidit Lachmann ex Inst.* || dari *Inst.*, id *C*, *conf.* *C*ᵃ *pag.* *264 uers.* *16* || 22 nulla *Inst.*, nullam *C* || 27 potuerimus *Goeschen*, potuerit *C*, *conf.* *C*ᵃ *pag.* *278 uers.* *3*.

21 Per manus iniectionem aeque ⟨*de*⟩ his rebus
de quibus ut ita ageretur, lege a*liqu*a cautum e
iudicati lege XII tabularum. quae actio talis erat,
bat, sic dicebat QVOD TV MIHI IVDICATVS (siue DA
SESTERTIVM X MILIA, QVANDOC NON SOLVISTI, OB EAM R
SESTERTIVM X MILIVM IVDICATI MANV*M* INICIO, et simu
partem corporis eius pre*he*ndebat. nec liceba
manum sibi depellere et pro se lege agere; se*d*
dabat qui pro se causam agere solebat; q*ui* uin
22 dabat, do*m*um ducebatur ab actore et uinciebatu
quaedam leges ex al*i*is quibusd*a*m causis ‖ pro
manus iniectionem in quosd*a*m dederunt: sicut le
in eum p*ro* quo sponsor depe*n*disset, *si* in sex
proximis quam pro eo depensum esset, non solui
sori pecuniam; item lex Furia de sponsu adue
qui a sponsore plus quam uirilem partem exe
denique conplures aliae leg*e*s in multis causis ta
23 nem dederunt. Se*d* aliae leges *ex quibusdam c*a
stituerunt quasdam actiones p*e*r manus iniectio
puram, id est non pro iudicato: ueluti le*x* ⟨*Fur*
mentaria aduers*us* *e*um qui legatorum nomine
causa plus M assibus cepisset, cum ea lege non
ceptus, ut ei plus capere liceret; item lex Marcia
faeneratores, ut si us*u*ras exegissent, de his redd
24 manus iniectionem cum eis ageretur. Ex quibus
et si quae aliae similes essent, cum agebatur, ⟨*r*
manum sibi depellere et pro se lege agere. nam
in ipsa legis actione non adiciebat hoc uerbum

1 de *addidit Goeschen* ‖ 2 aliqua *Goeschen*, aquilia C^n *(*
ad pag. 149, 6 *huius editionis)* ‖ 5 quandoc C^n, *quam forma*
(conf. Petrus Scherer in Studemundi 'Studiis in priscos scr
tinos collatis' II pag. 99 seq.) casu in C ortam esse posse co
est ‖ 6 manum *Heffter (conf. Gai. 4, 24)*, manus *C* ‖ aliquam
aliquae C^n, *conf.* C^a *pag. 292 uers. 3* ‖ 9 agere solebat *C*
ageret ‖ 10 domum *Goeschen*, dominum *C* ‖ uinciebatur *Goe*
diciebatur C^n ‖ 11 quibusdam *Goeschen*, quibusdeam C^n ‖ 1
schen, per C^n, *conf.* C^a *pag. 286 uers. 13* ‖ si *Goeschen*, inte
pendium huius praepositionis non dissimile est s *litteris, conf. C*
uers. 30) ‖ 17 leges *Goeschen*, legis *C*, *conf.* C^a *pag. 276 uers*
quibusdam causls *Savigny*, in multis causis *(conf. supra u*
quibusdam si C^n ‖ 19 per *Goeschen*, pro C^n, *conf.* C^a *pag. 28*
20 lex *Goeschen*, lege *C*, *conf.* C^a *pag. 275 uers. 34* ‖ Furia *a*
schen collata § 24 *(pag.* 162 *uers. 5 huius editionis)* ‖ 21 adu
Goeschen, aduersum C^n, *conf.* C^a *pag. 256 uers. 28* ‖ 22 M G
C ‖ 24 usuras *Goeschen*, usiuras *C* ‖ 26 ⟨ ⟩ *additum est duce*
qui eadem uerba addidit 27 post agere.

17 ponitur. Si qua res talis erat, ut sine incommodo non posset in ius adferri uel adduci, ueluti si columna aut grex alicuius pecoris esset, pars aliqua inde sumebatur; deinde in eam partem quasi in totam rem praesentem fiebat uindicatio. itaque ex gre*ge* uel una *o*uis aut capra in ius adducebatur, uel et*iam* pilus *in*de sumebatur et in ius adferebatur, ex naue uero et columna aliqua pars defringebatur. similiter si de fundo uel de aedibus siue de hereditate controuersia erat, pars aliqua inde sumebatur et in ius adferebatur et in eam partem perinde atque in totam rem praesentem fiebat uindicatio, ueluti ex fundo gleba sumebatur et ex *a*edibus tegula, et si de hereditate controuersia erat, aeque ||————————

(48 uersus in C perierunt)

———————————————————||

————————qualem———capiendum iudicio | pg.195

———— die xxx ad iudicem capiendum praesto esse de|-

18 be*bant*. *con*dicere autem denuntiare est prisca lingua. itaque haec quidem actio proprie condictio uocabatur; nam *a*ctor aduersario denunti*a*bat, ut ad iudicem capiendum die xxx adesset. nunc uero non proprie condictionem dicimus actionem in personam ⟨*esse*, *qua*⟩ intendimus DARI NOBIS OPORTERE; null*a* enim hoc tempore eo nomine denun-

19 tiatio fit. Haec autem legis actio constituta est per legem Siliam et Calpurniam, lege quidem Silia certae pecuniae,

20 lege uero Calpurnia de omni certa re. Quare autem haec actio desiderata sit, cum de eo quod no*b*is dari oportet, potueri*mus* aut sacramento aut per iudicis postulatione*m* agere, ualde qu*a*eritur.

§ 18 usque ad 17 *lingua* et inde ab 20 *nunc* fere = Inst. 4, 6, 15.

2 columna *C*, columna ⟨aut nauis⟩ *Polenaar* || 5 itaque *Goeschen*, itaque uel C^n || grege *Goeschen*, grecae *C* || ouis *Goeschen*, quis *C* || 6 etiam *Goeschen*, et *C*, *conf.* C^a *pag. 267 uers. 13* || inde *Goeschen*, ide *C* || 10 perinde C^n, *conf. tamen* C^a *pag. 286 med.* || 13 *ita fere pergebat (auctore fere Huschkio) Gaius*: **aeque** | res aliqua inde sumebatur || *Gaium, postquam de sacramenti actione disputationem ad finem perduxisset, egisse de legis actione quae per iudicis postulationem fiebat, deinde de legis actione quae per condictionem fiebat, intellexit Goeschen* || 15 *in ipso initio paginae codicis C 195 aut* nihil *aut* enim *per compendium scriptum extitit* || 16 xxx] xx? *C*, *conf.* C^a || 17 *conf.* C^{as} || denuntiare est C^n, est denuntiare *Inst.* || 19 actor *Goeschen*, auctor *C* || denuntiabat *Goeschen*, denuntiebat *C* || 20 non proprie C^n, abusiue *Inst.* || 20—21 condictionem dicimus C^n, dicimus condictionem *Inst.* || 21 ⟨ ⟩ *addidit Lachmann ex Inst.* || dari *Inst.*, id *C*, *conf.* C^a *pag. 264 uers. 16* || 22 nulla *Inst.*, nullam *C* || 27 potuerimus *Goeschen*, potuerit *C*, *conf.* C^a *pag. 278 uers. 3.*

21 Per manus iniectionem aeque ⟨*de*⟩ his rebus agebatur de quibus ut ita ageretur, lege a*liqu*a cautum est, ueluti iudicati lege XII tabularum. quae actio talis erat: qui agebat, sic dicebat QVOD TV MIHI IVDICATVS (siue DAMNATVS) ES SESTERTIVM X̄ MILIA, QVANDOC NON SOLVISTI, OB EAM REM EGO TIBI SESTERTIVM X̄ MILIVM IVDICATI MANV*M* INICIO, et simul aliqua*m* partem corporis eius pre*h*endebat. nec licebat iudicato manum sibi depellere et pro se lege agere; se*d* uindicem dabat qui pro se causam agere solebat; q*ui* uindicem non dabat, do*m*um ducebatur ab actore et uinciebatur.

22 Postea quaedam leges ex al*i*is quibusd*a*m causis pro iudicato manus iniectionem in quosd*a*m dederunt: sicut lex Publilia in eum p*ro* quo sponsor depe*n*disset, *si* in sex mensibus proximis quam pro eo depensum esset, non soluisset sponsori pecuniam; item lex Furia de sponsu aduersus eum qui a sponsore plus quam uirilem partem exegisset; et denique conplures aliae leg*e*s in multis causis talem actionem dederunt.

23 Se*d* aliae leges *ex quibusdam causis* constituerunt quasdam actiones p*er* manus iniectionem, sed puram, id est non pro iudicato: ueluti le*x* ⟨*Furia*⟩ testamentaria aduers*us* *e*um qui legatorum nomine mortisue causa plus M assibus cepisset, cum ea lege non esset exceptus, ut ei plus capere liceret; item lex Marcia aduersus faeneratores, ut si usuras exegissent, de his reddendis per manus iniectionem cum eis ageretur.

24 Ex quibus legibus et si quae aliae similes essent, cum agebatur, ⟨*reo licebat*⟩ manum sibi depellere et pro se lege agere. nam et actor in ipsa legis actione non adiciebat hoc uerbum PRO IVDI-

1 de *addidit Goeschen* ‖ 2 aliqua *Goeschen*, aquilia C[n] *(conf. supra ad pag.* 149, 6 *huius editionis)* ‖ 5 quandoc C[n], *quam formam priscam (conf. Petrus Scherer in Studemundi 'Studiis in priscos scriptores Latinos collatis' II pag. 99 seq.) casu in C ortam esse posse concedendum est* ‖ 6 manum *Heffter (conf. Gai. 4, 24)*, manus *C* ‖ aliquam *Goeschen*, aliquae C[n], *conf.* C[a] *pag. 292 uers. 3* ‖ 9 agere solebat *C*, *expectes* ageret ‖ 10 domum *Goeschen*, dominum *C* ‖ uinciebatur *Goeschen*, uindiciebatur C[n] ‖ 11 quibusdam *Goeschen*, quibusdeam C[n] ‖ 13 pro *Goeschen*, per C[n], *conf.* C[a] *pag. 286 uers. 13* ‖ si *Goeschen*, inter C[n] *(compendium huius praepositionis non dissimile est* s̄ *litteris, conf.* C[a] *pag. 271 uers. 30)* ‖ 17 leges *Goeschen*, legis *C*, *conf.* C[a] *pag. 276 uers. 4* ‖ 18 ex quibusdam causls *Savigny*, in multis causis *(conf. supra uers.* 17*)* ex quibusdam si C[n] ‖ 19 per *Goeschen*, pro C[n], *conf.* C[a] *pag. 284 uers. 8* ‖ 20 lex *Goeschen*, lege *C*, *conf.* C[a] *pag. 275 uers. 34* ‖ Furia *addidit Goeschen collata* § 24 *(pag.* 162 *uers. 5 huius editionis)* ‖ 21 aduersus eum *Goeschen*, aduersum C[n], *conf.* C[a] *pag. 256 uers. 28* ‖ 22 M *Goeschen*, C *C* ‖ 24 usuras *Goeschen*, usiuras *C* ‖ 26 ⟨ ⟩ *additum est duce Huschkio, qui eadem uerba addidit* 27 *post* agere.

CATO, sed nominata causa ex qua agebat, ita dicebat OB
EAM REM EGO TIBI MANVM INICIO; cum hi quibus pro iudi-
cato actio data erat, nominata causa ex qua ageba*nt*, ita
infereba*nt* OB EAM REM EGO TIBI PRO IVDICATO MANVM INICIO.
nec me praeterit in forma legis Furiae testamentariae PRO
IVDICATO uerbum inseri, cu*m* in ipsa lege non sit; quod
25 uidetur || nulla ratione factum. Sed postea lege Vallia, pg.197
excepto iudicato et eo pro quo depensum est, ceteris omni-
bus cum quibus per manus iniectionem agebatur, permis-
sum est sibi manum depellere et pro se agere. itaque
iudicatus et is pro quo depensum est, etiam post hanc
legem uindicem dare debeba*nt*, et nisi darent, domum duce-
bantur. *id*que quamdiu legis actiones in usu erant, semper
ita obseruab*a*tur; unde nostris temporibus is cum quo iudi-
cati depensiue agitur, iudicat*um* solui satisdare cogitur.
26 Per pignoris capionem lege agebatur de quibusdam
27 rebus moribus, ⟨*de quibusdam rebus*⟩ lege. Introducta est
moribus rei militaris. nam et propter stipendium licebat
militi ab eo qui ⟨*id*⟩ distr*ibu*ebat, nisi daret, pignus capere;
dicebatur autem ea pecunia qu*a*e stipend*i*i nomine daba-
tur, aes militare. item propter eam pecuniam licebat pig-
nus capere ex qua e*quu*s emendus erat; quae pecunia
dicebatur aes equestr*e*. item propter eam pecuniam ex
qu*a* hordeum equis erat conparandum; quae pecunia dice-
28 batur aes hordiarium. Lege autem introducta est pigno-
ris capio ueluti lege XII tabularum aduersus eum qui ho-
stiam emisset nec pretium redderet; it*em* aduersus eum
qui mercedem non redderet pro eo iumento quod quis ideo
locasset, ut inde pecuniam accepta*m* in da*p*em, id est in
sacrificium, inpenderet. || item lege censoria data est pigno- pg.198
ris ca*p*io publicanis uectigalium publicorum populi Romani
29 aduersus eos qui aliqua leg*e* uectigalia deberent. Ex om-
nibus autem istis causis certis uerbis pignus capiebatur,

3 agebant *Goeschen*, agebat *C* || 4 inferebant *Goeschen*, inferebat *C* || 6 cum *Goeschen*, cumr *(i. e. post* cum *addita esse uidetur nota uocabuli* regula *uel* rubrica, *conf.* C^a *pag. 299 uers. 12) C* || 10 agere *C*, ⟨lege⟩ agere *d'Ablaing* || 12 debebant *Goeschen*, debebat *C* || 13 itque *Lachmann*, itaque C^n || 14 obseruabatur *Goeschen*, obseruabantur *C* || 15 iudicatum *Goeschen*, iudicati *C*, *conf.* C^a *pag. 305 uers. 35* || 17 ⟨ ⟩ *addidit Boecking* || 18 licebat *ex* dicebat *correctum* C^1 || 19 id *additum duce fere Lachmanno* || distribuebat *Goeschen*, distruebat *C* || 22 equus *Savigny*, eciuis *C* || 24 qua *Goeschen*, quae C^n, *conf.* C^a *pag. 289 inf.* || 27 item *Goeschen*, it *C*, *conf.* C^a *pag. 273 uers. 23* || 29 locasset *Goeschen*, lacasset *C* || acceptam *Goeschen*, accepta *C* || dapem *Savigny*, darem *C* || 31 capio] captio *C*, *conf.* C^a *pag. 315 uers. 39* || 32 lege *Goeschen*, leges *C*, *conf.* C^a *pag. 276 uers. 1.*

et ob id plerisque placebat hanc quoque actionem legis
actionem esse; quibusdam autem ⟨*contra*⟩ placebat, primum
quod pignoris ca*p*io extra ius peragebatur, id est non apu*d*
p*raetorem*, plerumque etiam absent*e* aduersario, cum alio-
quin ceteris actionibus non aliter uti posse*n*t quam apu*d*
praetorem praesente aduersario, praeterea quod nefa*s*to quo-
que d*i*e, id est quo non licebat lege agere, pignus capi poterat.
30 Se*d* istae omnes legis actiones paulatim in odium ue-
nerunt. namqu*e* ex nimia subtilitate ueterum qui tunc iura
condiderunt, eo res perducta e*st*, ut uel qui minimum er-
rasset, *l*it*em* perderet. itaque per legem *A*ebutiam et duas
Iulias sublatae sunt istae legis actiones effectumque est, ut
31 per concepta uerba, id est per formulas litig*e*mus. Tan-
tum ex duabus causis permissum es*t* lege agere: damni
infecti et si centumuirale iudicium fu*tu*rum *est*. sane qu*i*-
dem cum ad centumuiros i*tur*, ante lege agitur sacramento
apu*d* praetorem urbanum uel peregrinum [praetorem].
damni uero infecti nemo uult lege agere, se*d* potius sti-
pulatione qua*e* in edicto proposita est, obligat aduersarium
suum, i*d*que et commodius ius et plenius est. per pignoris ||
capionem ——————————————— |— pg.199
(23 uersus in C legi nequeunt)
————————————————— ||
32 apparet. *Item* in ea forma quae publicano proponit*ur*, pg.200
talis fictio est, ut quanta pecunia olim, si pignus captum
esset, id pignus is a quo captum erat, luere deberet,
33 tantam pecuniam condemnetur. Nulla autem formula ad
condictionis fictionem exprimitur. siue enim pecunia*m* siue
rem aliquam certam de*b*itam nobis petamus, eam ipsam

2 contra *exempli gratia additum est duce Boeckingio, conf. Gai. 2, 78 et conf.* C^{a} *pag. 260 uers. 13* || 3 capio] captio *C, conf.* C^{a} *pag. 315 uers. 39* || 4 praetorem *Goeschen*, p. r· (*i. e.* populum Romanum) C^{n}, *conf.* C^{a} *pag. 288 uers. 37* || absente *Goeschen*, absentem *C* || 5 possent *Lachmann*, posset C^{n} || 6 nefasto *Goeschen*, nefacto *C* || 7 die *Goeschen*, de *C, conf.* C^{a} *pag. 263* || 9 namque *Goeschen*, nam qui C^{n}, *conf.* C^{a} *pag. 290 uers. 22* || 11 litem *Goeschen*, it *C, conf.* C^{a} *pag. 304 uers. 16* || 12 effectumque est] *conf.* C^{a} *pag. 290 uers. 13* || 13 litigemus *ex* litigatores *correctum?* C^{n} || 14 est *Goeschen*, est id legis actionem facere C^{n} *(ex glossemate)* || 15 futurum] furum? C^{n} || 15—16 quidem *(conf. Gai. 4, 131)*] q? C^{n}, *conf.* C^{a} *pag. 296 uers. 34; fortasse nihil nisi* sane cum ad centumuiros etc. *dederat Gaius* || 16 centumuiros *Hollweg*, gentumuiros C^{n} || 19 quae *Goeschen*, quam C^{n}, *conf.* C^{a} *pag. 290 uers. 20* || 20 idque] itaque C^{n} || 21 *in codicis C pagina 199 Gaius adiecit ea quae de legis actione per pignoris capionem addenda erant; deinde ad formulas redibat, quae ad fictionem legis actionis exprimebantur* || 23 Item *Goeschen*, cont C^{n}, *conf.* C^{a} *pag. 260 uers. 3 et pag. 273 uers. 27* || 27 pecuniam *Goeschen*, pecunia *C* || 28 eam *ex* lam *correctum? C.*

DARI NOBIS OPORTERE intendimus; nec ullam adiungimus condictionis fictionem. itaque simul intellegimus eas formulas quibus pecuniam aut rem aliquam nobis dar*i* oportere intendimus, sua ui ac potestate ualere. eiusdem naturae sunt actiones commodati, fiduciae, negotiorum gestorum et aliae innumerabiles.

34 Habemus adhuc alteriu*s* generis fictiones *i*n quibusdam formulis, ueluti cum is qui ex edicto bonorum possessionem pet*i*it, ficto se herede agit. cum enim praetorio iur*e*, non legitimo succedat in locum defuncti, non ha*bet* directas actiones, et neque id quod defuncti fuit, potest intendere SVVM *ESSE*, *neque id quod e*i debebatur, potest intendere ⟨*DARI*⟩ SI*B*I OPORTERE; itaque ficto se herede intendit uelut hoc modo IVDEX ESTO. SI *A*. | AGERIVS (id est si ipse actor) *L. TITIO* HERES *ESSET*, *TVM* ⟨*SI EVM*⟩ FVNDV*M* | DE QVO AGITVR EX IVRE QVIRITIVM *EIVS E*SSE *OPORTERET*; et si——— de—————, | praeposita simili *fictione heredis* ita subicitur TVM SI P*ARE*|RET N. NEGIDIVM ⟨*A.*⟩ A*GERIO* SESTERTIVM X MILIA
35 DARE OPORTERE. Similiter et bonorum emptor ficto se herede agit; sed interdum et alio modo agere solet. || nam pg.201 ex persona eius cuius bona emerit, sumpta intentione conuertit condemnationem in suam personam, id est ut quod illius esset uel illi dar*i* oporteret, eo nomine aduersarius huic condemnetur; quae species actionis appellatu*r* Rutiliana, quia a praetore P. Rutilio, qui et bonorum uenditionem introduxisse dicitur, conparata es*t*. superior autem species actionis qua ficto se herede bonorum emptor *agit*,
36 Seruiana ⟨*uocatur. Item usucapio fingitur in ea actione quae Publiciana*⟩ uocatur. datur autem haec actio ei qui

3 dari *Goeschen*, dare *C*, *conf. C*[a] *pag. 264 uers. 13* || 7 alterius *Goeschen*, alteriusa *C*[n] *teste Bluhmio* || 9 petiit *Savigny*, petjt *C* || 10 iure *Huschke*, iurees *C* || habet *Goeschen*, hauent *C*, *conf. C*[a] *pag. 265 uers. 34* || 12 *duce fere Hollwegio suppletum est* || 13 dari *addidit Hollweg, om. C*, *conf. C*[a] *pag. 264 uers. 18* || 14 A. *Hollweg*, aulius *C* || 15 L. TITIO *(sic Lachmann) et* ESSET TVM *(sic Bluhme) uerba quam incerta codicis C*[n] *fide nitantur, conf. C*[a] || ⟨ ⟩ *addidit Bluhme* || 16 EIVS ESSE *Bluhme*, fuisse *C teste Bluhmio* || 16—17 *fortasse fuit* et si . . . . debeatur pecunia (*i. e.* pec· *in C*[n]*?*) *uel simile aliquid* (*uix* et si qua debeatur pecunia), *conf. C*[a]; et sic de debito cum praeposita etc. *Mommsen* || 17 *ad* fictione heredis *nescio an ducere uideatur lectio Goescheniana*, *conf. C*[a] || 18 PARERET *Scheurl*, p(a)|ret *C* || A. AGERIO *Goeschen*, a *C*, *conf. C*[a] *pag. 256 uers. 20* || 23 illi *ex* illu *correctum C* || dari *Goeschen*, dare *C*, *conf. C*[a] *pag. 264 uers. 13* || 24 appellatur *Goeschen*, appellatu *C* || 26 est *Goeschen*, esse *C*[n], *conf. C*[a] *pag. 266 uers. 9* || 27 agit *Goeschen*, *aut* agis *aut* egis *C* || 28—29 ⟨ ⟩ *exempli gratia additum est.*

ex iusta causa traditam sibi rem nondum usucepit eamque
amissa possessio*ne* petit. nam quia non potest eam EX IVRE
QVIRITIVM SVAM ESSE intendere, fingitur rem usucepisse et
ita quas*i* ex iure Quiritium dominus factus esset intendit,
ueluti hoc modo IVDEX ESTO. SI QVEM HOMINEM A. AGERIVS EMIT
⟨*ET*⟩ IS EI TRADITVS EST, ANNO POSSEDISSET, TVM SI EVM HOMI-
NEM DE QVO AGIT*VR EX IVRE QVIRITIVM EIVS* ESSE OPORTERET *et*
37 reliqua. Item ciuitas Romana peregrino fingitur, si eo
nomine agat aut cum eo agatur, quo nomine nostris legi-
bus actio constituta est, si modo iustum sit eam actionem
etiam a*d* peregrinum extendi: ueluti si furt*i* agat peregrinus
aut cum eo ⟨*agatur. nam si cum peregrino*⟩ agat*ur*, *f*ormula
ita concipitur IVDEX ESTO. SI PARET ⟨*L. TITIO A DIONE HERMAEI
FILIO FVRTVM FACTVM ESSE, aut SI PARET L. TITIO OPE*⟩ CONSILIOVE
DI*O*NIS *H*ERM*A*EI FILI*I* FVRTVM FACTVM ESSE PATERAE AVREAE, QVAM
OB REM EVM, SI CIVIS ROMANVS ESSET, P*RO* FVRE DAMNVM DECIDERE
OPORTERET et reliqua. item si peregrinus furti agat, ciuitas
ei Romana fingitur. similiter si ex lege Aquilia peregrinus
damni || iniuriae agat aut cum eo agat*ur*, ficta ciuitate Ro- pg.202
38 mana iudic*i*um datur. Praeterea aliquando fingimus ad*uer*-
*s*arium nostrum *c*apite deminutum non esse. nam si ex
contractu nobis obligatus obligataue sit et *c*apite deminu-
tus deminutaue fuer*i*t, uelut mulier per coemptionem, mas-
culus per adrogationem, desinit iure ciuili debere nobis,
nec directo intendi potest si*b*i dare eum eamue oportere;
sed ne in potestate eius sit ius nostrum corrumpere, in-
troducta est *c*ontra eum eamue actio utilis rescissa *c*apitis
deminutione, id est in qua fingitur *c*apite deminutus de-
minutaue non esse.
39 Partes autem formularum hae sunt: demonstratio, in-
40 tentio, adiudicatio, condemnatio. Demonstratio | est ea

2 amissa *Goeschen*, admissat *C* || possessione *Goeschen*, possessionem *C*ⁿ, *conf. C*ᵃ *pag. 281 uers. 1* || 4 quasi *Goeschen*, quas *C* || 5 ueluti] *conf. C*ᵃ *pag. 311 uers. 24* || 6 ET *addidit Huschke* || 7 AGITVR *Goeschen*, agit *C*, *conf. C*ᵃ *pag. 306* || EX IVRE QVIRITIVM EIVS *Huschke*, eius ex iure quiritium *C*ⁿ || oporteret *C*ⁿ, PARERET *Scheurl* || 11 furti *Goeschen*, furtum *C*, *conf. C*ᵃ *pag. 305 uers. 36* || 12 ⟨ ⟩ *dubitanter ad sententiam e. g. additum est* || *posterius* agatur] agat *C*, *conf. C*ᵃ *pag. 306* || formula *Goeschen*, in formula *C* || 13—14 ⟨ ⟩ *ad sententiam additum duce fere Goudsmitio* || 15 DIONIS HERMAEI *Lachmann*, dihoniser· mei *C*, *conf. C*ᵃ *pag. XXVI* || FILII *Niebuhr*, filio *C*, *conf. C*ᵃ *pag. 268 uers. 29 seq.* || 16 PRO *Goeschen*, per *C*ⁿ, *conf. C*ᵃ *pag. 286 uers. 13* || 19 agatur *Goeschen*, agat *C*, *conf. C*ᵃ *pag. 306* || 20—21 aduersarium *Hugo*, adcontrarium *uel* adcontratrarium *C*ⁿ *(conf. C*ᵃ *pag. 309 uers. 28 et pag. 260 uers. 3 et uers. 13)* || 23 fuerit *Goeschen*, fuerint *C*ⁿ || 27 contra *Goeschen*, actio contra *C*ⁿ.

pars formulae quae ——————————, ut demon|-
stretur res de qua agitur: uelut haec pars formulae QVOD
A. AGERIVS N. NEGIDIO HOMINEM VENDIDIT; item haec QVOD A.
41 AGERIVS ⟨*APVD*⟩ N. NEGIDIVM HOMINEM DEPOSVIT. Intentio est ea
pars formulae qua actor desiderium suum concludit: uelut
haec pars formulae SI PARET N. NEGIDIVM A. AGERIO SESTER-
TIVM X̄ MILIA DARE OPORTERE; item haec QVIDQVID PARET N.
NEGIDIVM A. AGERIO DARE FACERE ⟨*OPORTERE*⟩; item haec SI PARET
42 HOMIN*EM* EX IVRE QVIRITIVM A. AGERII ESSE. Adiudicatio est ea
pars formulae qua permittitur iudici rem alicui ex litigato-
ribus adiudicare: uelut si inter coheredes familiae ercis-
cund*a*e agatur, aut inter socios communi diuidundo, aut
inter uicinos finium regundorum. nam illic ita est QVANT*V*M
43 ADIVDICARI OPORTET, IVDEX TITIO ADIVDICATO. Condemnatio est
ea pars formulae qua iudici condemnandi || absoluendiue pg. 203
potestas p*er*mittitur: uel*u*t haec pars formulae IVDEX N. NE-
GIDIVM A. AGERIO SESTERTIVM X̄ MILIA CONDEMNA. SI NON PARET,
ABSOLVE; item haec IVDEX N. NEGIDIVM A. AGERIO DVMTAXAT
⟨*X̄ MILIA*⟩ CONDEMNA. SI N*ON* PA*R*ET, ABSOLVITO; item haec IVDEX
N. NEGIDIVM A. AGERIO CONDEMNATO et reliqua, ut non adi-
44 ciatur DVMTAXAT ⟨*X̄ MILIA*⟩. Non tamen ist*a*e omne*s* partes
simul inueniuntur, sed quaedam inueniuntur, quaedam
non inueniunt*ur*. certe intentio aliquando sola inueni-
t*ur*, sicut in praeiudicialibus formulis, qualis est qua quae-
ritur, aliquis libertus sit, uel quanta dos sit, et aliae co*n*-
plures. demonstratio autem et adiudicatio et condemnatio
nu*m*quam solae inueniuntur, nihil enim omnino ⟨*demonstratio*⟩
sine intentione uel condemnatione ualet; item condemnatio

1 *incertae codicis* C^n *reliquiae ad* quae praecipue ide*o* inseritur, ut etc. *ducere uidentur, quae lectio ferri non potest; expectes e. g.* quae principio ideo ponitur, ut etc.; quae praecipit (*conf. Gai. 4, 63*) id quod geritur, ut etc. *Mommsen* || demonstretur *Goeschen*, demo(n)straretur *C* || 3—4 A. AGERIVS APVT *Goeschen*, ā ā C^n (*conf.* C^a *pag. 256 uers. 17 et pag. 257 uers. 6*) || 8 OPORTERE *addidit Goeschen, om. C, conf.* C^a *pag. 263 uers. 23* || 9 hominem? C^n, HOMINEM ⟨STICHVM⟩ *Huschke non male* || 13 QVANTVM *Hollweg*, quantam? C^n || 14 titio *C*, *audacior sit qui* TANTVM *pro* titio *scribat, conf.* C^a *pag. 308 uers. 22* || 16 permittitur *Goeschen*, promittitur C^n, *conf.* C^a *pag. 284 uers. 12* || 18 DVMTAXAT *Bluhme*, dumtaxant *C* || 19 ⟨ ⟩ *addidit Huschke* || NON *Goeschen*, n? *C*, *conf.* C^a *pag. 281 inf.* || 20 CONDEMNATO *Puchta*, x̄ milia condemnato C^n (*conf. infra uers.* 21) || 21 ⟨⟩ *addidit (ex superioribus) Huschke* || 22 *post* sed *Mommsen talia fere desiderari censet:* ⟨abesse potest una aliaue; item solae⟩ || 23 inueniuntur *Goeschen*, inueniunt *C*, *conf.* C^a *pag. 306* || 23—24 inuenitur *Goeschen*, inuenit *C*, *conf.* C^a *pag. 306* || 25 aliquis *C*, ⟨an⟩ aliquis *Hollweg* || 27 numquam *Goeschen*, nuncquam C^n, *conf.* C^a *pag. 282 uers. 3 et uers.* 7 || ⟨ ⟩ *addidit Boecking duce Goescheno.*

sine demonstratione uel intentione, uel adiudica⟨*tio sine demonstratione uel inten*⟩tione nullas uires habet, ⟨*et*⟩ ob id numquam solae inueniuntur.

45 Sed eas quid*em* formulas in quibus de iure quaeritur, in ius conceptas uocamus, quales sunt quibus intendimus NOSTRVM ESSE ALIQVID EX IVRE QVIRITIVM, au*t* NOBIS DARI OPORTERE aut PRO FVRE DAMNVM ⟨*DECIDI OPORTERE*; *in*⟩ quibus iu-

46 ris ciuilis intentio est. Ceteras uero in factum conceptas uocamus, id est in quibus nulla talis intenti*o* concepta est, ⟨*sed*⟩ initio formulae nominato eo quod factum est, adi*ciun*tur ea uerba per quae iudici damnandi absoluendiue potestas datur: qualis est formula qua utitur patro-n*us* contra li*b*ertum qui eum contra edictum praetoris in ius *u*ocauit; nam in ea ita est RECVPERATORE*S* SVNT*O*. SI PARET ILLVM PATRONVM AB ILL*O* LIBERTO CONTRA EDICTVM ILLIVS PRAETORIS IN IVS VOCATVM ESSE, RECVPERATORES ILLVM LIBERTVM ILLI PATRONO SESTERTIVM X MILIA CONDEMNATE. SI NON PARET, ABSOLVIT*E*. ceterae quoque formulae quae sub titulo DE IN IVS VOCANDO propositae sunt, in factum conceptae sunt, uelut aduersus eum qui in ius uocatus neque uenerit neque uindicem dederit; item contra eum qui ui exemerit eum qui in ius uoc*a*tur; et denique innumera*b*iles eius modi

47 aliae formulae in al*b*o proponuntur. Sed ex quibusdam causis praetor et in ius et in factum conceptas formulas proponit, uel*u*ti depositi et commodati. illa enim formula quae ita concepta est IVDEX ESTO. QVOD A. AGERIVS APVD N. NEGIDIVM MENSAM ARGENTEAM DEPOSV*IT*, QVA DE RE *A*GIT*VR*, QVIDQVID OB EAM REM N. NEGIDIVM A. AGERIO DARE FACERE OPORTET EX FIDE BONA, EIVS *I*VDEX N. NEGIDIVM A. AGERIO CONDEMNATO, N*ISI* R*ESTITVAT*. SI NON PARET, ABSOLV*ITO*, in ius concepta est. a*t* illa formula quae ita concepta est IVDEX ESTO. SI PARET A. AGERIVM APV*D* N. NEGIDIVM MENSAM ARGENTEAM DEPOSVISSE EAM-

---

1—2 ⟨ ⟩ *exempli gratia additum est; aliae uiae supplendi patent* ‖ 2 et *addidit Boecking* ‖ 6 aut *Goeschen,* au *C* ‖ 7 ⟨ ⟩ *addidit Goeschen (conf. Gai. 4, 37)* ‖ 9 intentio] intentionis *C* ‖ 10 sed *addidit Goeschen, om. C, conf. Cª pag. 300 uers. 31* ‖ 11 adiiciuntur *Goeschen, aut* adiqutur *C aut* adiquntur *Cⁿ, ut uidetur* ‖ 12—13 patronus *Goeschen,* patronos *C* ‖ 14 uocauit] euocauit *C* ‖ RECVPERATORES SVNTO *Goeschen,* recuperatore sunt *(uel* sunto, *conf. Cª pag. 301 uers. 35) Cⁿ* ‖ 15 ILLO *Goeschen,* illo patrono *C,* ILLO ⟨ILLIVS⟩ PATRONI *Hollweg* ‖ 22 uocatur *Goeschen,* uocaretur *Cⁿ* ‖ 25 ueleti *Cⁿ* ‖ 27 DEPOSVIT *Goeschen,* deposuisset *C* ‖ AGITVR *Goeschen,* itagit *C, conf. Cª pag. 306* ‖ 29 IVDEX *Huschke,* id· iud· *Cⁿ, conf. Cª pag. 273 uers. 31* ‖ 30 NISI RESTITVAT *Huschke,* nr *C, conf. tamen Cª pag. 282 inf. et Keller Institutionen pag. 115.*

pars formulae quae ——————————, ut demon|stretur res de qua agitur: uelut haec pars formulae QVOD A. AGERIVS N. NEGIDIO HOMINEM VENDIDIT; item haec QVOD A.
41 AGERIVS ⟨*APVD*⟩ N. NEGIDIVM HOMINEM DEPOSVIT. Intentio est ea pars formulae qua actor desiderium suum concludit: uelut haec pars formulae SI PARET N. NEGIDIVM A. AGERIO SESTERTIVM X̄ MILIA DARE OPORTERE; item haec QVIDQVID PARET N. NEGIDIVM A. AGERIO DARE FACERE ⟨*OPORTERE*⟩; item haec SI PARET
42 HOMINEM EX IVRE QVIRITIVM A. AGERII ESSE. Adiudicatio est ea pars formulae qua permittitur iudici rem alicui ex litigatoribus adiudicare: uelut si inter coheredes familiae erciscundae agatur, aut inter socios communi diuidundo, aut inter uicinos finium regundorum. nam illic ita est QVANTVM
43 ADIVDICARI OPORTET, IVDEX TITIO ADIVDICATO. Condemnatio est ea pars formulae qua iudici condemnandi || absoluendiue pg. 203
potestas permittitur: uelut haec pars formulae IVDEX N. NEGIDIVM A. AGERIO SESTERTIVM X̄ MILIA CONDEMNA. SI NON PARET, ABSOLVE; item haec IVDEX N. NEGIDIVM A. AGERIO DVMTAXAT ⟨*X̄ MILIA*⟩ CONDEMNA. SI NON PARET, ABSOLVITO; item haec IVDEX N. NEGIDIVM A. AGERIO CONDEMNATO et reliqua, ut non adi-
44 ciatur DVMTAXAT ⟨*X̄ MILIA*⟩. Non tamen istae omnes partes simul inueniuntur, sed quaedam inueniuntur, quaedam non inueniuntur. certe intentio aliquando sola inuenitur, sicut in praeiudicialibus formulis, qualis est qua quaeritur, aliquis libertus sit, uel quanta dos sit, et aliae conplures. demonstratio autem et adiudicatio et condemnatio numquam solae inueniuntur, nihil enim omnino⟨*demonstratio*⟩ sine intentione uel condemnatione ualet; item condemnatio

---

1 *incertae codicis C^n reliquiae ad* quae praecipue ideo inseritur, ut etc. *ducere uidentur, quae lectio ferri non potest; expectes e. g.* quae principio ideo ponitur, ut etc.*;* quae praecipit *(conf. Gai. 4, 63)* id quod geritur, ut etc. *Mommsen* || demonstretur *Goeschen,* demo(n)straretur *C* || 3—4 A. AGERIVS APVT *Goeschen,* ā ā *C^n (conf. C^a pag. 256 uers. 17 et pag. 257 uers. 6)* || 8 OPORTERE *addidit Goeschen, om. C, conf. C^a pag. 263 uers. 23* || 9 hominem? *C^n,* HOMINEM ⟨STICHVM⟩ *Huschke non male* || 13 QVANTVM *Hollweg,* quantam? *C^n* || 14 titio *C, audacior sit qui* TANTVM *pro* titio *scribat, conf. C^a pag. 308 uers. 22* || 16 permittitur *Goeschen,* promittitur *C^n, conf. C^a pag. 284 uers. 12* || 18 DVMTAXAT *Bluhme,* dumtaxant *C* || 19 ⟨ ⟩ *addidit Huschke* || NON *Goeschen,* n? *C, conf. C^a pag. 281 inf.* || 20 CONDEMNATO *Puchta,* x̄ milia condemnato *C^n (conf. infra uers. 21)* || 21 ⟨ ⟩ *addidit (ex superioribus) Huschke* || 22 *post* sed *Mommsen talia fere desiderari censet:* ⟨abesse potest una aliaue; item solae⟩ || 23 inueniuntur *Goeschen,* inueniunt *C, conf. C^a pag. 306* || 23—24 inuenitur *Goeschen,* inuenit *C, conf. C^a pag. 306* || 25 aliquis *C,* ⟨an⟩ aliquis *Hollweg* || 27 numquam *Goeschen,* nuncquam *C^n, conf. C^a pag. 282 uers. 3 et uers. 7* || ⟨ ⟩ *addidit Boecking duce Goescheno.*

sine demonstratione uel intentione, uel adiudica⟨*tio sine demonstratione uel inten*⟩tione nullas uires habet, ⟨*et*⟩ ob id numquam solae inueniuntur.

45 Sed eas quid*em* formulas in quibus de iure quaeritur, in ius conceptas uocamus, quales sunt quibus intendimus NOSTRVM ESSE ALIQVID EX IVRE QVIRITIVM, au*t* NOBIS DARI OPORTERE aut PRO FVRE DAMNVM ⟨*DECIDI OPORTERE*; *in*⟩ quibus iu-
46 ris ciuilis intentio est. Ceteras uero in factum conceptas uocamus, id est in quibus nulla talis intentio concepta est, ⟨*sed*⟩ initio formulae nominato eo quod factum est, adic*iun*tur ea uerba per quae iudici damnandi absoluendiue potestas datur: qualis est formula qua utitur patro*nus* contra li*b*ertum qui eum contra edictum praetoris in ius *u*ocauit; nam in ea ita est RECVPERATORE*S* SVNT*O*. SI PARET ILLVM PATRONVM AB ILL*O* LIBERTO CONTRA EDICTVM ILLIVS PRAETORIS IN IVS VOCATVM ESSE, RECVPERATORES ILLVM LIBERTVM ILLI PATRONO SESTERTIVM X MILIA CONDEMNATE. SI NON PARET, ABSOLVIT*E*. ceterae quoque formulae quae sub titulo DE IN IVS VOCANDO propositae sunt, in factum conceptae sunt, uelut aduersus eum qui in ius uocatus neque uenerit neque uindicem dederit; item contra eum qui ui exemerit eum qui in ius uoc*a*tur; et denique innumera*b*iles eius modi
47 aliae formulae in al*b*o proponuntur. Sed ex quibusdam causis praetor et in ius et in factum conceptas formulas proponit, uel*u*ti depositi et commodati. illa enim formula quae ita concepta est IVDEX ESTO. QVOD A. AGERIVS APVD N. NEGIDIVM MENSAM ARGENTEAM DEPOSV*IT*, QVA DE RE *A*GIT*VR*, QVIDQVID OB EAM REM N. NEGIDIVM A. AGERIO DARE FACERE OPORTET EX FIDE BONA, EIVS *I*VDEX N. NEGIDIVM A. AGERIO CONDEMNATO, N*ISI* R*ESTIT*V*AT*. SI NON PARET, ABSOLV*ITO*, in ius concepta est. a*t* illa formula quae ita concepta est IVDEX ESTO. SI PARET A. AGERIVM APV*D* N. NEGIDIVM MENSAM ARGENTEAM DEPOSVISSE EAM-

1—2 ⟨ ⟩ *exempli gratia additum est; aliae uiae supplendi patent* || 2 et *addidit Boecking* || 6 aut *Goeschen*, au *C* || 7 ⟨ ⟩ *addidit Goeschen (conf. Gai. 4, 57)* || 9 intentio] intentionis *C* || 10 sed *addidit Goeschen, om. C, conf.* C^a *pag. 300 uers. 31* || 11 adiiciuntur *Goeschen, aut* adiqutur *C aut* adiquntur C^n, *ut uidetur* || 12—13 patronus *Goeschen*, patronos *C* || 14 uocauit] euocauit *C* || RECVPERATORES SVNTO *Goeschen*, recuperatore sunt *(uel* sunto, *conf.* C^a *pag. 301 uers. 35)* C^n || 15 ILLO *Goeschen*, illo patrono *C*, ILLO ⟨ILLIVS⟩ PATRONI *Hollweg* || 22 uocatur *Goeschen*, uocaretur C^n || 25 ueleti C^n || 27 DEPOSVIT *Goeschen*, deposuisset *C* || AGITVR *Goeschen*, itagit *C, conf.* C^a *pag. 306* || 29 IVDEX *Huschke*, id· iud· C^n, *conf.* C^a *pag. 273 uers. 31* || 30 NISI RESTITVAT *Huschke*, nr *C, conf. tamen* C^a *pag. 282 inf. et Keller Institutionen pag. 115.*

QVE DOLO MALO N. NEGIDII A. AGERIO REDDITA*M* NON ESSE, QVANTI
EA RES ERIT, TANTAM PECVNIAM IVDEX N. NEGIDIVM A. AGERIO
CONDEMNATO. SI NON PARET, ABSOLV*ITO*, in factum concepta
est. similes etiam commodati formulae sunt.
48 Omnium autem formularum quae condemnationem ha-
bent, ad pecuniariam aestimationem condemnatio concepta
est. itaque et si corpus aliquod petamus, || ueluti fundum pg.205
hominem uestem ⟨*aurum*⟩ ar*g*entum, iudex non ipsam rem
condemnat *e*um cum quo actum est, sicut olim fieri solebat,
49 ⟨*sed*⟩ aestimata re pecuniam eum condemnat. Condemnatio
autem uel certae pecuniae in formula proponitur uel in-
50 certae. Certae pecuniae uelut in ea formula qua certam
pecuniam petimus; nam illic ima part*e* formulae ita est IVDEX
N. NEGIDIVM A. AGERIO SESTERTIVM $\overline{X}$ MILIA CONDEMNA. SI NON
51 PARET, ABSOLVE. Incertae uero condemnatio pecuniae dupli-
cem significationem habet. est enim una *cum* aliqua prae-
finitione, quae uulgo dicitur cum taxatione, uelut si incertum
aliquid petamus; nam illic ima parte formulae ita est IVDEX
N. NEGIDIVM A. AGERIO DVMTAXAT SESTERTIVM $\overline{X}$ MILIA CONDEMN*A*. SI
NO*N* PARET, ABSOLV*E*. uel incerta es*t* et infinita, *uel*ut si rem
aliquam a possidente nostram esse petamus, id est si in rem
agam*us* uel ad exhibendum; nam illic ita est QVANTI E*A* RE*S*
ERIT, TANTAM PECVNIAM, IVDEX, N. NEGIDIVM *A. AGERIO* CONDEMNA.
SI NON PARET, ABSOLVIT*O*. quid er*go* es*t*? iudex si condemnet,
certam pecuniam condemnare debet, etsi certa pecunia in
52 condemnatione posita non sit. Debet autem iudex atten-
dere, *ut* cum certae pecuniae condemnatio posita sit, neque
maioris neque minoris summa posit*a* condemnet, alioquin
litem suam facit. item si taxatio posita sit, ne pl*u*r*i*s con-
demnet quam taxat*um* sit, ali*a*s enim simili*t*er litem suam
faci*t*. minoris autem damnare || ei permissum est. at si pg.206
etiam——————————|——————————

1 REDDITAM *Goeschen*, reddita *C* || 6 condemnatio *Goeschen*, condemnationem C^n || 8 ⟨ ⟩ *addidit Huschke (conf. Gai. 2, 13)* || argentum *Huschke*, argumentum *C* || 9 condemnat eum *Huschke*, condemnatum *C* || 10 sed *addidit Goeschen, om. C, conf.* C^a *pag. 300 uers. 31* || 11 proponitur? C^n, ponitur *Bluhme, conf.* C^a *pag. 286 uers. 9* || 15 condemnatio pecuniae C^n, pecuniae condemnatio *Polenaar* || 16 cum *Goeschen*, quae? *C, conf.* C^a *pag. 260 uers. 26 et pag. 290 uers. 1* || 19 CONDEMNA *Goeschen*, condemnet *C, conf.* C^a *pag. 260 uers. 11* || 20 est et] esset C^n, *conf.* C^a *pag. 265 inf.* || 21 minoris *ex* maioris *correctum? C* || 23 A. AGERIO *Goeschen*, eidem? C^n *(ex glossemate?)* || 24 ABSOLVITO *Bluhme*, absoluite *magis quam* absoluito *in C uidetur extare;* ABSOLVE *Huschke (conf.* C^a *pag. 303 uers. 6 seqq.)* || 29 pluris *Goeschen*, plures *C* || 30 ali(a)s *C (ualde incerta altera* a *littera), conf.* C^a || 31 facit *Goeschen*, faciti *C* || 32 *initio paginae codicis C 206 de eo fortasse agebatur,*

———————————| qui formulam accipit, intendere debet, nec amplius|—————— certa condemnatione constringi——|———————————————
———————|————————————————
—————|usque uelit.
53 |Si quis intentione plus conplexus fuerit, *causa cadit*, | id est rem perdit, nec a praetore in integrum restituitur exceptis | quibusdam casibus in *quibus*—————*praetor* non patitur |——————————————
53a ———————|—————————————— *Plus au-*
tem quattuor | modis petitur: re, tempore, loco, causa. re, *ueluti si quis pro* $\bar{x}$ | milibus quae ei debentur, xx milia petierit, *aut* si *is cuius* | ex parte res est, totam eam aut
53b maiore ex parte *suam* | esse intenderit. *Tempore plus peti-*
53c *tur, ueluti si quis* | ante *diem petierit. Loco plus petitur, ueluti si quod certo loco* | dari promissum est, id *alio loco sine commemoratio*|ne eius loci petatur, uelut si *quis ita stipulatus fuerit* EPHESI | DARE SPONDES?, deinde Romae *pure intendat* DARI SIBI OPORTERE. |————————
————————————| dare mihi oportere——————— *(2 uersus*
———————————|——————————————
in C legi nequeunt) ———————————|| petere id est non ad- pg.207
53d iecto loco. Causa plus petitur, uelut si quis in intentione

§ 53 usque ad 7 *restituitur* conf. Inst. 4, 6, 33 || § 53a fere = Inst. 4, 6, 33a || § 53b fere = Inst. 4, 6, 33b || § 53c usque ad 19 OPORTERE fere = Inst. 4, 6, 33c || § 53d ex parte conf. Inst. 4, 6, 33d.

quid actor uel reus attendere debeat, ne quid damni capiat ex male concepta condemnatione; deinde agebatur de formula infinitae condemnationis (usque ad pag. 169, 5 *huius editionis; exiit igitur paragraphus fortasse in haec uerba:* potest *(scilicet* iudex tali formula datus, quae infinitam condemnationem habet*)* condemnare, quousque uelit.

6 intentione *C*, in intentione sua *Inst.* || 6 *suppleuit Vnterholzner ad Inst.* || 7 integrum *Inst.*, integro *C* || *uersus* 10—19 *ad Inst. supplendos esse non fugit Goeschenum* || 11 *(priore loco)* re *Inst.*, res *C*, *conf. Ca pag. 298 uers. 35* || 12 debentur *C*, debebantur *Inst.* || 13 est *Inst.*, esset *Cn*, *conf. Ca pag. 266 uers. 9* || *(in fine)* aut *Cn*, uel *Inst.* || 14—15 plus petitur, *quae uerba propter spatium in C supra suppleta sunt, om. Inst.* || 15 diem] diem uel ante condicionem *Inst.*; *conf. Krueger in Zeitschrift für Rechtsgeschichte uol. VII pag. 233 seqq.* || 18 deinde] do**? *C*, *conf. Ca pag. 263 uers. 15* || 22 *(ante* petere*) dixit Gaius eum qui Romae stipulatus fuerit* EPHESI DARE SPONDES?, *Ephesi posse pure* petere etc. || est *Hollweg*, esti? *Cn*.

tollat electionem de*b*itoris quam *i*s habet obligationis iure: uelut si quis ita stipulatus sit SESTERTIVM $\overline{\text{X}}$ MILIA AVT HOMINEM STICHVM DARE SPONDES?, deinde alterutru*m* ex his petat; nam quamuis petat quod minus est, plus tamen petere uidetur, quia potest aduersarius interdum facilius id praestare quod non petitur. similiter si quis genus stipulatus sit, deinde speciem petat: ueluti si quis purpuram stipulatus sit generaliter, deinde Tyriam specialiter petat; quin etiam licet uilissimam petat, idem iuris est p*r*op*ter* eam rationem quam proxime diximus. idem iuris est, si quis generaliter hominem stipulatus sit, deinde nominatim aliquem petat, uelut Stichum, quamuis uilissimum. itaque sicut ipsa stipulatio concepta est, ita et intentio formulae concipi de*b*et.

54 Illud satis apparet in incertis formulis plus peti non posse, quia, cum certa quantitas non petatur, sed QVIDQVID aduersarium DARE FACERE OPORT*ET* intendat*ur*, nemo potest plus intendere. idem iuris est et si in rem incertae partis actio data sit: uelut tal*i*s QVANTAM PARTEM PARET IN EO FVNDO QVO D*E* AGITVR actoris ESSE; quod genus actionis in paucis-

55 simis causis dari solet. Item palam est, si quis aliud pro alio intenderit, nihil eum periclitari eumque ex integro agere posse, quia nihil ante uidetur egisse: ueluti si is qui hominem Stichum || petere deberet, Erotem petierit; pg.208 aut si quis EX TESTAMENTO DAR*I* si*b*i OPORTERE intenderit, cui ex stipulatu deb*e*batur; aut si cognitor aut procurator in-

56 tenderit si*b*i DARI OPORTERE. Se*d* plus quidem intendere, sicut supra diximus, periculosum est; minus autem intendere licet; sed de reliquo intra eiusdem praeturam agere non permittitur. n*am* qui ita agit, per exceptionem exclu-

57 ditur, quae exceptio appellatur litis diuiduae. A*t* si in condemnation*e* plus po*s*itum sit quam oportet, actoris qui*dem*

§ 55 inde ab 20 *si* usque ad 21 *periclitari* et inde ab 22 *ueluti* usque ad 25 *debebatur* = Inst. 4, 6, 35 || § 56 *supra*] § 53.

1 quam is *Goeschen*, quamuis? C^n || 3 alterutrum *Inst.*, alterutrum eorum C^n || 9 propter *Goeschen*, papp *C*, *conf.* C^a *pag. 288 uers. 15* || 16 OPORTET] oporteret C^n, *conf.* C^a *pag. 265 uers. 26* || intendatur *Goeschen*, intendat *C*, *conf.* C^a *pag. 306* || 18 talis] tales *C* || 19 quo de *Goeschen*, quod *C* || 24 dare *(conf.* C^a *pag. 264 uers. 12)* siui *C*, sibi dari *Inst.* || cui *C*, quod *Inst.* || 25 debebatur *Goeschen*, deberedebatur C^n, debetur *Inst.* || 29 nam *Goeschen*, nec C^n, *conf.* C^a *pag. 280 uers. 23* || 31 condemnatione *Goeschen*, condemnationem *C* || positum *Hollweg*, petitum *C* || quidem *Goeschen*, qā *(i. e.* quia?*)* C^n, *conf.* C^a *pag. 296 uers. 32*.

periculum nullum est, sed ⟨*reus cum*⟩ iniqua*m* formulam
acceperit, in integrum restituitur, ut minuatur condemna-
tio. si uero minus positum fuerit quam oportet, hoc solum
consequitur ⟨*actor*⟩ quod posuit; nam tota quidem res in
iudicium deducitur, constringitur autem condemnationis
fine, qua*m* iudex egredi non potest. nec ex ea parte prae-
tor in integrum restituit; facilius enim reis praetor suc-
currit quam actoribus. loquimur autem exceptis minoribus
XXV annorum; nam huius aetatis hominibus in omnibus
58 rebus lapsis praetor succurrit. Si in demonstratione plus
aut minus positum sit, nihil in iudicium deducitur, et ideo
res in integro manet; et hoc est quod dicitur falsa demon-
59 stratione rem non perimi. Sed sunt qui putant minus recte
conprehendi, ut qui forte Stichum et Erot*em* emerit, recte
uide*a*tur ita demonstrare QVOD EGO DE TE HOMINEM EROTEM
EMI, et si uelit, de Sticho alia formul*a* agat, quia uerum
est eum ‖ qui duos emerit, singulos quoque emisse; id- pg.209
que ita maxime La*be*oni uisum est. sed si is qui unum
emerit, de duobus egerit, falsum demonstrat. idem et in
60 aliis actionibus est, ueluti commodati et depositi. Sed nos
apu*d* quosdam scriptum inuenimus, in actione depositi et
denique in ceteris omnibus ex quibus damnatus unus-
quisque ignominia notatur, eum qui plus quam oporteret
demonstrauerit, litem perdere: ueluti si quis una r*e* depo-
sita duas pluresue ⟨*se de*⟩posuisse demonstrauerit; aut si
is cui pugno mala percussa est, in actione iniuriarum etiam
aliam partem corporis percussam si*bi* demonstrauerit. quod
an de*b*eamus credere uerius esse, diligentius requiremus.
cert*e* cum duae sint depositi formulae, alia in ius concepta,
alia in factum, sicut *s*upra quoque notauimus, et in ea
quidem formula q*u*ae i*n* ius concepta est, initio res de q*u*a
agitur demonstratorio modo designetur, deinde inferatur
iuris conte*n*tio his uerbis QVIDQVID OB EAM REM ILLVM ILLI

§ 60 *supra*] § 47.

1 ⟨ ⟩ *addidit Goeschen* ‖ iniquam *Goeschen,* iniqua *C, conf. C*ª *pag. 292 uers.* 2 ‖ 4 ⟨ ⟩ *duce Goescheno addidit Polenaar* ‖ 6 quam *Goeschen,* quamm? *C*ⁿ, *conf. C*ª *pag. 289 uers. 26* ‖ 14 Erotem emerit *Goeschen,* erotemerit *C*, *conf. C*ª *pag. 304 uers. 14* ‖ 15 uideatur] uidetur *C*ⁿ ‖ 16 formula] formula id *(pro* idem?, *conf. C*ª *pag. 262 uers. 33) C; an* formula iterum *scribendum est?* ‖ 18 Labeoni *Goeschen,* laticoni? *magis quam* laueoni? *C* ‖ 24 re *Goeschen,* rei *C* ‖ 25 se deposuisse] posuisse *C* ‖ 27 corporis *ex* corporalis *correctum C?* ‖ 31 quae *Goeschen,* quiuae? *C* ‖ in ius *Goeschen,* in|nius *C* ‖ 33 iuris conte(n)tio *C,* iuris intentio *Boecking (olim),* iuris ciuilis intentio *d'Ablaing.*

DARE FACERE OPORTET; in e*a* uero quae in factum concep*ta*
est, s*tat*im initio i*nt*entionis alio modo res de qua agitur
designetur his uerbis SI PARET ILLVM APVD ⟨*ILLVM REM*⟩ ILLA*M*
DEPOSVISSE: dubitare non debemus, quin si quis in formula
quae in factum co*n*posita est, plures res designauerit quam
deposuerit, litem perdat, quia in intentione pl*u*s pos——||

(24 uersus in C legi nequeunt)

——————————————————|| pg.210

(24 uersus in C legi nequeunt)

61 ——————————————————•——|| pg.211

continetur, ut habita ratione eius quod inuicem actorem ex pg.212
eadem causa praestare oporteret, in reliquum eum cum
62 quo actum est, condemnare. Sunt autem bonae fidei iudi-
cia haec: ex empto uendito, locato conducto, negotiorum
gestorum, mandati, depositi, fiduciae, pro socio, tutelae,
rei uxoriae, ⟨*commodati*, *pigneraticium*, *familiae erciscundae*,
63 *communi diuidundo*, *praescriptis uerbis*⟩. Li*b*erum est tamen
iudici nullam omnino inuicem conpensationis rationem
habere; nec enim apert*e* formulae ue*r*bis praecipitur, sed
quia id bonae fidei iudicio conueniens uidetur, id*eo* officio
64 eius contineri creditur. Alia causa est illius actionis qua
argentarius experitur: nam is cogitur cum conpensatione
agere, et ea conpensatio uerbis formulae exprimitur; adeo
quidem, u*t* ab initio conpensatione facta minus intendat
sibi dar*i* oportere. ecce enim si *sestertium* x̄ milia de*b*eat

---

§ 61 inde ab 9 *habita* = Inst. 4, 6, 39 (conf. etiam 4, 6, 30) || § 62 conf. Inst. 4, 6, 28.

---

1 ea *Goeschen*, eam *C* || 3 ⟨ ⟩ *addidit Huschke* || ILLAM *Huschke*, illa *ex* illam *correctum C* || 6 *Goeschen sententiam e. g. sic perficit* posuisse uidetur. || 7 *seqq. In paginis codicis C 210 et 211 de iis fortasse agebatur, quae in Inst. leguntur 4, 6, 36—38; deinde (sub finem paginae 211) incepit tractatus de conpensatione (conf. Inst. 4, 6, 39), de qua haec leguntur in Inst. (4, 6, 30):* In bonae fidei autem iudiciis libera potestas permitti uidetur iudici ex bono et aequo aestimandi, quantum actori restitui debeat. in quo et illud continetur, ut si quid inuicem actorem praestare oporteat, eo compensato in reliquum is cum quo actum est, condemnari debeat. || 11 condemnare *C*, condemnaret (condemnat *codices Institutionum deteriores*) *Inst. 4, 6, 39*, condemnari debeat *(et in praecedentibus* is *pro* eum*) Inst. 4, 6, 30; anacoluthon traditum uariis modis remouere possis* || 13—17 *conf.* C^{as} || 13—14 *uerba* mandati — uxoriae *in* C^{n} *per errorem bis scripta sunt* || 14—15 ⟨ ⟩ *additum ex Inst. duce ex parte Huschkio* || 17 uerbis *Goeschen*, uebis *C*, *conf.* C^{a} *pag. 309 med.* || 18 ideo *Lachmann*, id *C* || 22 ut] ut itaque *C*, ut statim *Huschke* || 23 dari *Goeschen*, dare *C*, *conf.* C^{a} *pag. 264 uers. 14* || sestertium *Goeschen*, s̄·e C^{n}, *conf.* C^{a} *pag. 303 med.*

Titio, atque ei xx debeantur, sic intendit SI PARET TITIVM
SI*B*I X MILIA DARE OPORTERE AMPLIVS QVAM I*PS*E TITIO DE*B*ET.
65 Item *b*onorum emptor cum deductione agere iube*tur*, *id*
est ut in hoc solum aduersarius eius condemnetur quod
superest, deducto eo quod inuicem ei bonorum emptor de-
66 fraudatoris nomin*e* debet. Inter conpensationem autem
quae argentario opponitur, et deductionem quae obicitur
bonorum emptori, ill*a* differentia est, quod in conpensa-
tione*m* hoc solum uocatur quod eiusdem generis et naturae
est: ueluti pecunia cum pecunia conpens*a*tur, triticum cum
tritico, uinum cum uino; adeo || ut quibusdam plac*ea*t no*n* pg.213
omni modo uinum cum uino aut triticum cum tritico con-
pensandum, sed ita si eiusdem naturae qualitatisque sit.
in deductionem autem uocatur et quod non est eiusdem
generis. itaque ⟨*si*——————————————⟩; si
uero pecuniam petat bonorum emptor et inuicem frumen-
tum aut uinum is debeat, deduct*o* quanti id erit, in reli-
67 quum experitur. Item uocatur in deductione*m* et id quod
in diem debetur; conpensatur autem hoc solum quod prae-
68 senti die de*b*etur. Praeterea conpen*s*ationis quidem ratio
in intentione ponitur; quo fit, ut si facta conpensatione
plus nummo uno intendat argentarius, causa cadat et ob
id rem perdat. deductio uero ad condemnationem ponitur,
quo loco plus petenti periculum non interuenit; utique
bonorum emptore agente, qui licet de certa pecunia agat,
incerti tamen condemnationem concipit.
69 Quia tamen superius mentionem habuimus de actione
qua in peculium filiorum familias seruorumque ag*i*tur, opus
est ut de *h*ac actione et de ceteris quae eoru*n*dem nomine

§ 69 = Inst. 4, 7 pr. || *superius*] ante § 64 in pagina codicis *C* 210 uel 211.

2 ipse *Goeschen*, ispe? *C* || 3 bonorum emptor] debe? (*pro* b̄e) *C* || 6 nomine *Goeschen*, nomini *C*, *conf.* *C*[a] *pag. 282 uers. 28* || 8 illa *Goeschen*, illae? *C* || 8—9 compensationem *Goeschen*, conpensatione *C* || 9 *uerba* et naturae *tamquam glossema (conf. infra uers.* 13*) delet d'Ablaing* || 10 compensatur *Goeschen*, conpensetur *C*[n] || 11 placeat *Goeschen*, placet *C* || non *Goeschen*, n̊ *(i. e.* nobis?*)* *C*[n], *conf.* *C*[a] *pag. 281 uers. 32* || 15 *fortasse propter homoeoteleuton e. g. talia fere interciderunt:* itaque ⟨si frumentum aut uinum petat bonorum emptor et inuicem defraudatoris nomine pecuniam is debeat, quanto amplius ea pecunia id frumentum aut uinum erit, in condemnatione ponitur;⟩ si uero etc. || 17 deducto *Lachmann*, deductiore? *C ante correctionem*, deducto iure? *C post correctionem*, *conf.* *C*[a] || 18 deductionem *Goeschen*, deductione *C* || 20 compensationis *Goeschen*, conpensitationis *C* || 28 qua *C*, quae *Inst.* || agitur *Inst.*, agatur *C*[n].

DARE FACERE OPORTET; in *ea* uero quae in factum concep*ta* *est*, *stat*im initio *int*entionis alio modo res de qua agitur designetur his uerbis SI PARET ILLVM APVD ⟨*ILLVM REM*⟩ ILLA*M* DEPOSVISSE: dubitare non debemus, quin si quis in formula quae in factum co*n*posita est, plures res designauerit quam deposuerit, litem perdat, quia in intentione pl*us* po*s*——||

(24 uersus in C legi nequeunt) ——|| pg.210

(24 uersus in C legi nequeunt)

61 ——|| pg.211

continetur, ut habita ratione eius quod inuicem actorem ex pg.212
eadem causa praestare oporteret, in reliquum eum cum
62 quo actum est, condemnare. Sunt autem bonae fidei iudicia haec: ex empto uendito, locato conducto, negotiorum gestorum, mandati, depositi, fiduciae, pro socio, tutelae, rei uxoriae, ⟨*commodati*, *pigneraticium*, *familiae erciscundae*,
63 *communi diuidundo*, *praescriptis uerbis*⟩. Liberum est tamen iudici nullam omnino inuicem conpensationis rationem habere; nec enim apert*e* formulae u*e*rbis praecipitur, sed quia id bonae fidei iudicio conueniens uidetur, id*eo* officio
64 eius contineri creditur. Alia causa est illius actionis qua argentarius experitur: nam is cogitur cum conpensatione agere, et ea conpensatio uerbis formulae exprimitur; adeo quidem, u*t* ab initio conpensatione facta minus intendat sibi dar*i* oportere. ecce enim si *sestertium* x̄ milia de*b*eat

§ 61 inde ab 9 *habita* = Inst. 4, 6, 39 (conf. etiam 4, 6, 30) || § 62 conf. Inst. 4, 6, 28.

1 ea *Goeschen*, eam *C* || 3 ⟨ ⟩ *addidit Huschke* || ILLAM *Huschke*, illa *ex* illam *correctum C* || 6 *Goeschen sententiam e. g. sic perficit* posuisse uidetur. || 7 *seqq. In paginis codicis C 210 et 211 de iis fortasse agebatur, quae in Inst. leguntur 4, 6, 36—38; deinde (sub finem paginae 211) incepit tractatus de conpensatione (conf. Inst. 4, 6, 39), de qua haec leguntur in Inst. (4, 6, 30):* In bonae fidei autem iudiciis libera potestas permitti uidetur iudici ex bono et aequo aestimandi, quantum actori restitui debeat. in quo et illud continetur, ut si quid inuicem actorem praestare oporteat, eo compensato in reliquum is cum quo actum est, condemnari debeat. || 11 condemnare *C*, condemnaret (condemnat *codices Institutionum deteriores*) *Inst. 4, 6, 39*, condemnari debeat *(et in praecedentibus* is *pro* eum*) Inst. 4, 6, 30; anacoluthon traditum uariis modis remouere possis* || 13—17 *conf. C*[as] || 13—14 *uerba* mandati — uxoriae *in C*[n] *per errorem bis scripta sunt* || 14—15 ⟨ ⟩ *additum ex Inst. duce ex parte Huschkio* || 17 uerbis *Goeschen*, uebis *C*, *conf. C*[a] *pag. 309 med.* || 18 ideo *Lachmann*, id *C* || 22 ut] ut itaque *C*, ut statim *Huschke* || 23 dari *Goeschen*, dare *C*, *conf. C*[a] *pag. 264 uers. 14* || sestertium *Goeschen*, s̄·e *C*[n], *conf. C*[a] *pag. 303 med.*

Titio, atque ei $\overline{xx}$ debeantur, sic intendit SI PARET TITIVM
SI*BI* $\overline{X}$ MILIA DARE OPORTERE AMPLIVS QVAM I*PS*E TITIO DE*B*ET.
65 Item *b*onorum emptor cum deductione agere iube*tur*, *id*
est ut in hoc solum aduersarius eius condemnetur quod
superest, deducto eo quod inuicem ei bonorum emptor de-
66 fraudatoris nomin*e* debet. Inter conpensationem autem
quae argentario opponitur, et deductionem quae obicitur
bonorum emptori, ill*a* differentia est, quod in conpensa-
tione*m* hoc solum uocatur quod eiusdem generis et naturae
est: ueluti pecunia cum pecunia conpens*a*tur, triticum cum
tritico, uinum cum uino; adeo || ut quibusdam place*a*t no*n* pg. 213
omni modo uinum cum uino aut triticum cum tritico con-
pensandum, sed ita si eiusdem naturae qualitatisque sit.
in deductionem autem uocatur et quod non est eiusdem
generis. itaque ⟨*si* ——————————————⟩; si
uero pecuniam petat bonorum emptor et inuicem frumen-
tum aut uinum is debeat, deduct*o* quanti id erit, in reli-
67 quum experitur. Item uocatur in deductione*m* et id quod
in diem debetur; conpensatur autem hoc solum quod prae-
68 senti die de*b*etur. Praeterea conpen*s*ationis quidem ratio
in intentione ponitur; quo fit, ut si facta conpensatione
plus nummo uno intendat argentarius, causa cadat et ob
id rem perdat. deductio uero ad condemnationem ponitur,
quo loco plus petenti periculum non interuenit; utique
bonorum emptore agente, qui licet de certa pecunia agat,
incerti tamen condemnationem concipit.
69 Quia tamen superius mentionem habuimus de actione
qua in peculium filiorum familias seruorumque ag*i*tur, opus
est ut de *h*ac actione et de ceteris quae eoru*n*dem nomine

§ 69 = Inst. 4, 7 pr. || *superius*] ante § 61 in pagina codicis *C* 210 uel 211.

2 ipse *Goeschen*, ispe? *C* || 3 bonorum emptor] debe? (*pro* be) *C* || 6 nomine *Goeschen*, nomini *C*, *conf.* *C*ᵃ *pag. 282 uers. 28* || 8 illa *Goeschen*, illae? *C* || 8—9 compensationem *Goeschen*, conpensatione *C* || 9 *uerba* et naturae *tamquam glossema (conf. infra uers.* 13*) delet d'Ablaing* || 10 compensatur *Goeschen*, conpensetur C^n || 11 placeat *Goeschen*, placet *C* || non *Goeschen*, ñ̊ (*i. e.* nobis?) C^n, *conf.* C^a *pag. 281 uers. 32* || 15 *fortasse propter homoeoteleuton e. g. talia fere interciderunt:* itaque ⟨si frumentum aut uinum petat bonorum emptor et inuicem defraudatoris nomine pecuniam is debeat, quanto amplius ea pecunia id frumentum aut uinum erit, in condemnatione ponitur;⟩ si uero etc. || 17 deducto *Lachmann*, deductiore? *C ante correctionem*, deducto iure? *C post correctionem*, *conf.* C^a || 18 deductionem *Goeschen*, deductione *C* || 20 compensationis *Goeschen*, conpensitationis *C* || 28 qua *C*, quae *Inst.* || agitur *Inst.*, agatur C^n.

in parent*e*s dominosue dari solent, diligentius admoneamus.
70 Inprimis itaque si iussu patris domin*i*ue negotium gestum erit, in solidum praetor actionem in patrem dominumue conparauit; et re*c*te, quia qui ita negotium gerit, magis
71 patris dominiue quam filii seruiue fidem sequitur. Eadem ratione ‖ co*n*parauit duas alias actiones, exercitoriam et in- pg.214 sti*t*oriam. tunc autem exercitoria locum habet, cum pater dominusue filium seruumue magistrum nau*i* praeposuerit, et quid cum eo eius rei gratia cui praepositu*s* fuerit, [negotium] gestum erit. cum enim ea quoque res ex uoluntate patris dominiue contrahi uideatur, aequissimum esse uisum est in solidum actio*nem* ⟨*in eum*⟩ dari. quin etiam, licet extraneum quisqu*e* magistrum nau*i* praeposuerit siue seruum siue liberum, tamen ea pr*a*etoria actio in eum redditur. ideo autem exercitoria actio appellatur, quia exercitor uocatur is a*d* quem cottidianus nauis quaestus peruenit. insti*t*oria uero formula tum locum habet, cum quis tabernae aut cuilibet negotiationi filium seruumue aut quemlibet extraneum siue ser*u*um siue liberum praeposuerit, et quid cum eo eius rei gratia cui praepositus est, contractum fuerit. ideo autem insti*t*oria uoca*tur*, quia qui tabernae praeponitur, insti*t*or appella*tur*. qua*e* et
72 ipsa formula in solidum est. Praeterea tri*b*utoria quoque actio in patrem dominumue constituta est, cum filius ser*u*usu*e* in peculiar*i* merce sciente patre dominoue negotie-

§ 70 conf. Inst. 4, 7, 1 ‖ § 71 usque ad 10 *erit* et inde ab 15 *ideo* conf. Inst. 4, 7, 2 ‖ § 72 conf. Inst. 4, 7, 3.

1 parentes *Inst.*, parentis *C* ‖ 2 dominiue *Goeschen*, dominisue *C* ‖ 6—7 institoriam *Goeschen*, institutoriam *C (constanter C exhibet* institutoria *et* institutor, *item fere constanter meliores codices Institutionum; contra* institoria *et* institor *deteriores codices Institutionum cum Theophilo)* ‖ 8 naui *Institutionum codices PWE*, nauis *C et Institutionum codex B* ‖ 9 praepositus *Inst.*, praepositum post? *C*ⁿ ‖ 9—10 fuerit negotium gestum erit *C*ⁿ *(*negotium *ut glossema deleuit Mommsen)*, erit contractum fuerit *Inst.* ‖ 12 actionem *Goeschen*, actio *C*ⁿ, *conf. C*ᵃ *pag. 257 uers. 5* ‖ in eum *additum est duce Huschkio* ‖ 13 quisque] quisqua s *C* ‖ naui *Goeschen*, nauis? *C* ‖ 15 actio *C*ⁿ, *om. Inst.* ‖ 17 peruenit *C*ⁿ, pertinet *Inst.* ‖ institoria *Goeschen*, institutoria *C, de Inst. conf. supra ad uers.* 6—7 ‖ tum *C*, tunc *Inst.* ‖ 18 tabernae *C*, tabernae forte *Inst.* ‖ 20 gratia *C*, causa *Inst.* ‖ 21 est *C*ⁿ, erit *Inst.* ‖ institoria *Goeschen*, institutoria *C, de Inst. conf. supra ad uers.* 6—7 ‖ 22 institor *Goeschen*, institutor *C, de Inst. conf. supra ad uers.* 6—7 ‖ quae *Goeschen*, qua *C, conf. C*ᵃ *pag. 290 uers. 18* ‖ 24—25 *post* serbusue *C*ⁿ *per errorem repetit uerba:* constituta est cum filius seruusue ‖ 25 peculiari *Inst.*, peculiari quioptio? *C*ⁿ.

tur. nam si quid eius rei gratia cum eo contra*ctum* fuerit, ita praetor ius dicit, ut quidquid in *his* mercibus || *erit quod-* pg. 215
que inde receptum erit, id inter ⟨*patrem*⟩ *dominum*⟨*ue*⟩, *si quid ei debebitur*, *et ceteros creditores pro rata portione distribuatur*.

72a ——————————————— *(fere 21 uersus in C legi nequeunt)* ———————————————

73 *Cum autem quaeritur*, *quantum in peculio sit*, *ante de*||ducitur pg. 216
quod patri dominoue quique in eius potestate sit, a filio seruoue debet*ur*, et quod superest, hoc solum peculium esse intellegitur. aliquando tamen id quod ei debet filius seruusue qui in potestate patris dominiue sit, non dedu-

§ 73 fere = Inst. 4, 7, 4c.

2—4 *suppleuit Goeschen ad Inst.* || 5—7 *in C (post* distribuatur*) fere 21 uersus legi nequeunt, pro quibus in Institutionibus (4, 7, 3. 4. 4a. 4b) haec leguntur [ea, quae Gaium necessario habuisse iam Goeschen intellexit, Institutiones autem omiserunt, his uncinis* ⟨ ⟩ *saepsimus; quae leuiter immutanda erant, inclinatis litteris expressimus]:* et quia ipsi ⟨patri⟩ domino⟨ue⟩ distributionem permittit, si quis ex creditoribus queratur, quasi minus ei tributum sit quam oportuerit, hanc ei actionem accommodat quae tributoria appellatur. ⟨§ 72a⟩ Praeterea introducta est actio de peculio deque eo quod in rem ⟨patris⟩ domini⟨ue⟩ uersum erit, ut, quamuis sine uoluntate ⟨patris⟩ domini⟨ue⟩ negotium gestum erit, tamen siue quid in rem eius uersum fuerit, id totum praestare debeat, siue quid non sit in rem eius uersum, id eatenus praestare debeat, quatenus peculium patitur. in rem autem ⟨patris⟩ domini⟨ue⟩ uersum intellegitur, quidquid necessario in rem eius inpenderit ⟨filius⟩ seruus⟨ue⟩: ueluti si mutuatus pecuniam creditoribus eius soluerit, aut aedificia ruentia fulserit, aut familiae frumentum emerit, uel etiam fundum aut quamlibet aliam rem necessariam mercatus erit. itaque si ex decem ut puta *sestertiis* qu*ae* seruus tuus a Titio mutu*a* accepit, creditori tuo quinque *sestertia* soluerit, reliqu*a* uero quinque quolibet modo consumpserit, pro quinque quidem in solidum damnari debes, pro ceteris uero quinque eatenus, quatenus in peculio sit. ex quo scilicet apparet, si tot*a* decem *sestertia* in rem tuam uers*a* fuerint, tot*a* decem *sestertia* Titium consequi posse. licet enim una *sit* actio qua de peculio deque eo quod in rem ⟨patris⟩ domini⟨ue⟩ uersum sit agitur, tamen duas habet condemnationes. itaque iudex apud quem ea actione agitur, ante dispicere solet, an in rem ⟨patris⟩ domini⟨ue⟩ uersum sit, nec aliter ad peculii aestimationem transit, quam si aut nihil in rem ⟨patris⟩ domini⟨ue⟩ uersum intellegatur aut non totum. *tum secuntur ea quae supra (uers. 7) ex Inst. suppleta sunt:* cum autem quaeritur, quantum in peculio sit etc. *Pro illis nonnulla breuius apud Gaium expressa fuisse spatii in C angustiae docent* || 7 *suppleuit Goeschen ex Inst.* || 8 quod *C*n, quidquid *Inst.* || quique *C*n, quiue *Inst.* || eius potestate *C*n, potestate eius *Institutionum codices nonnulli*, potestate (*omisso* eius) *earundem codices BP*a*WE* || 9 hoc *C*n, id *Inst.* || 10 esse *C*n, *om. Inst.*

citur ex peculio, uelut si is cui debet, in huius ipsius
74 peculio sit. Ceterum du*b*ium non est, quin et is qui iussu patris dominiue contraxit cuique exercitoria uel insti*t*oria formula co*n*petit, de peculio aut de in rem uerso agere possit. sed nemo tam stultus erit, ut qui aliqua illarum actionum sine dubio solidum consequi possi*t*, in difficultate*m* se deducat proband*i* habere peculium eum cum quo contraxerit, exque eo peculio posse sibi satisfieri, uel id quod persequitur, in rem patris dominiue uersum esse.
74ª *I*s quoque cui tributoria actio conpetit, de peculio uel de in rem uerso agere potest. sed huic sane plerumque expedit hac potius actione uti quam tributoria. nam in tributoria eius solius peculii ratio ha*b*etur, quod in his mercibus est *q*uibus negotiatur filius seruusue quodque inde receptum erit; a*t* in actione peculii, totius. et potest quisque tertia forte aut quarta uel et*iam* minore parte peculii negotiari, maximam uero partem pecul*i*i in alii*s* rebus habere; longe magis si potest adprobari, id quod ⟨*dederit is qui cum filio seruoue*⟩ contraxit, in rem patris dominiue uersum esse, ad hanc actionem transire debet; nam, ut supra diximus, || eadem formula et de peculio et de in rem pg.247 uerso agitur.
75 Ex malefici*is* filiorum familias seruorumque, ueluti si furtum fecerint aut iniuriam commiserint, noxales actiones proditae sunt, uti liceret patri dominoue aut litis aestimationem suffe*r*re aut nox*ae* dedere. erat enim iniq*u*um nequitiam eorum ultra ipsorum corpora parentibus dominisue
76 damnosam esse. Constitutae sunt autem noxales actiones aut legibu*s* aut *e*dicto praetoris: legibus, uelut furti lege

§ 74 et 74ª conf. Inst. 4, 7, 5 || § 74ª *supra*] § 72ª || § 75 fere = Inst. 4, 8 pr. § 2 || § 76 = Inst. 4, 8, 4.

1 uelut Cⁿ, ueluti *Inst.* || cui debet *C*, *om. Inst.* || 3 contraxit *C*, contraxerit *Inst.* || 3—4 institoria] institutoria *C*, *conf. quae supra ad pag.* 174, 6—7 *adnotauimus* || 6 possit *Goeschen*, possitu Cⁿ || difficultatem *Goeschen*, difficultate *C* || 7 probandi *Inst.*, probando Cⁿ || 10 is *Inst.*, iis *C* || 14 quibus] in quibus *C* || 15 peculii totius *C*, ⟨de peculio⟩ peculii totius *mauult Krueger* || 16 etiam *Inst.*, et? *C*, *conf.* Cª *pag. 267 uers. 15* || 17 aliis *Goeschen*, alii *C* || 18—19 ⟨ ⟩ *e. g. addidit Krueger, ut sententiae satisfieret* || 23 maleficiis *Inst.*, maleficio *C* || 26 sufferre *Inst.*, suffere *C* || noxe *ex* noxae *correctum C* || erat enim Cⁿ, namque erat *Inst.* || 28 constitutae sunt autem Cⁿ, sunt autem constitutae *Inst.* || 29 *(priore loco)* legibus *Inst.*, legibu *C* || edicto *Inst.*, ēdicto *C*, *conf.* Cª *pag. 266 uers. 17* || uelut Cⁿ, ueluti *Inst.*

XII tabularum, damni iniuriae *l*ege Aquilia; edicto praetoris, uelut iniuriarum et ui bonorum *r*aptorum.
77 Omnes autem noxales actiones cap*ut* secuntur. nam si filius tuus ser*u*usue noxam commiserit, quamdiu i*n* tua potestate est, tecum est actio; si in alterius potestatem peruenerit, cum illo incipit actio esse; si sui iuris coeperit esse, directa actio cum ipso est, et noxae deditio extinguitur. ex diuerso quoque directa actio noxalis esse *i*ncipit. nam si pater familias noxam commiserit, et *i*s se in adrogatione*m* ti*b*i dederit aut ser*u*us tuus esse coeperit, ⟨*quod*⟩ quibusdam casibus accidere primo commentario tradidimus, incipit tecum noxalis actio esse quae ante directa fuit.
78 Sed si filius patri aut ser*u*us domino noxam commiserit, nulla actio nascitur; nulla enim omnino inter me et eum qui in potestate mea est, obligatio nasci potest. ideoque etsi in alienam || potestatem peruenerit aut sui iuris esse coeperit, pg.218 neque cum ipso neque cum eo cuius nunc in potestate est, agi potest. unde quaeritur, si alienus seruus filiusue noxam commiserit mihi, et is postea in mea esse coeperit potestate, utrum intercidat actio an quiescat. nostri praeceptores intercidere putant, quia in eum casum deducta sit, in qu*o* consistere non potuerit, ideoque, licet exierit de mea potestate, agere me non posse; diuersae scholae auctores, quamdiu in mea potestate sit, quiesc*e*re actionem putant, qu*ia* ipse mecum agere non possum, cum uero exierit de mea potestate, tunc eam resuscitari.
79 Cum autem filius familias ex noxali causa mancipio datur, diuersae

§ 77 fere = Inst. 4, 8, 5 || *primo commentario*] 1, 160 || § 78 usque ad 23 *posse* conf. Inst. 4, 8, 6.

1 lege *Inst.*, uelut lege C^n || 2 uelut C^n, ueluti *Inst.* || ui bonorum raptorum] ui bonorum raptorum raptorum C^n, *conf.* C^a *pag. 310 inf.* || 3 caput *Inst.*, capita *C*, *conf.* C^a *pag. 274 uers. 19 seqq.* || 4 noxam *C*, noxiam *Inst.* || in *Inst.*, int? *C* || est C^n, sit *Inst.* || 7 noxae deditio extinguitur C^n, extinguitur noxae deditio *Inst.* || 8 incipit *Inst.*, incincipit *C* || 9 noxam *C*, noxiam *Inst.* || is *Inst.*, his *C* || adrogationem *Goeschen*, adrogatione *C* || 10 quod *Inst.*, *om. C*, *conf.* C^a *pag. 295 uers. 13* || 10—11 quibusdam casibus C^n, casibus quibusdam *Inst.* || 11 accidere *C*, effici *Inst.* || 12 noxalis actio esse C^n, esse noxalis actio *Inst.* || fuit sed *C*, fuisset *Inst. (male)* || 13 noxam *C*, noxiam *Inst.* || nulla actio C^n, actio nulla *Inst.* || 17 est C^n, sit *Inst.* || 18 noxam *C*, noxiam *Inst.* || 22 quo *Inst.*, quem? *uel* quo actio? C^n, *conf.* C^a || 24 quiesceere *uel* quiesccere C^n || 25 quia *Huschke*, quae C^n, *conf.* C^a *pag. 295 inf.*

scholae auctores putant ter eum mancipio dari debere, qui*a* lege XII tabularum cautum sit, ⟨*ne aliter filius de potestate patris*⟩ exeat, quam si ter fuerit mancipatus; Sa*b*in*u*s et Cassius ceterique nostr*ae* scholae auctores sufficere unam mancipationem crediderunt, et illa*s* tres leg*is* XII tabularum ad uoluntarias mancipationes pertinere.

80 Haec ita de his personis quae in potestate ⟨*sunt*⟩, siue ex contra|ctu siue ex *ma*leficio earum ——————. quod uero ad *eas* | personas quae in manu mancipioue sunt, ita ius dicitur, ut cum ex *contr*actu earum ag*a*tur, nisi ab eo cuius iuri subiectae sint, in solidum defendantur, bona quae earum f*u*tura forent, si e*iu*s iur*i* subiectae non essent, ueneant. sed cum rescissa *capitis deminutione cum iis* imperio continent*i* *i*ud*i*c*io* || agit*ur*, —————— *(13 uersus* pg.219

—————— | —————— *in C legi nequeunt)*

——————————————

—————————————— *XII*

tabul*arum* ——————————

(7 uersus in C legi nequeunt)

——————————————

81 —————————————— *Quid* ||

ergo *est*? ——————dixim*u*s ——— non permis-| pg.220 sum fuerit ei mortuos homines dedere, tamen etsi quis eum dederit qui fato suo uita excesserit, aeque liberat*ur*.

82 Nunc admonendi sumus ag*e*re nos aut nostro nomine aut alieno, ueluti cognitorio, procuratorio, tutorio, cura-

§ 82 conf. Inst. 4, 10 pr.

2—3 ⟨ ⟩ *addidit Goeschen* || 4 nostrae *Goeschen,* nostris *C* || 5 illas] illam *C* || 7 sunt *addidit Goeschen, om. C, conf. C^a pag. 301 uers. 23* || 8 *post* earum *Bluhme in C^n* inomisia esset *uel similia (conf. C^a) legit, in quibus Huschke* controuersia esset (*pro* controuersia sit) *latere coniecit; sententiarum conexui sufficiat e. g.* agatur || 10 agatur *Huschke,* ageretur *C^n* || 12 eius iuri *Goeschen,* eo iure? *C, conf. C^a pag. 264 inf.* || 13 rescissa capitis diminutione cum iis *Huschke,* rescissipnpiis *uel simile aliquid C^n? (conf. C^a)* || 14 *post* agitur *Huschke sententiam probabiliter hoc modo perficit:* si aduersus eam actionem non defendantur, etiam cum ipsa muliere, dum in manu est, agi potest, quia tum tutoris auctoritas necessaria non est. *Agebatur deinde de noxae datione, in qua tractanda utrum de pauperie et pastu actum fuerit necne, certo dici nequit* || 20—22 *post* (quid) ergo (est) *[ita suppleuit Huschke] in C haec fere uidentur extare:* etiam si* de qua re m(odo) diximus q(uo)-q(ue) *[uel* q(uam)q(uam)*]* non permis|sum etc. *uel similia, ex quibus idoneam sententiam elicere frustra coneris* || 24 agere *Inst.,* age *C* || 25 alieno *C cum codice P Institutionum,* alieno: alieno *Institutionum codices ceteri (BEW.)*

torio, cum olim, quo tempore legis actiones in usu fuissent, alieno nomine agere non liceret, *praeter*quam ex *certis* cau-
83 sis. Cognitor autem certis uerbis in litem cora*m* aduersario substituitur. nam actor i*ta* cognitore*m* dat QVOD EGO A TE uerbi gratia FVNDVM PETO, IN EAM REM L. TITIVM TIBI COGNITOREM DO; aduersarius ita QVIA TV A ME FVNDVM PETIS, IN EAM ⟨*REM*⟩ TIBI P. MEVIVM COGNITOREM DO. potest ut actor ita dicat QVOD EGO TECVM AGERE VOLO, IN EAM REM COGNITOREM DO, aduersarius ita QVIA TV MECVM AGERE VIS, IN EAM REM COGNITOREM DO. nec interest praesens an absens cognitor detur; sed si absens datus fuerit, cognitor ita erit, si cognouerit
84 et susceperit officium cognitoris. Procurator uero nullis certis uerbis in litem substituitur, sed ex solo mandato et absente et ignorante aduersario constituitur. quin etiam sunt qui putant eum quoque procuratorem uideri cui non sit mandatum, si modo bona fide accedat ad negotium et caueat ratam rem dominum habitur*um*; qu*am*qu*am* et ill*e* cui mandatum ⟨*est*⟩, plerumque satisdare debet, || quia saepe pg.224
mandatum initio litis in obscuro es*t* et postea apu*d* iudicem
85 ostenditur. Tutores autem et curatores quemadmodum con-
86 stituantur, primo commentario rettulimus. Qui autem alieno nomine agit, intentionem quidem ex persona domini sumit, condemnationem autem in suam personam conuertit. nam si uerbi gratia L. Titius ⟨*pro*⟩ P. Meuio agat, ita formula concipitur SI PARET N. NEGIDIVM P. MEVIO SESTERTIVM $\overline{X}$ MILIA DARE OPORTERE, IVDEX N. NEGIDIVM L. TITIO SESTERTIVM $\overline{X}$ MILIA CONDEMN*A*. SI NON PARET, ABSOLV*E*; in rem quoque si agat, intendit P. *MEVII* REM ESSE EX IVRE QVIRITIVM, et condemna-
87 tionem in suam personam conuertit. Ab aduersarii quoque parte si interueniat aliquis cum quo actio constituitur, intenditur dominum DARE OPORTERE, condemnatio autem in eius persona*m* conuertitur qui iudicium acce*p*it; sed cum

§ 85 fere = Inst. 4, 10, 2 || *primo commentario*] 1, 144 seqq.

2 praeterquam] propequam C^n, *conf.* C^a *pag. 285 inf.* || ex certis] exceptis *C* || 4 ita *Goeschen*, ii *C* || EGO *Goeschen*, ege *C* || TE *Goeschen*, tē *C*, *conf.* C^a *pag. 312 uers. 11* || 6 quia C^n, *expectes* quod, *conf.* C^a *pag. 295* || 7 REM *addidit Hollweg, om. C, conf.* C^a *pag. 298 uers. 4* || 9 quia C^n, *expectes* quod, *conf.* C^a *pag. 295* || 17 quamquam] quoque? C^n, *conf.* C^a *pag. 292 uers. 5* || 18 est *om. C, conf.* C^a *pag. 265 uers. 39* || 19 est et *Goeschen*, esset C^n, *conf.* C^a *pag. 265 inf.* || 20—21 constituantur *C*, constituuntur *Inst.* || 24 pro *addidit Goeschen, om. C, conf.* C^a *pag. 286 uers. 9* || 28 Maeuii *Goeschen*, utei *C* || 32 personam *Goeschen*, persona C^n, *conf.* C^a *pag. 289 uers. 7* || accepit *Goeschen*, acceperit C^n, *conf.* C^a *pag. 312 uers. 12*.

in rem agitur, nihil ⟨*in*⟩ intentione facit eius persona cum
quo agitur, siue suo nomine siue alieno aliquis iudicio
interueniat; tantum enim intenditur REM ACTORIS ESSE.
88 Videamus nunc quibus ex causis is cum quo agitur,
89 uel hic qui a*git*, *co*gat*ur* satisdare. Igitur si uerbi gratia
in rem tecum aga*m*, satis mihi dar*e* de*b*es; a*e*quu*m* enim
uisum est ⟨*te*⟩ *id*eo quod interea tibi rem quae an a*d* te
pertineat du*b*ium e*st*, possidere conceditur, cum satisdation*e*
cauere, ut si uictus sis *nec rem* ipsam restituas nec litis
aestimationem suffe*r*as, sit mihi potestas aut tecum agendi
90 aut cum sponsoribus || tuis. Multoque magis debes satis- pg. 222
91 dare mihi, si alieno nomine iudicium accipias. Ceterum
cum in rem actio duplex sit, aut enim per ~~formulam~~ pe-
titoriam agit*ur* aut per sponsionem, siquidem per formulam
petitoriam agitur, illa stipulatio locum habet quae appel-
latur IVDICATVM SOLVI; si uero p*er* sponsionem, illa quae
92 appellatur PRO PRAEDE LITIS ET VINDICIARVM. Petitoria autem
93 formula haec est qua actor intendit REM SVAM ESSE. Per
sponsionem uero hoc modo agimus: prouocamus aduersa-
rium tali sponsione SI HOMO QVO DE AGITVR EX IVRE QVIRITIVM
MEVS EST, SESTERTIOS $\overline{XXV}$ NVMMO*S* DARE SPONDES?; deinde for-
mulam edimus qu*a* intendimus sponsionis summam nobis
dar*i* oportere; qua formula ita demum uincimus, si pro-
94 *b*auerimus rem nostra*m* esse. Non tamen *h*aec summa
sponsionis exigitur. non enim poenalis est, sed praeiudi-
cialis, et propter hoc solum fit ut per eam de re iudicetur.
unde etiam is cum quo agit*ur*, non restipulat*ur*. ideo

§ 89 conf. Inst. 4, 11 pr. || § 90 conf. Inst. 4, 11 pr.

1 in *addidit Goeschen* || intentione *Goeschen*, intentionem? Cⁿ, *conf.* Cᵃ *pag. 281 uers. 1* || 3 rem *Goeschen*, res Cⁿ, *conf.* Cᵃ *pag. 298 uers. 10* || 5 agit cogatur *Lachmann*, agat *C (conf.* Cᵃ *pag. 306)* || 6 agam *Goeschen*, agat *C* || dare *Goeschen*, dari *C*, *conf.* Cᵃ *pag. 302 uers. 26* || aequum *Goeschen*, aquun *C* || 7 te *addidit Goeschen* || ideo *Huschke*, de eo *C* || 8 est *Goeschen*, eius Cⁿ, *conf.* Cᵃ *pag. 266 uers. 10* || satisdatione] satisdationem *C*, satisdatione mihi *Goeschen (conf.* Cᵃ *pag. 277 uers. 18)* || 9 nec rem *Inst.*, rem nec Cⁿ || 10 sufferas *Goeschen*. sufferras *C* || 16 per *Goeschen*, pro Cⁿ, *conf.* Cᵃ *pag. 284 uers. 8* || 17 et *C*, *delet Huschke (conf. Gai. 2, 94 et Valerius Probus 5, 22)* || 21 NVMMOS *Goeschen*, nummorum Cⁿ, *conf.* Cᵃ *pag. 282 inf.* || 22 qua *Goeschen*, quia *C*, *conf.* Cᵃ *pag. 289 uers. 30* || 23 dari *Goeschen*, dare *C*, *conf.* Cᵃ *pag. 264 uers. 14* || 24 nostram *Goeschen*, nostra *C* || 25 non Cⁿ, nec *Lachmann (probabiliter)*, *conf.* Cᵃ *pag. 280 uers. 34* || *uerba* 27 ideo *usque ad* 181, 4 dabantur *post* § 91 *transponit Philippus Lotmar (Kritische Studien p. 71); eadem suo loco relinquenda censet Adolphus Schmidt (Iudicis postulatio p. 11), ita tamen ut lacunam statuat ante* 27 ideo.

autem appellata est PRO PRAEDE LITIS VINDICIARVM stipulatio,
quia in locum praedium successit, qui olim, cum lege agebatur, pro lite et u*in*diciis, id est pro re et fructibus, a
95 possessor*e* petitori dabantu*r*. Ceterum si apud centumuiros agitur, summam sponsionis non per formulam petimus, sed per legis actionem; sacramento enim re*um* prouoca*mus*; eaque sponsio sestertium $\overline{\text{cxxv}}$ nummum fi*t scilic*et || propter pg.223
96 legem Creper*e*iam. Ipse autem qui in rem agit, si suo
97 nomine agat, satis non dat. Ac nec si per cognitorem quidem agat*ur*, *u*lla satisdatio uel ab ipso uel a domino desideratur. cum enim certis et quasi sollemnibus uerbis in locum domini substituatur cognitor, merito domini loco ha-
98 betur. Procurator uero si agat, satisdare iube*tur* rat*am* rem dominum habiturum; periculum enim est, ne iterum dominus de eadem re experiatur. quod periculum ⟨*non*⟩ interuenit, si per cognitorem actum fu*er*it, quia de qua re quisque per cognitorem egerit, de ea non magis amplius
99 actionem habet quam si ipse egerit. Tutores et curatores eo modo quo et procuratores satisdare de*b*ere uerba edicti
100 faciunt; sed aliquando illis satisdatio remittitur. Haec ita, si in rem agatur; si uero in personam, ab actoris quidem parte quando satisdari de*b*eat quaerentes, eadem repetemus
101 quae diximus in actione qua in rem agitur. Ab eius uero parte cum quo agitur, siquidem alieno nom*in*e aliquis interueniat, omni modo satisdari debet, quia nemo alienae rei sine satisdatione defensor idoneus intellegitur. sed siquidem cum cognitore agatur, dominus satisdare iubetur; si uero cum procuratore, ipse procurator. idem et de tutore et
102 de curatore iuris est. Quodsi proprio nomine aliquis

§ 96 fere = Inst. 4, 11 pr. || § 98 usque ad 15 *experiatur* fere = Inst. 4, 11 pr. || § 99 = Inst. 4, 11 pr. || § 100 conf. Inst. 4, 11, 1 || *diximus*] § 96 || § 101 usque ad 26 *intellegitur* conf. Inst. 4, 11, 1 || § 102 usque ad 182, 1 *personam* = Inst. 4, 11, 1.

4 possessore *Goeschen*, possessoris C^n || dabantur *Goeschen*, dabantur praedes C^n *(ex glossemate)* || 6 reum *Bluhme*, re|re? *C* || prouocamus *Bluhme*, prouocatu *uel* prouocato C^n *teste Goescheno* || 7 fit scilicet *Lachmann*, fieri solet *lectio in C non omni modo reiectanea uisa est*, fit solet? *C teste Bluhmio, conf.* C^a || 8 Crepereiam *Huschke*, creperiam? *C* || 10 ulla *Goeschen*, nulla? *C* || 13 ratam *Inst.*, ratum? C^n, *conf.* C^a *pag. 305 inf.* || 15 non *addidit Goeschen*, *om. C, conf.* C^a *pag. 281 inf.* || *uerba inde ab* 16 actum *usque ad* 17 per cognitorem *per errorem bis in* C^n *scripta sunt* || 19 eo *C*, eodem *Inst.* || 20 illis *C*, his agentibus *Inst.* || 21 si uero *C*, sin uero *Inst.* || 24 nomine *Inst.*, nomen *C, conf.* C^a *pag. 282 uers. 28.*

iudicium accipiat || in personam, certis ex causis satisdare pg.224
solet quas ipse praetor significat. quarum satisdationum
duplex causa est: nam aut propter genus actionis satis-
datur, aut propter personam, quia suspecta sit; propter
genus actionis, ueluti iudicati depensiue aut cum de mo-
ribus mulieris agitur; propter personam, ueluti si cum eo
agitur qui decoxerit, cuiusue bona ⟨a⟩ creditoribus pos-
sessa proscriptaue sunt, siue cum eo herede agatur quem
praetor suspectum aestimauerit.
103 Omnia autem iudicia aut legitimo iure consistunt aut
104 imperio continentur. Legitima sunt iudicia quae in urbe
Roma uel intra primum urbis Romae miliarium inter om-
nes ciues Romanos sub uno iudice accipiuntur; eaque ⟨e⟩
lege Iulia iudiciaria, nisi in anno et sex mensibus iudicata
fuerint, expirant. et hoc est quod uulgo dicitur e lege
105 Iulia litem anno et sex mensibus mori. Imperio uero con-
tinentur recuperatoria et quae sub uno iudice accipiuntur
interueniente peregrini persona iudicis aut litigatoris. in
eadem causa sunt, quaecumque extra primum urbis Romae
miliarium tam inter ciues Romanos quam inter peregrinos
accipiuntur. ideo autem imperio contineri iudicia dicuntur,
quia tamdiu ualent, quamdiu is qui ea praecepit, imperium
106 habebit. Et siquidem imperio continenti iudicio actum
fuerit, siue in rem siue in personam, siue ea formula quae
in fa||ctum concepta est, siue ea quae in ius habet inten- pg.225
tionem, postea nihilo minus ipso iure de eadem re agi
potest; et ideo necessaria est exceptio rei iudicatae uel in
107 iudicium deductae. Si uero legitimo iudicio in personam
actum sit ea formula quae iuris ciuilis habet intentionem,

1 iudicium *Inst.*, indicium aliquid *C* || *uerba inde ab* 3—4 satisdaretur *usque ad* 5 actionis *per errorem bis in* C^n *scripta sunt* || 3—4 satisdatur aut propter personam *Goeschen*, satisdaretur *(conf.* C^a *pag. 302 uers. 25)* aut pro *(conf.* C^a *pag. 288 uers. 13)* persona *(conf.* C^a *pag. 289 uers. 7)* C^n *utroque loco* || 6 agitur] agetur C^n, *conf.* C^a *pag. 317 uers. 30* || 7 bona a *Goeschen*, bona *C* || 11 continentur *Goeschen*, continunt *C*, *conf.* C^a *pag. 306* || 12 intra *Goeschen*, inter C^n?, *conf.* C^a *pag. 272 uers. 11* || 13 e *addidit Boecking* || 14 iudiciaria *Goeschen*, iudicia *C* || 15 dicitur *Goeschen*, diciturur C^n, *conf.* C^a *pag. 306* || 16 mori *Goeschen*, morit *C* || 17 recuperatoria *Goeschen*, recuperatoriae *C* || 19 eadem *Goeschen*, ea *C*, *conf.* C^a *pag. 262 uers. 22* || 20 ciues Romanos *Goeschen*, ciuem romanum C^n, *conf.* C^a *pag. 261 uers. 32* || 23 actum *Goeschen*, proactum C^n, *conf.* C^a *pag. 284 uers. 9* || 26 nihilho *C* || 28 si] at *magis quam* si *in C uidetur extare.*

postea ipso iure de eadem re agi non potest, et ob id exceptio superuacua est; si uero uel in rem uel in factum actum fuerit, ipso iure nihilo minus postea agi potest, et ob id exceptio necessaria est rei iudicatae uel in iudicium

108 deductae. Alia causa fuit olim legis actionum: nam qua de re actum semel erat, de ea postea ipso iure agi non poterat; nec omnino ita, ut nunc, usus erat illis tempori-

109 bus exceptionum. Ceterum potest ex lege quidem esse iudicium, sed legitimum non esse; et contra ex lege non esse, sed legitimum esse. nam si uerb*i* gratia ex lege Aquilia uel †Ollinia uel Furia in prouinciis agatur, imperio continebitur iudicium; idemque iuris est et si Romae apud recuperatores agamus, uel apud unum iudicem interueniente peregrini persona; et ex diuerso si ex ea causa ex qua nobis edicto praetoris datur actio, Romae sub uno iudice inter omnes ciues Romanos accipiatur iudicium, legitimum est.

110 Quo loco admonendi sumus eas quidem actiones quae ex lege senatusue consultis proficiscuntur, perpetuo solere praetorem accommodare, || eas uero quae ex propria ipsius pg.226

111 iurisdictione pendent, pleru*m*|que int*ra* annum dare. Aliquando tamen ——————————| imitat*ur* ius legitimum: quales sunt eae quas *bonorum possessoribus* ceterisque qui heredis loco *sunt*, *accommodat*. *fur*ti quoque manifesti actio, quamuis ex ipsius praetoris iuris dictione *pro*ficiscatur, perpetuo datur; et merito, cum pro capitali poena pecuniaria constituta s*i*t.

112 Non omnes actiones quae in aliquem aut ipso iure

§ 110 fere = Inst. 4, 12 pr. || § 111 *aliquando tamen* et inde ab 23 *quales* usque ad 26 *datur* = Inst. 4, 12 pr. || § 112 = Inst. 4, 12, 1.

10 uerbi *Goeschen*, uerbis *C* || 11 ollinia *C; non incognitam, sed cuius ipse antea mentionem fecisset, legem a Gaio hic commemoratam esse censet Huschke* || 16 ciues Romanos *Goeschen,* ciues romanus *C, conf.* *C*[a] *pag. 261 uers. 35* || 18 quo *C*[n], hoc *Inst.* || 19 consultis *C*, consulto *Inst. (conf. C*[a] *pag. 302 uers. 1 seqq.)* || 21 intra *Inst.*, inter *C*[n]*?, conf. C*[a] *pag. 272 uers. 11* || 21—22 *Huschke ad sententiam sic supplet:* **Aliquando tamen** et perpetuo eas dat, uelut quibus (scilicet cum *mauult Mommsen*) **imitatur ius legitimum**: || 23 *suppleuit Goeschen ex Inst.* || (posse)ssoribus *C*, possessori *Inst.* || 24 *suppleuit Goeschen ex Inst., inuito codice C?, conf. C*[a] || 25—26 proficiscatur *Inst., fortasse* pro|proficiscatur? *C*[n] *(conf. C*[a]*)* || 26 perpetuo *C*[n], tamen perpetuo *Inst.* || 27 sit *Goeschen*, sint *C* || 28 omnes *C*, omnes autem *uel* autem omnes *codices Institutionum.*

*con*pe*t*unt aut a praetore dantur, etiam in heredem *ae*que
conpetunt aut dari solent. est enim certissima iuris regula,
ex maleficii*s* poenales actiones in heredem nec conpetere
nec dari sol*ere*, ueluti furti, ui bonorum raptorum, iniu-
riarum, damni iniuriae. sed heredi*bus* huius modi actiones
*con*petunt nec denegantur, excepta iniuriarum actione et
113 si qua alia similis inueniatur actio. Aliquando tamen ⟨*etiam*⟩
ex contractu actio neque heredi neque in heredem conpetit;
nam adstipulatoris heres non ha*b*et actionem, *et* spo*n*soris
et fidepromissoris heres non tenetur.
114 Superest ut d*i*spiciamus, si ante rem iudicatam is cum
quo agitur, post acceptum iudicium satisfaciat actori, quid
officio iudicis conueniat, utrum absoluere, an ideo potius
damnare, quia iudicii accipiendi tempore in ea causa fuerit,
ut damnari debeat. nostri praeceptores absoluere eum de*b*ere
existimant, nec intere*s*s*e* cuius generis *s*it iudicium; et ‖ hoc pg.227
est quod u*u*lgo dicitur Sabino et Cassio placere omni|a iudicia
absolutoria esse. ——————————|— de bon*ae* fide*i*
iudiciis autem idem sentiunt, quia in eiusmo|di iudiciis libe-
rum est officium iudicis. tantumdem | e*t* de *in* rem actioni-
bus putant, quia *formulae uer*|*bis* id ip*sum* exp*rimatur* ——
——————————|——————————
——————————|quibus——————————
——————————|——— petentur et ad———
——————————|——— *inter*dum enim ——————
——————————|——————————
——————————|——————————
——————————|——————————

---

§ 113 usque ad 8 *competit* fere = Inst. 4, 12, 1 ‖ § 114 init. conf. Inst. 4, 12, 2.

---

1 etiam *C*, et *Inst.* ‖ aeque *Inst.*, eaque? *C*ⁿ ‖ 3—4 nec conpetere nec dari sol(ere) *C*ⁿ, non competere *Inst.* ‖ 5 heredibus *Inst.*, heredi(bus eius)dem uidelicet actoris? *C*ⁿ *(ex glossemate)* ‖ 7 actio *C*ⁿ, *om. Inst.* ‖ etiam *Inst.*, *om. C, conf. C*ᵃ *pag. 267 uers. 10* ‖ 9 actionem et *Goeschen*, actionem set? *C*ⁿ *teste Goescheno* ‖ 11 dispiciamus *Goeschen*, despiciamus *C* ‖ *uerba* ante rem iudicatam *ut glossema delet Mommsen* ‖ 16 interesse *Goeschen*, interest *C*ⁿ, *conf. C*ᵃ *pag. 271 uers. 34 et pag. 266 uers. 29* ‖ sit *Huschke*, fit *C* ‖ 18 *in lacuna haec dixisse Gaium apparet: diuersae scholae auctoribus de stricti iuris iudiciis contra placuisse* ‖ 18—19 bonae fidei iudiciis *Goeschen*, bonefideisiud *C*ⁿ, *conf. C*ᵃ *pag. 274 uers. 1—4* ‖ 21 *seqq. post* exprimatur *hanc fere sententiam expressam fuisse conicias: ita demum reum condemnandum esse, nisi arbitratu iudicis rem restituerit.*

sunt etiam | in personam tales actiones in quibus exprimitur ————|————————————
————| actori qu————————————
————|————————————
————|————————————
————| paratus ad actoris ————————————
————|————————————
————|————————————
————| actum fuerit.

115.16 Sequitur ut de exceptionibus dispiciamus. Conparatae ||
sunt autem exceptiones defendendorum eorum gratia cum pg.228
quibus agitur. saepe enim accidit, ut quis iure ciuili te-
116[a] neatur, sed iniquum sit eum iudicio condemnari. Veluti
⟨*si*⟩ stipulatus sim *a* te pecuniam tamquam credendi causa
numeraturus, nec numerauerim; nam eam pecuniam a te
peti posse certum est, dare enim te oportet, cum ex stipulatu
teneris; sed quia iniquum est te eo nomine condemnari,
placet per exceptionem doli mali te defendi de-
116[b] bere. Item si pactus fuero tecum, ne id quod mihi debeas,
a te petam, nihilo minus [id ipsum] a te petere possum
dari mihi oportere, quia obligatio pacto conuento non tollitur;
sed placet debere me petentem per exceptionem
117 pacti conuenti repelli. In his quoque actionibus quae ⟨*non*⟩
in personam sunt, exceptiones locum habent. ueluti si metu
me coegeris aut dolo induxeris, ut tibi rem aliquam man-

§ 115 = Inst. 4, 13 pr. || § 116 usque ad 12 *ut* = Inst. 4, 13 pr. || § 116[a] conf. Inst. 4, 13, 2.

1 *ante* sunt etiam *Gaium egisse de eis quae continentur Inst. 4, 17, 2, ueri non est dissimile* || *inde ab* exprimitur *[pro quo litterarum reliquiae a Goescheno enotatae ad* n(on) p(er)mit(titur) *potius ducere uidentur] talia fere ad sententiam (non ad ductus) suppleri uidentur posse:* exprimitur, ut arbitretur iudex, quomodo reus satisfacere debeat actori quominus condemnetur. *Sequebantur fortasse ea quae in Inst. 4, 17, 3 dicuntur de actione ad exhibendum et de cautione ei inponenda, qui non frustrationis gratia tempus ad exhibendum petat.* || 11 eorum *Inst.*, reorum C^n || 14 si *addidit Goeschen* || a *Goeschen*, apa *uel* āpa *C* || 16 oportet *Inst.*, oporteret C^n, *conf.* C^a *pag. 283 uers. 18* || 17 teneris *C*, tenearis *Inst.* || te eo nomine *C*, eo nomine te *Inst.* || 18 per *Goeschen*, pro? C^n, *conf.* C^a *pag. 284 uers. 10* || 19 quod *Goeschen*, q *C*, *conf.* C^a || 20 petam *ex* retam *correctum? C* || id ipsum a *C*, *uerba* id ipsum *deleuit Mommsen;* id ipso iure *Huschke* || 21 dari *Goeschen*, dare *C*, *conf.* C^a *pag. 264 uers. 14* || 22 per *Goeschen*, pro? C^n, *conf.* C^a *pag. 284 uers. 10* || 23 non *addidit Goeschen*, *om. C*, *conf.* C^a *pag. 281 inf.* || 24 personam *Goeschen*, persona C^n, *conf.* C^a *pag. 289 uers. 7* || 25 coegeris *Goeschen*, co|geris *C* || aliquam *Goeschen*, aliqua C^n, *conf.* C^a *pag. 292 uers. 2.*

cipio d*arem*; na*m* s*i* eam rem a me petas, datur mihi ex-
ceptio p*er* quam, si metus causa te fecisse uel dolo malo
117ª arguero, repelleris. Item si fundum litigiosum sciens *a* non
possidente emeris eumque a possidente petas, opponitur
118 tibi exceptio per quam omni modo summoueris. Exceptio-
nes autem alias in edicto praetor habet propositas, alias
causa cognita accommodat. quae omnes uel ex legibus uel
ex his quae legis uicem optinent, substantiam cap*i*unt, uel
119 ex iurisdictione praetoris proditae sunt. || Omnes autem ex- pg.229
ceptiones in contrarium concipiuntur, qu*am* adfirmat is cum
quo agitur. nam si uerbi gratia reus dolo malo aliquid
actorem facere dicat, qui forte pecuniam petit quam non
numerauit, sic exceptio concipitur SI IN EA RE NIHIL DOLO
MALO A. AGERII FACTVM SIT NEQVE FIAT; item si dica*t* contra
pactionem pecuniam peti, ita concipitur exceptio SI INTER
A. AGERIVM ET N. NEGIDIVM NON CONVENIT NE EA PECVNIA PETE-
RETVR; et denique in ceteris causis similiter concipi solet;
ideo scilicet qu*ia* omn*i*s exceptio obicitur quidem a reo,
sed ita formulae inserit*ur*, ut condicionalem faciat condem-
nationem, id est ne aliter iudex eum cum quo agitur con-
demnet, quam si nihil in ea re qua de agitur dolo actoris
factum sit; item ne aliter iudex eum condemnet, quam si
nullum pactum conuen*tum* *d*e non petenda pecunia factum
*fu*erit.
120 Dicuntur autem exceptiones aut peremptoriae aut di-
121 latoriae. Peremptoriae sunt quae perpetuo ualent, nec
euitari possunt, ueluti quod metus causa, aut dolo malo,
aut quod contra legem senatusue consult*um* factum est, aut
quod res iudicata est uel in iudicium deducta est, item
pacti conuenti quod *f*actum est, ne omnino pecunia pete-
122 retur. Dilatoriae sunt exceptiones quae ad tempus ualent,
uelut*i* illius pacti conuenti quod factum est uerbi gratia,

§ 118 inde ab 7 *ex legibus* conf. Inst. 4, 13, 7.

1 darem nam si eam *Goudsmit*, deminansineam? *C*, darem eamque *Huschke* || 2 per *Goeschen*, pro C^n, *conf.* C^a *pag. 284 uers. 10* || 3 a *Goeschen*, ā *C*, *conf.* C^a *pag. 312 uers. 8* || 8 capiunt *Goeschen*, capunt? *C* || 10 quam *Heffter*, qui C^n, *conf.* C^a *pag. 292 uers. 5* || 14 dicat *Goeschen*, dicatut *C* || 18 quia] *conf.* C^a, *pag. 295 inf.* || omnis *Goeschen*, omnes *C* || obiicitur *Goeschen*, obigitur C^n || 19 inseritur *Goeschen*, inseriter C^n, *conf.* C^a *pag. 307 uers. 4* || 23 conuentum de *Goeschen*, conuenite C^n *(conf.* C^a *pag. 305 uers. 26)* || 24 fuerit *Goeschen*, erit *C* *(fortasse recte)* || 28 consultum *Goeschen*, consulto *C*, *conf.* C^a *pag. 302 uers. 14* || 30 factum *Goeschen*, pactum (*uix* peractum) C^n || 32 ueluti *Goeschen*, ueluti is C^n, *conf.* C^a *pag. 311 uers. 28.*

ne intra quinquennium peteretur; finito *enim* eo tempore || non habet locum exceptio. cui similis exceptio est litis pg.230 diuiduae et rei residuae. nam si quis partem rei petierit et intra eiusdem praeturam reliquam partem petat, hac exceptione summou*e*tur quae appellatur litis diuiduae; item si is qui cum eodem plures lites habebat, de quibusdam egerit, de quibusdam distulerit, ut ad alios iudices *e*ant, si intra eiusdem praeturam de his qua*s* distulerit, agat, per hanc exceptionem quae appellatur rei residuae, sum-

123 moue*tur*. Obseruandum est autem ei cui dilatoria obicitur exceptio, ut differat actionem; alioquin si obiecta exceptione egerit, rem perdit; non enim post illud tempus quo integra re ⟨*eam*⟩ euitare poterat, adhuc ei potestas agendi sup*erest* re in iudicium deduct*a* et per exceptionem per-

124 empt*a*. Non solum autem ex tempore, s*ed* etiam ex persona dilatoriae exceptiones intelleguntur, quales sunt cognitoriae: ueluti si is qui per edictum cognitorem dare non potest, per cognitorem agat, uel dandi quidem cognitoris ius habeat, sed eum det cui non licet cognituram suscipere. nam si obiciatur exceptio cognitoria, si ipse talis er*i*t, ut ei non liceat cognitorem dare, ipse agere potest; si uero cognitori non liceat cognituram suscipere, per alium cognitorem aut per semet ipsum liberam habet agendi potestatem, et tam hoc quam illo modo euitare ⟨*potest*⟩ exceptionem; quodsi dissi||mulauerit *e*t per cognitorem egerit, pg.231

125 rem perdit. Se*d* peremptoria quidem exceptione si reus per errore*m* non fu*e*rit usus, in integrum restituitur adiciendae exceptionis gratia; dilatoria uero si non fu*e*rit usus, an in integrum restitu*a*tur, quaeritur.

126 Interdum euenit, ut exceptio quae prima facie iusta uidea-

§ 126 usque ad 188, 12 *pacto* fere = Inst. 4, 14 pr.

1 enim *Goeschen*, nihil? C^n, *conf.* C^a *pag. 281 uers. 26* || 2 *conf.* C^a || 5 summouetur *Goeschen*, summoueatur C^n || 7 eant *Bluhme*, egant? *C* || 8 quas *Huschke*, qua *C* || 9—10 summouetur *Goeschen*, summouet· *C*, *conf.* C^a *pag. 306 uers. 30* || 13 eam *addidit Huschke* || 14 superest *Goeschen*, supe *in C apparuit (conf.* C^a *pag. 284 uers. 2 et pag. 265 inf.)* || deducta *Goeschen*, deductae *C* || 14—15 perempta *Goeschen*, peremptae C^n || 18 uel *C*, uel (si quis) *Goeschen* || 21 erit *Heffter*, erat *C* || 24 potest *addidit Goeschen*, *om. C*, *conf.* C^a *pag. 285 uers. 14* || 25 et *scripsimus dubitanter*, cumet *uel* cumei *C*; *uerbis* per cognitorem *non apte comprehenduntur duo illi casus, qui supra uers.* 17—18 *et uers.* 19—20 *distinguuntur* || 26 Sed *Huschke*, Sem *C* || 29 restituatur *Goeschen*, restituitur C^n.

tur, inique noceat actori. quod cum accidat, alia adiectione
opus est adiuuandi actoris gratia; quae adiectio repli-
catio uocatur, quia per eam replicatur atque resoluitur
uis exceptionis. nam si uerbi gratia pactus sum tecum,
ne pecuniam quam mihi debes, a te peterem, deinde postea
in contrarium pacti sumus, id est ut petere mihi liceat,
et, si agam tecum, excipias tu, ut ita demum mihi con-
demneris, SI NON CONVENERIT NE EAM PECVNIAM PETEREM, nocet
mihi exceptio pacti conuenti; namque nihilo minus hoc
uerum manet, etiamsi postea in contrarium pacti sumus;
sed quia iniquum est me excludi exceptione, replicatio
mihi datur ex posteriore pacto hoc modo SI NON POSTEA
126a CONVENIT VT MIHI EAM PECVNIAM PETERE LICERET. Item si ar-
gentarius pretium rei quae in auctionem uenerit, perse-
quatur, obicitur ei exceptio, ut ita demum emptor dam-
netur, SI EI RES QVAM EMERIT, TRADITA EST; et est iusta ex-
ceptio; sed si in auctione praedictum est NE ANTE EMPTORI
⟨*RES*⟩ TRADERETVR QVAM SI PRETIVM SOLVERIT, replicatione || tali pg.232
argentarius adiuuatur AVT SI PRAEDICTVM EST, NE ALITER EMP-
127 TORI RES TRADERETVR, QVAM SI PRETIVM EMPTOR SOLVERIT. Inter-
dum autem euenit, ut rursus replicatio quae prima facie
iusta sit, inique reo noceat. quod cum accidat, adiectione
128 opus est adiuuandi rei gratia, quae duplicatio uocatur. Et
si rursus ea prima facie iusta uideatur, sed propter ali-
quam causam inique actori noceat, rursus adiectione opus
129 est qua actor adiuuetur, quae dicitur triplicatio. Quarum
omnium adiectionum usum interdum etiam ulterius quam
diximus uarietas negotiorum introduxit.

§ 127 = Inst. 4, 14, 1 || § 128 = Inst. 4, 14, 2 || § 129 = Inst. 4, 14, 3.

1 actori *C, om. Inst.* || accidat *C,* accidit *Inst.* || alia adiectione *C,* alia allegatione *Inst. (quod commemoramus propter* §§ *127 et 128)* || 2 adiectio *C, om. Inst.* || 8 conuenerit *ex* conuenierit *correctum C* || 9 pacti conuenti *C*ⁿ, conuenit enim ita *Inst.* || namque *Inst.*, nam quam *C*ⁿ, *conf. C*ᵃ *pag. 290 uers. 21* || 10 etiamsi *C,* licet *Inst.* || 11 quia *Goeschen,* qua *C, conf. C*ᵃ *pag. 296 uers. 5* || exceptione *C, om. Inst.* || 14 auctionem uenerit *C,* auctione uenierit *Goeschen* || 17 *aut* ante *aut* antea *C* || 18 res *omisit C, conf. C*ᵃ *pag. 298 med.* || 20 emptor *C,* EMPTAE REI *Huschke* || 20—21 interdum autem euenit ut rursus *C*ⁿ, rursus interdum euenit ut *Inst.* || 21 prima *ex* praema *correctum C*[1] || 22 reo *C, om. Inst.* || accidat *C,* accidit *Inst.* || adiectione *C,* alia allegatione *Inst. (conf. quae supra ad uers. 1 adnotauimus)* || 24 si rursus *Inst.*, si rursus si *C* || uideatur *ex* uidetur *correctum C*[1] || 25 adiectione *Goeschen,* ex adiectione *C,* allegatione alia *Inst. (conf. quae supra ad uers. 1 adnotauimus)* || 26 quae *Inst.*, quod *C*ⁿ, *conf. C*ᵃ *pag. 290 uers. 28* || 27 adiectionum *C,* exceptionum *Inst.* || etiam *C, om. Inst.* || 28 introduxit *C,* introducit *Inst.*

130 Videamus etiam de praescriptionibus quae receptae sunt
131 pro actore. Saepe enim ex una eademque obligatione aliquid iam praestari oportet, aliquid in futura praestatione est: ueluti cum in singulos annos uel menses certam pecuniam stipulati fuerimus; n*am* finitis quibusdam annis aut mensibus huius quidem temporis pecuniam praestari oportet, futurorum autem annorum sane quidem obligatio contracta intellegitur, praestatio uero adhuc nulla est. si ergo uelimus id quidem quod praestari oportet, petere et in iudicium deducere, futuram uero obligationis praestationem in integro relinquere, necesse est ut cum hac praescriptione agamus EA RES AGATVR CVIVS REI DIES FV*IT*; alioquin si sine hac praescriptione egerimus, ea scilicet formula qua incertum petimus, || cuius intentio his uerbis concepta est pg.233 QVIDQVID PARET N. NEGIDIVM A. AGERIO DARE FACERE OPORTERE, totam obligationem, id est etiam futuram in hoc iudicium deducimus, et quae ante te*m*|pus obligat*io*————————
————————|————————
131ª ——.| Item si uerbi gratia ex empto agamus, *ut* nobis fundu*s* mancipio detur, debemus *hoc modo* praescribere EA RES AGATVR DE FVNDO MANCIPANDO, ut postea, si ueli|mus uacuam possessionem nobis tradi, * trad——|————————
————————|——sumus, totius illius iuris obligatio illa ince*r*|ta actione QVIDQVID OB EAM REM N. NEGIDIVM A. AGERIO DARE FACERE OPORTET, pe*r* in*ten*tione*m* consumitur, ut postea nobis agere uolentibus de uacua
132 possessione tradenda nulla supersit actio. Praescriptiones *aut*e*m* appellatas esse ab eo quod *a*nte formulas praescri-
133 b*u*ntur, plus quam manifestum est. *Sed h*is quidem temporibus, sicut supra quoque notauimus, omnes praescrip-

§ 133 *supra*] § 130.

5 nam *Goeschen*, non Cⁿ, *conf.* Cª *pag. 280 uers. 21* || 12 fuit? *ex* fiet *correctum C* || 17—19 *lacunam post* tempus *Krueger ad sententiam (conf. tamen* Cª*) sic supplet:* obligatio in iudicium deducitur, ex ea condemnatio fieri non potest neque rursus de ea agi potest. || 20 hoc modo *suppleuit Polenaar, conf.* Cª || 21 mancipando Cⁿ *(correctis sub finem litteris* an *ex* io *a* C¹*)* || 22—23 *lacunam post* tradi *ad sententiam, non ad ductus spatiumue (conf.* Cª*), ita e. g. supplet Krueger:* uel trad*i*ta ea de euictione nobis caueri, iterum ex empto agere possimus. alioquin si praescribere ⟨obliti⟩ sumus, totius etc. || 25 per *Goeschen,* pem? *C teste Goescheno* || intentionem *Goeschen*, in(ten)tione? *C* || 28 autem *Goeschen,* siq·? *C* || praescribuntur *Goeschen,* praescribentur Cⁿ || 29 sed *Goeschen,* si *C, conf.* Cª *pag. 301 uers. 4.*

tiones ab actore proficiscuntur. olim autem quaedam et pro reo opponebantur, qualis illa erat praescriptio EA RES AGATVR, *SI IN EA RE* PRAEI*V*DICIVM HEREDITATI NON FIAT, quae nunc in speciem exceptionis deducta est, et locum habet, cum petitor hereditatis alio genere iudicii praeiudicium hereditati faciat, ueluti | cum singulas res pet*at*; est enim iniquum pe*r* unius *rei*——‖—————————————— *(23 uersus* pg.234
in C legi nequeunt)

134 ——|—————————————————————————— *in-*
ten‖tione formulae det——————*m* est, cui da*ri* oporte*at*; et pg.235
sane domino da*ri* oportet quod seruus stipulatur; a*t* in praescriptione de *f*acto quaeritur, quod secundu*m* natura-
135 lem significationem uerum esse debet. Quaecumque autem diximus de seruis, eadem de ceteris quoque personis quae
136 nostro iuri subiectae sunt, dicta intellegemus. Item admonendi sumus, si cum ipso agamus qui incertum p*r*omi*s*erit, ita nobis formulam esse propositam, ut praescriptio inserta sit formula*e* loco demonstrationis hoc modo IVDEX ESTO. QVOD A. AGERIVS DE N. NEGIDIO INCERT*VM* STIP*VLATVS EST*, CVIVS REI DIES FVIT, QVI*D*QVID OB EAM REM N. NEGIDIVM A.
137 *AGERIO* DARE FACERE OPORTET et reliqu*a*. Si cum sponsore aut fideiussore agat*ur*, praescribi solet in persona quidem sponsoris hoc modo EA RES AG*A*TVR, QV*OD* A. AGERIVS DE L.

3 *ad sententiam suppleuit Lachmann* ‖ 7 *sententiam e. g. sic perficit Krueger:* per unius rei petitionem uniuersae hereditati praeiudicium fieri. ‖ *Agebatur deinde, ut uidetur, de aliis praescriptionibus, quae pro reo proponuntur (conf. Keller Der roemische Civilprocess etc. not. 489 seqq.); deinde Gaius reuertebatur ad praescriptiones, quae ab actoris parte proficiscuntur, et ad eam quidem speciem, quae non nisi definiendi negotii gratia, quo de agitur, inseruntur* ‖ 9 *ea quae initio paginae codicis C 235 leguntur, cum proximis ita e. g. coniungit Krueger:* et siquidem ex contractu seruorum agatur, intentione etc. ‖ 10 det——m] *quod uerbum restituendum sit, nescimus; sane* determinatum est *uix Gaianum, nec magis ad codicis C ductus (conf. C*[a]*) aut* (ex inten)tione formulae des(umendu)m est *aut similia quadrant* ‖ dari oporteat] dare *(conf. C*[a] *pag. 264 uers. 14)* oportet *C* ‖ 11 dari *Huschke,* dare *C, conf. C*[a] *l. l.* ‖ 12 facto *Savigny,* pacto *C* ‖ secundum *Goeschen,* secundu *C* ‖ 16—17 promiserit *Goeschen,* permisserit *C*[n]*, conf. C*[a] *pag. 286 uers. 13* ‖ 18 formulae *Goeschen,* formula *C, conf. C*[a] *pag. 268 uers. 34—36* ‖ 19 INCERTVM *Goeschen,* incerte *C*[n]*, conf. C*[a] *pag. 305 uers. 26* ‖ 19—20 STIPVLATVS EST *Goeschen,* stipem *C, conf. C*[a] *pag. 304 uers. 1 seq. (ubi* modo *delendum est)* ‖ 20 QVIDQVID *Goeschen,* quiquid *C*[n] ‖ 21 reliqua *Goeschen,* reliquia? *C*[n]*, conf. C*[a] *pag. 299 uers. 30* ‖ si *C; fortasse scribendum* ⟨Sed⟩ si, *conf. C*[a] *pag. 300 uers. 31* ‖ 22 agatur *Goeschen,* agat *C, conf. C*[a] *pag. 306* ‖ 23 agatur *Goeschen,* agetur *C*[n] ‖ QVOD A. AGERIVS] *conf. C*[a] *pag. 256 uers. 20 et pag. 295 uers. 20.*

TITIO INCERTVM STIPVLATVS EST, QVO NOMINE N. NEGIDIVS SPONSOR EST, CVIVS REI DIES FVIT, in persona uero fideiussoris EA RES AGAT*VR*, QVOD N. NEGIDIVS PRO L. *TI*TIO INCERTVM FIDE SVA ESSE IVSSIT, CVIVS *REI* D*IES* FVIT; deinde formula subicitur.

138 Superest ut de interdictis dispiciamus.

139 Certis igitur ex causis praetor aut proconsul principaliter auctoritatem suam finiendis controuersi*i*s *inter*ponit. quod tum maxime facit, cum de possessione aut quasi possessione inter aliquos contenditur. et in summa aut iubet aliquid fieri aut fieri prohibet. formulae autem *et uerborum* conceptiones quibus in || ea re utitur, interdicta ⟨——— pg.236

140 ———⟩ dec*retaque*. Vocantur autem decreta, cum fieri aliquid iubet, ueluti cum praecipit, ut aliquid exhibeatur aut restituatur; interdicta uero, cum prohibet fieri, ueluti cum praecipit, ne sin*e u*itio possidenti uis fiat, neue in loco sacro aliquid fiat. unde omnia interdicta aut restitu-

141 toria aut exhibitoria aut prohibitoria uocantur. Nec tamen cum quid iusserit fieri aut fieri prohibuerit, statim p*er*actum est negotium, sed ad iudicem recuperatoresue it*ur* e*t* ibi editis formulis quaeritur, an aliquid aduersus praetoris edictum factum sit, uel an factum non sit, quod is fieri iusserit. et modo cum poena agitur, modo sine poena: cum poena, ueluti cum per sponsionem ag*i*tur, sine poena, ueluti cu*m* ar*b*iter petitur. et quidem ex prohibitoriis interdictis semper per sponsionem agi solet; ex restitutoriis uero uel exhibitoriis modo per sponsionem, modo per formulam agitur quae ar*b*itraria uocatur.

142 Principalis igitur diuisio in eo est, qu od aut prohibi-

143 toria sunt interdicta aut restitutoria aut exhibitoria. Sequens in eo est diuisio, quod uel adipiscendae possessionis

§ 138 conf. Inst. 4, 15 pr. || § 139 inde ab 8 *quod* conf. Inst. 4, 15 pr. || § 142 conf. Inst. 4, 3, 1 || § 143 conf. Inst. 4, 15, 2.

3 AGATVR *Goeschen*, agat *C*, *conf. C*ª *pag. 306* || TITIO *Goeschen*, tio *C*, *conf. C*ª *pag. 276 uers. 30* || 4 REI DIES *Goeschen*, heresde *C*, *conf. C*ª *pag. 263 uers. 19* || subiicitur *Goeschen*, subigitur *C*ⁿ || 7 interponit *Caplick*, proponit *C*ⁿ, *conf. C*ª *pag. 272 uers.* 7 || 10 et uerborum *Huschke*, uerborum et *C*ⁿ || 11—12 *locus corruptus e. g. sic fere redintegrari uidetur posse:* interdicta ⟨uocantur uel accuratius interdicta⟩ decretaque || 12 decretaque] dec———*(cum foramine, quod paulo probabilius e. g.* retaq̄· *quam* retaue *litteris expleri uidetur posse)* || 15 sine *Scipio Maffei*, sinede *C* || 18—19 peractum *Goeschen*, proactum *C*ⁿ, *conf. C*ª *pag. 284 uers. 10* || 19 itur *Heise*, item *C*, *conf. C*ª *pag. 306 inf.* || 20 et *Heise*, etiam *C*ⁿ, *conf. C*ª *pag. 267 uers. 15* || 23 agitur *Goeschen*, agetur *C*ⁿ.

144 causa conparata sunt uel retinendae uel reciperandae. Adi-
piscendae possessionis causa interdictum accommod*atur* bo-
norum possessori, cuius principium est QVORVM BONORVM;
eiusq*ue* uis et potestas haec est, ut quod quisque ex his
bonis quorum possessio alicui data es*t*, pro herede aut pro
possessore || possideat, id ei cui bonorum possessio data est, pg.237
restituatur. pro herede autem possidere uidetur tam is qui
heres est, qua*m* is qui putat se heredem esse; pro pos-
sessore *is* possidet qui sine causa aliqua*m* rem heredita-
riam uel etiam totam hereditatem sciens ad se non perti-
nere possidet. ideo autem adipiscendae possessionis uocatur
⟨*interdictum*⟩, qu*ia* ei tantum utile est qui nunc primum
conatur adipisc*i* rei possessionem. itaque si quis adeptus
possessionem amiserit, desinit ei id i*nter*dictum utile esse.
145 Bonorum quoque emptori similiter proponit*ur* interdictum
146 quod quidam possessorium uocant. Item ei qui publica
bona emerit, eiusdem condicionis interdictum proponitur
quod appellatur sectorium, quod sectores uocantur qui pu-
147 blice bona mercantur. Interdictum quoque quod appellatur
Saluianum, a*di*piscendae possessionis ⟨*causa*⟩ co*n*paratum
est, eoque utitur dominus fundi de rebus coloni quas *is*
148 *pro* mercedibus fundi pignori futuras pepigisset. Retinen-
dae possessionis causa solet interdictum reddi, cum ab
utr*a*que parte de proprietate alicuius rei controuersia est,
et ante quaeritur, uter ex litigatoribus possidere et uter

§ 144 fere = Inst. 4, 15, 3 || § 147 = Inst. 4, 15, 3 || § 148 fere = Inst. 4, 15, 4.

1 retinendae] retinendae possessionis causa interdictum *(deletis tamen tribus ultimis uocabulis)* C^n || 2 accommodatur *Inst.*, accommodaturur C^n, *conf.* C^a *pag. 306 uers. 25* || 4 eiusque uis *Inst.*, eiusquis *C*, *conf.* C^a *pag. 290 uers. 6* || 4—5 quisque ex his bonis C^n, ex his bonis quisque *Inst.* || 5 est *Inst.*, est si C^n, *conf.* C^a *pag. 266 uers. 7* || 6 possideat *Inst.*, possideret C^n || 8 heres est] *conf.* C^a *pag. 270 uers. 10* || quam *Goeschen*, quae C^n, *conf.* C^a *pag. 292 uers. 4* || 9 aliquam *Goeschen*, aliquae C^n, *conf.* C^a *pag. 292 uers. 3* || 12 interdictum *Inst.*, *om. C* || quia *Inst.*, q *C*, *conf.* C^a *pag. 293 uers. 10* || 13 adipisci *Inst.*, adipisce *C* || 14 amiserit *C*, amiserit eam *Inst.* || interdictum *Inst.*, idictum *C*, *conf.* C^a *pag. 272 uers. 4* || 18 *pro altero* quod *(sic* C^n*) expectes* quia, *conf.* C^a *pag. 293 uers. 10* || 19 *post* mercantur *in* C^n *per errorem repetita sunt uerba* qui publice uona mercantur || 20 adipiscendae *Inst.*, apiscendae *C* || causa *Inst.*, *om. C*, *conf.* C^a *pag. 259 uers. 9* || 21—22 is pro mercedibus *Inst.*, ṡıpsemėrcedıbus *(sic) C* || 22 pignori futuras *ex* pignoris futuram *correctum C* || 24 utraque *Inst.*, utroque C^n || est *C*, sit *Inst.* || 25 *(altero loco)* et *delet Polenaar*.

petere debeat; cuius rei gratia co*n*parata sunt VTI POSSI-
149 DETIS et VTRVBI. Et quidem VT*I* POSSIDETIS interdictum de
fundi uel aedium possessio*ne* redditur, VTRVBI uero de re-
150 *r*um mobilium possession*e*. Et siquidem de fundo uel ae-
dibus || interdicitur, eum potiorem esse praetor iubet, qui pg.238
eo tempore quo interdictum redditur, nec ui nec clam nec
precario ab aduersario possideat; si uero de re mo*b*ili,
*e*um potiorem esse iubet, qui maiore parte eius anni nec
ui nec clam nec precario ab aduersario poss*e*de*ri*t; idque
151 satis ips*i*s uerbis interdictorum significatur. S*ed* in VTRVBI
interdicto non solum sua *cui*que possessio prodest, sed
etiam alteri*us* quam iustum est ei acc*e*dere, ueluti eius cui
heres extiterit, eiusque a quo emerit uel ex donatione aut
dotis nomine acceperit. itaque si nostrae possessioni iuncta
alterius iusta possessio e*x*uperat aduersarii possessionem,
nos eo interdicto uincimus. nullam autem propriam pos-
sessionem habenti accessio temporis nec datur nec dari
potest; nam ei quod nullum est, nihil accedere potest.
sed et si *u*itiosam habeat possessionem, id est aut ui aut
clam aut precario ab aduersario adquisitam, non datur *ac*-
152 cessio; n*am* ei ⟨*possessio*⟩ sua nihil prodest. Annus autem
retrorsus numeratur. itaque si tu uer*b*i gratia VIII mensibus
possederis prioribus, et ego VII posterioribus, ego potior
ero, quod tr*i*um priorum mensium possessio nihil tibi in
hoc interdicto prodest, quod alterius anni possessio est.
153 Possidere autem uidemur non solum si ipsi possideamus,
sed etiam si nostro nomine aliquis in possessio*n*e sit, licet
i*s* nostro iur*i* subiectus non sit, qualis est colonus et in-
quilinus; per eos quoque, apud quos deposuerimus, aut
quibus commodauerimus, aut quibus gratuitam habita||tio- pg.239

§ 149 conf. Inst. 4, 15, 4a || § 153 fere = Inst. 4, 15, 5.

2 VTI *Goeschen*, ut *C* || 3 possessione *Inst.*, possessioriis *C*, *conf.* *C*a *pag. 289 uers. 12* || rerum *Inst.*, rebum *C* || 4 possessione *Inst.*, possessionem? *C*n, *conf. C*a *pag. 281 uers. 1* || 9 possederit *Huschke*, possidet *C*n || 10 ipsis *Goeschen*, ipsius *C* || sed *Goeschen*, si? *C*, *conf. C*a *pag. 301 uers. 5* || 11 cuique *Goeschen*, quique *uel* quoque *C*n, *conf. C*a *pag. 297 uers. 1* || 12 alterius *Goeschen*, alteris *C* || accedere *Goeschen*, accidere *C* || 20—21 accessio nam] naccessiōn? *C*n, *conf. C*a *pag. 280 uers. 22* || 21 possessio *addidit Goeschen*, *om. C* (*conf. C*a *pag. 285 uers. 3 et pag. 289 uers. 8 seqq.*) || 24 trium] trum *C* || 27 etiam *C*, et *Inst.* || possessione *Inst.*, possessionem *C*n || 28 is *Inst.*, in *C* || iuri *Inst.*, iure *C*.

nem praestiterimus, ipsi possidere uidemur. et hoc est quod uulgo dicitur retineri possessionem posse per quemlibet, qui nostro nomine sit in possessione. quin etiam plerique putant animo quoque retineri possessio⟨*nem, id est ut quamuis neque ipsi simus in possessione*⟩ neque nostro nomine alius, tamen si non relinquendae possessionis animo sed postea reuersuri inde discesserimus, retinere possessionem uideamur. adipisci uero possessionem per quos possimus, secundo commentario rettulimus. nec ulla dubitatio est quin
154 animo possessionem adipisci non possimus. Reciperandae possessionis causa solet interdictum dari, si quis ex possessione ui deiectus sit; nam ei proponitur interdictum cuius principium est VNDE TV ILLVM VI DEIECISTI, per quod is qui deiecit, cogitur ei restituere rei possessionem, si modo is qui deiectus est, nec ui nec clam nec precario ⟨*ab eo*⟩ *possederit*; —— eum qui a me ui aut clam aut precario
155 possidet, inpune deicio. Interdum tamen etsi eum ui deiecerim qui a me ui aut clam aut precario possederit, cogor ei restituere possessionem, ueluti si armis eum ui deiecerim; nam propter atrocitatem delicti in tantum patior actionem, ut omni modo debeam ei restituere possessionem. armorum autem appellatione non solum scuta et gladios et galeas significari intellegemus, sed et fustes et lapides.

§ 153 *secundo commentario*] 2, 89 seq. 94 seq. ‖ § 154 usque ad 14 *possessionem* fere = Inst. 4, 15, 6 ‖ § 155 inde ab 22 *armorum* = Inst. 4, 15, 6.

1 praestiterimus *Boecking*, restituerimus aut quibus gratuitam habitationem *(per errorem repetitis quattuor uocabulis)* C^{n} ‖ *ad* uidemur *ducere Institutiones intellexit Lachmann*, deuimur *C* ‖ 4—5 ⟨ ⟩ *additum ducibus Institutionibus* ‖ 6 relinquendae *Inst.*, reliquendae C^{n} ‖ possessionis *Inst.*, possion *uel* possioni *uel* possione C^{n}, *conf.* C^{a} *pag. 281 uers. 28 et pag. 287 uers. 31* ‖ 7 discesserimus *Huschke*, discepsserimus *C* ‖ 8 adipisci *Inst.*, apisci *C* ‖ 10 animo *C*, animo solo *Inst.* ‖ adipisci *Inst.*, apisci *C* ‖ possimus *Lachmann*, possumus C^{n} ‖ 11 interdictum dari C^{n}, interdici *Inst.* ‖ possessione C^{n}, possessione fundi uel aedium *Inst.* ‖ 12 sit *C*, fuerit *Inst.* ‖ 14 deiecit *Inst.*, deiecisti *C* ‖ rei *C*, *om. Inst.* ‖ 15 ⟨ ⟩ *addidit Huschke* ‖ 16 possederit ——] (possi)de(a)n(ta)que *uel simile aliquid in* C^{n} *fuisse suspiceris, conf.* C^{as}. *quae particula (post uerbum finitum) in incertis litteris lateat, nescimus; expectes* sane *uel* namque; *ceterum de* possederit *forma cogitauit iam Goeschen* ‖ 17 possidet] possideret C^{n} ‖ deicio *Fitting*, deicip *uel simile aliquid uisum est in C extare* ‖ 18 possederit *Goeschen*, possideret C^{n} ‖ 20 nam *Goeschen*, non C^{n}, *conf.* C^{a} *pag. 280 uers. 22* ‖ 21 resstituere C^{n}, *conf.* C^{a} *pag. 298* ‖ 23 intellegemus? *C cum Institutionum codice* W^{a}, intellegimus *Institutionum codices BP* W^{b} ‖ sed et *Inst.*, set? *C*, *conf.* C^{a} *pag. 301 uers. 3.*

156 Tertia diuisio interdictorum in hoc est, quod aut sim-
157 plicia sunt aut duplicia. Simplicia *sunt* ueluti in quibus
alter actor, alter reus est, qualia sunt omnia restitutoria
aut exhibitoria; namque actor || est qui desiderat aut ex- pg.240
hiberi aut restitui, reus is est a quo desideratur ut exhi-
158 beat aut restituat. Prohibitoriorum au*tem* interdictoru*m*
159 alia duplici*a*, alia simplicia sunt. Simplicia sunt ueluti
quibus prohibet praetor in loco sacro aut in flumine publico
ripaue eius aliquid facere *r*eum; nam actor e*st* qui desi-
160 derat ne quid fiat, reus is qui aliquid facere conatur. Du-
plicia sunt ueluti VTI POSSIDETIS interdictum et VTRVBI. ideo
autem duplicia uocantur, quod *p*ar utriusque litigatoris in
his condicio est, nec quisquam praecipue reus uel actor
intellegitur, sed unusquisque tam rei quam actoris partes
sustinet; quippe praetor pari sermone cum utr*o*que loqui-
tur. n*am* summa conceptio eorum interdictorum haec est
VTI N*VNC* POSSIDETIS, QVOMINVS ITA POSSIDEATIS, VI*M* FIERI VETO;
item alterius VTRVBI HIC HOMO DE QVO AGITVR [APVD QVEM]
MAIOR*E* PART*E* HVIVS ANNI FVIT, QVOMINVS IS EVM DVCAT, VI*M*
FIERI VETO.
161 Expositis generibus interdictorum sequitur, ut de or-
dine et de exitu eorum dispiciamus. et incipiamus a si*m*-
162 *pl*icibus. ⟨*Si*⟩ igitur restitutorium uel exhibitorium inter-
dictum redditur, ueluti ut restituatur ei possessio qui ui
deiectus est, aut exhibeatur libertus cui patronus operas
indicere uellet, modo sine periculo res ad exitum perdu-

§ 156 = Inst. 4, 15, 7 || § 157 = Inst. 4, 15, 7 || § 158 = Inst. 4, 15, 7 || § 159 = Inst. 4, 15, 7 || § 160 usque ad 15 *sustinet* = Inst. 4, 15, 7.

1 in hoc C^n, haec *Inst.* || 2 ueluti C^n *(teste Goescheno) et Inst.*, *delet Huschke* || 5 is est C^n, is *Institutionum codices* BP^a, est is $P^b W$ || 5—6 exhibeat aut restituat C^n, restituat aut exhibeat *Inst.* || 6 autem *Inst.*, aut? *C, conf.* C^a *pag. 304 uers. 9* || interdictorum *Inst.*, interdictorum interdum C^n *(ex dittographia)* || 7 duplici alia simplicia sunt C^n, simplicia sunt alia duplicia *Inst.* || 8 quibus C^n, cum *Inst.* || aut C^n, uel *Inst.* || 9 facere reum *Heffter*, facere eum C^n, fieri *Inst.* || actor est *Inst.*, actorem *C, conf.* C^a *pag. 265 uers. 4* || 10 is *C, om. Inst.* || 12 quod C^n, quia *Inst.* || par *Inst.*, piscar· *C* || 14 partes *C*, partem *Inst.* || 15 utroque *Goeschen*, utrousque C^n || 16 nam *Goeschen*, non C^n, *conf.* C^a *pag. 280 uers. 22* || 17 NVNC *Goeschen*, n *C, conf.* C^a *pag. 282 uers. 7* || VIM *Goeschen*, uin *C* || 18 HIC] hisc *(expuncta* s *littera) C* || *uerba* APVD QVEM *ex glossemate ad* VTRVBI·*adscripto nata esse perspexit Mommsen (conf. Dig. 43, 31, 1)* || 19 MAIORE PARTE *Goeschen*, maiores partes *C* || VIM *Goeschen*, uin *C* || 22—23 simplicibus *Goeschen*, sinpublicibus *C*.

163 citur, modo cum periculo. Namque si arbitrum postula-
uerit is cum quo agitur, accipit formulam quae appellatur ||
arbitraria, et iudicis arbitrio si quid restitui uel exhi*b*eri pg.241
debeat, id sine periculo exhib*e*t aut restituit, et ita ab-
soluit*ur*; quodsi nec restituat neque exhibeat, quanti ea
res est condemnat*ur*. *sed* et acto*r* sine poena experitur
cum eo que*m* neque exhibere neque restituere quicquam
opor*t*e*t*, praeterquam si calumniae iudicium ei oppositum
fuerit decimae partis. quamquam Proculo placu*it denegan-*
dum calumniae iudici*um ei* qui ar*b*itrum postulaue*rit*, quasi
hoc ipso confessus uideatur restituere se uel exhibere de-
*b*ere. sed alio iure utimur, et recte; *po*tius enim ut
modestiore uia litig*e*t, arbitrum quisque petit quam quia
164 confitetur. Obseruare ⟨*autem*⟩ debet is qui uult arbitrum
petere, ut statim petat., antequam ex iure exeat, id est
antequam a praetore *dis*cedat; sero enim petentibus non
165 indulg*e*tur. I*ta*que si arbitrum non petierit, sed tacitus de
iure exierit, cum periculo res ad ex*i*tum perducit*ur*. nam
actor prouocat aduersarium sponsion*e*, ⟨*quod*⟩ contra edictum
praetoris non exhibuerit aut non restituerit; ille autem ad-
uersus sponsionem aduersarii restipulatur. deinde actor qui-
dem sponsionis formulam edit aduersario, ille huic inui-
cem restipulationis. sed actor sponsionis f*ormulae subicit*
et aliu*d* iudicium de re restituenda uel exhibenda, ut si
sponsione uicerit, nisi ei res exhibeatur aut restituatur, ||

(24 uersus ———————————————————————— pg.242
in C legi nequeunt) ————————————————— ||
——— aliu*d* facere quam q*u*————dicat q*u*———— | pg.243
(7 uersus in C legi nequeunt)
———————————————————————————— |
————————————————appellata———— |

1 namque] *conf.* C^{as} || 4 exhibet *Goeschen,* exhibeat *C* || 4—5 absoluitur *Bluhme*, absoluit *C, conf.* C^{a} *pag. 306* || 6 actor *Goeschen,* actores *C, conf.* C^{a} *pag. 298 uers. 29* || 7 quem *Huschke,* que C^{n}, *conf.* C^{a} *pag. 290 uers. 31* || 8 oportet *Huschke,* oportere? C^{n}, *conf.* C^{a} *pag. 283 uers. 24* || 9 *ad sententiam suppletum est* || 10 iudicium] iudicio(mi)? *C, conf.* C^{a} *pag. 273 inf.* || ei] eia? *C* || 12—14 *conf.* C^{as} || 12 potius *Goudsmit,* tius? *C* || 13 litiget] litigiet *C* || 14 autem *e. g. additum est, conf.* C^{a} *pag. 257 uers. 18* || 15 ex *C; expectari* de *intellexit Guilelmus Kalb in Woelfflini Archiv für lateinische Lexikographie I pag. 86* || 17 indulgetur] indulgentur C^{n}, *conf.* C^{a} *pag. 265* || itaque *Goeschen*, ihq? C^{n}, *sed ita, ut secunda (et fortasse prima quoque) harum litterarum correctionem passa esse uideatur* || 19 sponsione *Hollweg,* sponsionem *C* || quod *om. C, conf.* C^{a} *pag. 295 uers. 13* || 23 *suppleuit Huschke, conf. tamen* C^{a} || 26 *sententiam post* restituatur *duce Hollwegio ita fere perficere possis:* quanti ea res erit, aduersarius ei condemnetur.

(3 uersus in C legi nequeunt)

——— intelle———————————————

———————————————————

———————————————————

——————————qua——————————

(3 uersus in C legi nequeunt)

———————————————————

modis ———————————————

——————————paratus fuit ——————————

(3 uersus in C legi nequeunt)

166 ——————————————————— ‖

——————fructus licitando, is tantisper in possessione pg.244 con|stituitur, si modo aduersario suo fructuaria stipu*latione* ca|*uerit*, *cuius* uis *et* potestas haec est, ut si contra eum *de poss*|essi*one* pronun*tiatum f*uer*it*, *e*am summam aduer|sario soluat. haec autem licendi contentio fructus licita|tio uocatur, scilicet quia ——————————— —|———————————. postea alter | alterum sponsione prouocat, quod aduersus edictum praetoris possidenti s*i*b*i u*is facta *s*i*t*, et inuicem ambo restipulan|tur aduersus sponsionem; uel——————— ————| una inter eos sponsio item*que re*stipulatio u*na* —————|ad eam fit. ——————————— —————|——————————————

166a ——————|resti——————————— iudex apud quem de ea | re agitur, illud scilicet requirit ⟨*quod*⟩ praetor interdicto conplexus est, id est uter eorum eum fundum easue aedes per id tempus quo interdict*um* redditur,

10 *in eis, quae paginam codicis C 244 praecesserunt, Gaius agere coeperat de ordine et exitu interdictorum retinendae possessionis* ‖ *ante* fructus licitando *Krueger (conf. Kritische Versuche pag. 92) e. g. haec supplet:* **et** qui superauerit **fructus licitando**, etc. ‖ 15 *post* quia *Krueger e. g. haec supplet ad sententiam perficiendam:* de eo inter se certant, uter eorum fructus interim percipiat. **postea alter** etc. ‖ 18 sit] est C^n ‖ 19 *Adolphus Schmidt (Interdiktenverfahren pag. 288) ita supplet:* **uel** *si* unus tantum sponsione prouocauit al*terum*, **una inter eos sponsio** etc.; *Huschke ita:* **uel** stipulationibus iunctis dua*bus* **una inter eos sponsio** etc. ‖ 20 *fortasse e. g.* **restipulatio una** tantum **ad eam fit** *supplendum est; quid post* ad eam fit *apud Gaium exstiterit, dici nequit* ‖ 23 *ea quae proxime ante* iudex *praecesserunt, duce fere Huschkio ad sententiam ita suppleri possunt:* Deinde editis formulis sponsionum et restipulationum **iudex apud** etc., *conf. tamen* C^a ‖ 24 quod *addidit Goeschen, om. C, conf.* C^a *pag. 295 uers. 13* ‖ 26 per id tempus *C*, eo tempore *Polenaar* ‖ interdictum *Goeschen*, interdicto C^n, *conf.* C^a *pag. 305 inf.*

nec ui nec clam nec precario posse*derit*. cum iudex id explorauerit, et forte secundum me iudicatum sit, aduersarium mihi et sponsionis et restipulationis summas quas cum eo feci, condemnat, et conuenienter me sponsion*i*s et restipulationis, quae mecum factae sunt, absoluit. et hoc amplius si apud aduersarium meum possessio est, qu*ia* is fructus licitatione uicit, nisi restituat mihi possessionem,
167 Cascelliano siue || secutorio iudicio condemnatur. Ergo is pg.245
qui fructus licitatione uicit, si non probat ad se pertinere possessionem, sponsionis et restipulationis et fructus licitationis summam poenae nomine soluere et praeterea pos*se*ssionem restituere iubetur; et hoc amplius fructus quos interea percepit, reddit. summa enim fructu*s* licitationis non pretium est fructuum, sed poenae nomine soluitur, quod quis alie*n*am possessionem per hoc te*m*pus retinere
168 et facultatem fruendi na*n*cisci conatus est. Ille autem qui fructus licitatione uictus est, si non proba*u*erit ad se pertinere possessionem, tantum sponsionis et restipulationis
169 summam poenae nomine debet. Admonendi tamen sumus liberum esse ei qui fructus licitatione uictus erit, omissa fructuaria stipulatione, sicut Cascelliano siue secutorio iudicio de p*ossess*ione reciperand*a* experitur, ita *similiter* de fructus licitatione agere. in quam rem proprium iudicium conparatum est quod appellatur fructuarium, quo nomine actor iudicatum solui satis accip*it*. dicitur autem et hoc iudicium secutorium, quod sequitur sponsionis uictoriam;
170 sed non aeque Cascellianum uocat*ur*. Sed quia nonnulli interdicto reddito cetera ex interdicto facere nolebant, atque ob id non poterat res expediri, praetor || in eam rem pg.246
prospexit et co*n*parauit interdicta quae secundaria appellamus, quod secundo loco redduntur. quoru*m uis et potestas* haec est, ut qui cetera ex interdicto non faci*at*, ueluti qui uim non faciat aut fructus non lice*at*ur aut qui fructus licitationis sat*is* non d*e*t aut si sponsione*s* non

1 possederit *Goeschen*, possideret C^n || 4 sponsionis *Goeschen*, sponsiones *C* || 6 quia *Goeschen*, quam C^n, *conf.* C^a *pag. 293 uers. 13* || 11 summam *C*, summas *Huschke* || 11—12 possessionem] *conf.* C^a *pag. 284 inf. et pag. 287 uers. 30* || 12 *uerba inde ab* quos *usque ad* 13 fructus *in* C^n *per errorem bis scripta sunt* || 15 alienam *Goeschen*, alienanam C^n, *conf.* C^a *pag. 280* || 16 nancisci *Goeschen*, namcisci *C* || 22 reciperanda *Hollweg*, reciperandae *C* || 25 accipit *Boecking*, accipiatur C^n, *conf.* C^a *pag. 306* || 31—32 quorun b(is et potest)as *fuerit in C*, *conf.* C^{as} || 32 faciat] facit *C* || 33 liceatur] licetur C^n || 34 satis non det *Krueger*, sata non dat? C^n || sponsiones *Krueger*, sponsionibus C^n.

faci*at* sponsion*um*ue iudicia non accipiat, siue possidea*t*, | restituat aduersario possessionem, s*iue non* possid*e*|*at*, uim illi possidenti n*e* faciat. itaque etsi alias potue*rit* | interdicto VTI POSSIDETIS uincere, si cetera ex interdicto | ——— ——————— per interdictum secundarium —|———

(2 uersus in C legi nequeunt)

—————————————————————————— |

——————————————secundarium——————|

——————————————quamuis hanc opinion*em*—|

—————————*Sab*inus et Cassius secuti fuerint ———|—

(9 uersus in C legi nequeunt)

——————————————————————————||

(20 uersus in C legi nequeunt)

——————————————————————————| pg.247

171 ——————————————————————— *modo*| pecuniaria poena modo iurisiurand*i* religione ———|————; eaque praetor——————————————|——————————— — aduersus in*fitiantes ex quibusdam* || causis dupl*i* actio pg.248 constituitur, ueluti si iudicati aut depensi aut damni iniuriae aut legatorum per damnationem relict*o*rum nomine agitur; ex quibusdam causis sponsionem facere permittitur, ueluti de pecunia certa credita et pecunia constituta; sed certa*e* quidem creditae pecuniae tertiae partis, constitutae uero pecuniae partis dimidiae.

172 Quodsi neque sponsionis

§ 171 init. conf. Inst. 4, 16 pr.; inde ab 15 *aduersus* usque ad 18 *agitur* fere = Inst. 4, 16, 1.

1—3 *conf.* C[as] || 1 faciat] facit *C* || sponsionumue *Krueger*, sponsionisue *C* || possideat *Krueger*, possideatsi? C[n] || 2 *suppleuit Krueger* || possideat *Krueger*, possid(e)ant? C[n] || 3 ne] n *(i. e.* non*) C, conf.* C[a] *pag. 280 uers. 29* || 4—6 *sic supplet Huschke:* **si cetera ex interdicto** fecisset, si non feci*t*, **tamen per interdictum secundarium** uincitur. — *In proximis ars nesciendi exercenda est* || 13 iurisiurandi *Inst.*, iurisiurando *C, conf.* C[a] *pag. 272 uers. 28* || 11—15 *in ultimis paginae codicis C 247 uersibus duce Institutionum 4, 16 pr. talia fere extitisse suspiceris:* Nunc admonendi sumus, ne facile homines ad litigandum procedant, temeritatem tam agentium quam eorum cum quibus agitur, coerceri modo **pecuniaria poena modo iurisiurand*i* religione** modo me*tu i*nfamiae; **eaque praetor** etc.; *sed, si incertis codicis C ductibus (conf.* C[a]*) fides habenda est, Gaius omissa* nunc admonendi sumus *structura fortasse ultima hoc potius modo expresserat:* temeritas tam agentium quam eorum cum quibus agitur, modo | **pecuniaria poena modo iurisiurand*i* religione** ⟨modo metu infamiae⟩ coer|**cetur** *(in C fuerit* (coer)centur*)*; **eaque praetor** etc. || 15 *suppletum ex Inst.* || dupli *Inst.*, duplici *C* || 17 relictorum *Inst.*, relictum *C* || 20 certae *Goeschen*, certa *C*.

neque dupli actionis periculum ei cum quo agitur, *i*niun-
gatur, ac ne statim quidem ab initio pluris quam simpli
sit actio, permittit praetor iu*s*iurandum exigere NON CALVM-
NIAE CAVS*A* INFITIAS IRE. unde quamuis heredes uel qui he-
redum loc*o* *h*a|bentur, —————— obligati s*i*nt, item fe-
min*ae* pupill*i*|que ex*imantur* periculo sponsionis, iubet tamen
173 eos iurare. Statim aut*em* ab initio pluris quam simpli actio
est ueluti furti manifesti quadrupli, nec manifesti dupli,
concepti et oblati tripli. nam ex his causis et aliis quibus-
dam, siue quis neg*e*t siue fateatur, pluris quam simpli est
actio.
174 Actoris quoque calumni*a* coercetur modo calumniae iu-
dicio, modo contrario, modo iureiurando, modo restipula-
175 tione. Et quidem calumniae iudicium aduersus omnes
actiones locum habet, et est decimae partis, p*raeterquam*
176 *quod* aduersus adsertorem tertiae partis est. Liberum est
autem ei cum quo agitur, aut calumniae iudicium oppo-
nere aut iusiurandum exigere, non calumniae causa agere.
177 Contrarium autem iudicium ex certis causis constitui*tur*, ||
ueluti si iniuriarum agatur, et si cum muliere eo nomine pg.249
agatur, quod dic*a*tur uentris nomine in possessionem missa
dolo malo ad alium possessionem transtuliss*e*, et si quis eo
nomine agat, quod dicat se a praetore in possessionem
missum ab alio quo admissum non esse. sed aduersus in-
iuriarum quidem action*em* decimae partis datur, aduersus
178 uero duas istas quintae. Seuerior autem coerc*i*tio est per

§ 173 = Inst. 4, 16, 1 med. || § 174 usque ad 12 *coercetur* = Inst. 4, 16, 1 med.

1—2 iniungatur *Lachmann*, coniungatur *C*ⁿ, *conf.* *C*ᵃ *pag. 260 uers. 9 et pag. 320 uers. 35* || 3 iusiurandum *Goeschen*, iurisiurandum *C, conf. C*ᵃ *pag. 272 uers. 29* || 4 causa *Goeschen*, causae *C, conf. C*ᵃ *pag. 259 uers. 17* || 5 *lacunam ante* obligati *Krueger sic fere supplet:* nisi ex suo facto, *conf. tamen C*ᵃ (*an* simplo tenus*?*) || sint] sunt *C*ⁿ, *conf. C*ᵃ *pag. 301 uers. 32* || 5—6 feminae pupillique] feminis pupillisque *C*ⁿ || 7 autem *Inst.*, āħ *C*ⁿ, *conf. C*ᵃ *pag. 257 uers. 20* || 7—8 actio est *C*ⁿ, est actio *Inst.* || 10 neget *Inst.*, negat *C* || 12 actoris *C*, item actoris *Inst.* || calumnia *Inst.*, calumniae *C* || 15—16 praeterquam quod] p̀t̀q̀q *in C*ⁿ *extitisse quominus suspicemur, spatii in C angustiae non omni modo uidentur prohibere; conf. tamen C*ᵃˢ, *fortasse* p̀t̀q̀ *tantum scriptum erat* || 19 constituitur *Goeschen*, constituu(ntur)? *C, conf. C*ᵃ || 21 dicatur *Goeschen*, dicetur *C* || 22 transtulisse *Goeschen*, transtulisset *C*ⁿ || 25 actionem *Goeschen*, actionis *C*ⁿ, *conf. C*ᵃ *pag. 257 uers. 5* || 26 coercetio *C*.

contrarium iudicium. n*am* calumniae iudicio decimae par-
tis nemo damn*a*tur nisi qui intellegit non recte se agere,
sed uexandi aduersarii gratia actionem instituit, potiusque
ex iudicis errore uel *i*niquitate uictoriam sperat quam ex
causa ueritatis; calumnia enim in adfect*u* est, sicut furti
crimen. contrario uero iudicio omni modo damnatur actor,
si causam non tenuerit, licet ali*qu*a opinione inductus cre-
179 diderit se recte agere. Vtique autem ex quibus causis con-
trario iudicio ag*i* potest, etiam calumniae iudicium locum
habet; sed alterutro t*antum* iudicio agere permittitur. qua
ratione si iusiurandum de calumni*a* exactum fuerit, quem-
admodum calumniae iudicium non datur, ita et contrarium
180 *dari non* debet. Restipulationis quoque poena ex certis
causis fieri solet; et quemadmodum contrario iudicio omni
modo condemnatur actor, si causam non tenuerit, nec re-
quiritur an scierit non recte se agere, ita etiam restipula-
tionis poena omni || modo damnatur actor, si uincere non pg.250
181 potuerit. Qui autem restipulationis poenam patitur, ei
neque calumniae iudicium opponitur, neque iurisiurandi
religio *in*iungitur; n*am* contrarium iudicium ex his causis
locum non habere palam est.
182 Quibusdam iudiciis damnati ignominiosi fiunt, ueluti
furti, ui bonorum raptorum, iniuriarum; item pro socio,
fiduciae, tutelae, mandati, depositi. sed furti aut ui ⟨*bo-
norum*⟩ raptorum aut iniuriarum non solum damnati no-
tantur ignominia, sed etiam pacti, *ut* in edicto praetoris
scriptum est; et recte: plurimum enim interest, utrum ex
delicto aliquis an ex contractu de*b*itor sit. n*ec tamen* ulla
parte edicti id ipsum nominatim exprimitur, ut aliquis igno-

· § 182 usque ad 28 *sit* fere = Inst. 4, 16, 2.

1 nam *Goeschen*, non *C*, *conf.* C^{a} *pag. 280 uers. 23* || 1—2 *uerba* decimae partis *delet Huschke* || 2 damnatur *Goeschen*, damnetur C^{n} || 4 uel iniquitate *Goeschen*, ueli|iniquitate *C* || 5 adfectu *Goeschen*, adfectum *C* || 7 aliqua *Goeschen (olim)*, alia *C (conf.* C^{as} *et conf.* C^{a} *pag. 289 uers. 23)*, falsa *Goeschen (postea)* || 9 agi *Lachmann*, agere *C* || 10 tantum *Goeschen*, tm· C^{n}, *conf.* C^{a} *pag. 308 uers. 20* || 11 calumnia *Goeschen*, calumniae *C* || 13 dari non *Goeschen*, non dari *C* || 17—202, 8 *conf.* C^{as} || 20 iniungitur *Savigny*, niiungitur C^{n} || nam *Goeschen*, non C^{n}, *conf.* C^{a} *pag. 280 uers. 21* || 22 quibusdam *C*, ex quibusdam *Inst.* || 24 furti *C*, furti quidem *Inst.* || 24—25 bonorum *Inst.*, *om. C, conf.* C^{a} *pag. 311 uers. 1* || 26 pacti ut] pacti it *aut* pactut *C*, pacti etc. *Inst.* || 28 nec tamen *Krueger*, *conf. Zeitschrift der Savigny-Stiftung Rom. Abth. II p. 56 seq.*, nam *uel* nim *C? (conf.* C^{a} *pag. 280 uers. 31 et pag. 308 uers. 6)*.

miniosus *sit*; *sed qui* prohibet*ur* et pro alio postulare *et*
*co*gn*i*torem dare procuratoremue habere, item ⟨*pro*⟩curatorio
aut cogni*to*rio nomine iudicio interuenire, ignominiosus
esse *dicitur*.
183 In summa sciendum est eum qui cum aliquo consistere
uelit, ⟨*in ius uocare*⟩ *op*ortere et eum qui uocatus est, si
non uen*e*rit, poenam ex edicto praetoris committere. quas-
dam tamen personas si*n*e permissu praetoris in ius uocare
non licet, ueluti parentes patronos patron*as*, item liberos
et parentes patroni patronaeue; et in *eum* qui aduersus
184 ea egerit, poena constituitur. Cum autem in ius uocatus
fuerit aduersarius, neque *eo* die finiri potuerit negotium,
uadimonium ei faciendum est, id est ut promittat se certo
185 die sisti. Fiunt aut*em* uadimonia quibusdam ex causis pura,
id est sine satisdatione, quibusdam cum satisdation*e*, ‖ qui- pg.251
busdam iureiurando, quibusdam recuperatoribus suppositis,
id est ut qui non steterit, is protinus a recuperatoribus in
summa*m* uadimonii condemnetur; eaque singula diligenter
186 praetoris edicto significantur. Et siquidem iudicati depen-
siue agetur, tanti fi*e*t uadimonium, quanti ea res erit; si
uero ex ceteris causis, quanti actor iurauerit n*on* calum-
niae causa postulare sibi *u*adimonium promitti. nec tamen
⟨*pluris quam partis dimidiae*, *nec*⟩ pluribus quam sester-
tium $\bar{c}$ $\overline{\text{m}}$ fit uadimonium. itaque si centum milium res
erit, nec iudicati depensiue ag*e*tur, non plus quam sester-
187 tium quinquaginta mili*um* fit uadimonium. Q*u*as autem
personas sine permissu praetoris inpune in ius uocare non
possumus, easdem ne*c* uadimonio inui*t*as obligare *p*ossumus,
praeterqua*m* si praetor aditus p*er*mittat.

1 sit] esset Cⁿ ‖ *1 et 4 supplementa incertissima sunt, conf.* Cᵃˢ ‖ 2 procuratorio] curatorio *C, conf.* Cᵃ *pag. 286 uers. 9* ‖ 6 ⟨ ⟩ *additum duce Huschkio* ‖ opportere *C* ‖ 7 uenerit] uenierit *C* ‖ 8 sine] siue *C* ‖ 9 patronos patronas] patronas patronos *C* ‖ 10 eum *Goeschen*, eam *C* ‖ 11 egerit *C*, *expectes* fecerit ‖ 12 neque eo *Savigny*, nequeo Cⁿ ‖ 14 autem *Goeschen*, aut Cⁿ, *conf.* Cᵃ *pag. 257 uers. 21* ‖ 15 cum satisdatione *Goeschen*, cum satisdation Cⁿ, *conf.* Cᵃˢ *et conf.* Cᵃ *pag. 281 uers. 1 seqq.* ‖ 18 summam *Goeschen*, summa *C* ‖ 20 fiet *Goeschen*, fiat *C* ‖ 21 non *Goeschen*, nam Cⁿ, *conf.* Cᵃˢ *et conf.* Cᵃ *pag. 279 uers. 37* ‖ 23 ⟨ ⟩ *addidit Huschke* ‖ 25 agetur *Goeschen*, ageretur Cⁿ ‖ 26 milium *Goeschen*, milia *C, conf.* Cᵃ *pag. 278 uers. 37* ‖ quas *Goeschen*, qas? *C, conf.* Cᵃ *pag. 289 uers. 22* ‖ 28 nec *Goeschen*, ne *C, conf.* Cᵃ *pag. 280 uers. 36* ‖ inuitas *Savigny*, inuicas *C* ‖ possumus *Goeschen*, n̄ possumus Cⁿ, *conf.* Cᵃ *pag. 281 uers. 30* ‖ 29 praeterquam *Goeschen*, praeterqua Cⁿ, *conf.* Cᵃ *pag. 289 uers. 26 et pag. 291 inf.*

INDEX NOMINVM[1]).

1) Nomina legis latorum conf. sub u. ‚lex'.

Typis Breitkopfii & Haertelii Lipsiensium.

COLLECTIO LIBRORVM IVRIS ANTEIVSTINIANI

IN VSVM SCHOLARVM

EDIDERVNT

PAVLVS KRVEGER THEODORVS MOMMSEN
GVILELMVS STVDEMVND

TOMVS ALTER

BEROLINI
APVD WEIDMANNOS
MDCCCLXXVIII

VLPIANI LIBER SINGVLARIS REGVLARVM

PAVLI LIBRI QVINQVE SENTENTIARVM

FRAGMENTA MINORA
SAECVLORVM P. CHR. N. SECVNDI ET TERTII

EDIDIT

PAVLVS KRVEGER

BEROLINI
APVD WEIDMANNOS
MDCCCLXXVIIII

Iuris Anteiustiniani sylloga quam hic tomus complectitur continuari uolui Gaianarum Institutionum editionem anno proximo a Guilelmo Studemund mecum curatam: absoluetur autem tota collectio librorum iuris Anteiustiniani tertio qui quam proxime fieri poterit edetur tomo, quo Vaticana fragmenta et Collatio a Theodoro Mommsen recensita, Consultatio et Codicum Gregoriani et Hermogeniani reliquiae et Appendices Legis Romanae Wisigothorum a me recognitae continebuntur.

De condicione fragmentorum quae hoc tomo exhibentur cum exposuerimus in praefationibus uel adnotationibus quae singulis praemissae uel adnexae sunt, hoc loco pauca in uniuersum praemonenda sunt.

Hanc collectionem quamquam scholarum usui destinauimus, tamen plena supellectile critica instruximus neque delectu uariarum lectionum contenti fuimus nisi in fragmentis ex aliis libris petitis, quorum criticae editiones uel extant, uelut Digestorum Iustinianorum, uel in tertio tomo exhibebuntur. ceterum tam ex his collectionibus quam ex Iustiniana compilatione excerpta iuris antiqui in hoc secundo tomo non repetiuimus nisi ad Pauli sententias et Vlpiani librum regularum redintegrandos, ut omnibus horum operum, quae et ipsa seorsim tradita sunt, fragmentis compositis genuina eorum forma aliquo modo recuperaretur.

In contextu editionis inclinatis litteris ea expressa sunt, in quibus uel a tradita lectione recedendum erat uel lectio ipsa propter mutilam contextus condicionem supplendi officium postulabat, id est in eis opusculis, quae uno codice solo seruata sunt. atque quo facilius in his lectionis hiatibus codicis condicio ex ipsa editione cognosceretur, singulorum codicis uersuum fines linea |, paginarum fines lineis || non secus atque in Gai editione indicauimus, et ubi hiatum satis

certa coniectura explere nobis non contigit, singulis litteris quae perierunt stellulas substituimus, maiores hiatus, qui quot litteris constiterint certo statui non potest, lineis —— expressimus. contra aliis stellulis, quae supra lineam quam dicunt collocata sunt, eas Pauli sententias quae in Legem Romanam Wisigothorum receptae non sunt, et ea Vlpiani regularum fragmenta, quae in epitoma Vaticana non extant, inclusimus, uelut in pagina 46 uersus 5 sqq.

In adnotatione critica codices ad textum constituendum adhibiti singulis litteris inclinatis et post codicum lectiones collocatis indicati sunt: quae quid in quoque scriptore significent, in praefationibus unicuique opusculo praemissis explicatum est. ceterum nota *C*, si quod opus uno codice solo traditum est, ad hunc significandum usi sumus, uelut in Vlpiani regulis et in fragmentis de iure fisci. litterulis ^{a} ^{b} codicum notis postpositis distinguuntur codicis scripturae primitiua (u. g. C^{a}) et emendata (C^{b}). silentio praetermisimus eas codicum lectiones, quae uel in orthographicis uel in uerborum diuisione a nostro contextu recedunt: ac ne in discrepantibus quidem lectionibus exscribendis eam uerborum diuisionem quae librariis placuit mutare dubitauimus, sicubi hoc modo facilius demonstrari posse uidebatur, quibus uerbis uel litteris discrepantia efficeretur.

Praeterea passim his scripturae compendiis usi sumus:

Cod. = Codex Iustinianus
Coll. = Collatio legum Mosaicarum et Romanarum. *Coll.*^{p} est eiusdem codex Berolinensis, olim Pithoei, *Coll.*^{w} codex Vindobonensis, *Coll.*^{v} codex Vercellensis
Cons. = Consultatio ueteris iureconsulti
Dig. = Digesta Iustiniani
F = Digestorum codex Florentinus
Gai. = Gai Institutiones
Paul. = Pauli sententiae
Vat. = Vaticana fragmenta
Vlp. = Vlpiani liber singularis regularum

In hoc tomo perficiendo diligentissimam opem, ut solet amicis, mihi tulit Guilelmus Studemund.

Regimonti die x m. Iulii 1878

Paulus Krueger

VLPIANI

LIBER SINGVLARIS REGVLARVM

PRAEFATIO EDITORIS

Anno 1549 Iohannes Tilius *titulos ex corpore Vlpiani* uno codice solo usus Parisiis edidit. qui codex postquam a. 1576 a Cuiacio Parisiis denuo examinatus est, eius memoria periit, donec F. C. de Savigny eum in bibliotheca Vaticana inuestigauit[1]. atque leguntur in codice Vaticano reg. 1128, qui saeculo X in Gallia exaratus est, *tituli ex corpore Vlpiani* Legi Romanae Wisigothorum adiecti. apographum codicis Vaticani ab Henrico Brunn fideliter confectum typis mandauit Eduardus Boecking[2].

Pertinere hos titulos ad Vlpiani librum singularem regularum ex Collatione 6, 2 (= Vlp. 5, 6. 7) et Digestis Iustinianis 22, 5, 17 (= Vlp. 20, 6) constat. presse autem secutum esse Vlpianum in libro singulari regularum componendo Gaianarum Institutionum ordinem docet materiae ab Vlpiano tractatae dispositio, nisi quod pauca iuris capita a Gaio praetermissa diuersis locis inseruit[3]. quae cum ita sint, ex Gaiana dispositione certa coniectura colligitur regularum Vlpianarum non solum initium periisse, sed ea quoque omnia desiderari, de quibus Gaius inde a 3, 53 egit: eamque coniecturam insuper confirmant fragmenta Vlpiana in Vaticano codice omissa et e Collatione Digestisue ad finem nostrae editionis restituta, quae Gaianis 3, 224. 225.

1) Codicem Vaticanum eundem esse atque illum quo Tilius est contra C. E. Heimbachii dubitationes optime defendit Ioh. Vahlen in praefatione, quam editioni ab ipso Bonnae 1856 curatae praemisit, p. X sqq.

2) Vlpiani liber sing. regularum. Codicis Vaticani exemplum cur. Ed. Boecking. Lipsiae 1855.

3) Cf. tabula a Boeckingio quartae Vlpiani editioni (1855) adiecta (p. 192 sqq.).

4, 2—5 respondent. nec tamen in his tantum labem contraxit liber regularum, sed passim intra ipsos qui in codice Vaticano extant titulos argumenti conexus hiat[1]), ut magis excerpta ex Vlpiani regulis quam ipsas regulas tenere uideamur. quod si quaeritur, quo tempore haec Epitome facta sit, cogitare non licet de eis temporibus, quibus Legi Romanae Wisigothorum et appendices ex genuinis iuris Romani fontibus compilatae accesserunt[2]) et alia additamenta, quae ex Theodosiano Codice, Nouellis, Pauli sententiis petita et in ipsum Legis contextum recepta sunt. uix enim illa saecula nouicia aut Latinos curabant aut eos qui dediticiorum numero sunt aut alia nec pauca Epitomae Vaticanae capita. itaque consideratis tam eis quae omissa sunt quam eis quae remanserunt Mommsen[3]) probabiliter coniecit Epitomen non multo post a. 320 (Cod. Theod. 8, 16, 1) eo consilio confectam esse, ut ea sola excerperentur, quae usui forensi inseruire posse uiderentur, omitterentur autem diuisiones iuris, quas ut apud Gaium ita in Regulis olim extitisse Dig. 44, 7, 25 ostendunt, neque minus ea quae in desuetudinem uenissent.

Epitomator id unum uidetur egisse, ut opus Vlpianum in breuius redigeret: nam quod Lachmann ad 26, 1 uocem *gentiliciorum* in Collatione traditam ab epitomatore in *ingenuorum* mutatam esse censuit, quasi Vlpianus illam eodem sensu atque hanc usurpare potuisset, id mihi non persuasit. ea autem, quae re uera in Epitoma Vaticana mutata sunt, non epitomatoris manum produnt, sed librariorum neglegentiae uel fraudibus accepto ferenda sunt: nonnulla sane menda inde orta sunt, quod notae iuris, quibus usi sunt librarii uel ipsius archetypi uel unius alteriusue ex eis exemplis quae ex hoc deriuata sunt, a posterioris temporis librariis aut male explicatae[4]) aut omis-

---

1) In hisce hiatibus detegendis post Boeckingii et Mommseni curas diligentissimam operam collocauit Vahlen in editione supra laudata.

2) Cf. Lex Romana Wisig. ed. Haenel p. 452—455.

3) Vlpiani fragmenta ed. Boecking. 1855. p. 111 sqq.

4) Ita constanter scribitur *ius Quiritium* pro *iure Quiritium* et *ascia* pro *Aelia Sentia*: praeterea cf. 6, 1. 20 *(institutus* pro *item)* 6, 6 *(re uera* pro *rei uxoriae)* 7, 4 *(condignis* pro *condicionis* et *ciuitas reddatur* pro *ciuitas Romana datur)* 8, 4. 22, 32 *(data* et *dantur* pro *dumtaxat)* 11, 25 *(tunc* pro *testamento)* 20, 16. 24, 28 *(praetoriani* pro *populi Romani)*. simili errori tribuerim, quod bis (20, 14. 28, 1) pro *secundum* legitur *aduersus*.

sae sunt[1]. ac ne in rubricis quidem ipsius epitomatoris libidinem grassatam esse crediderim: quamquam in his sunt quae eo offendant, quod uel male conceptae sunt (2. 7. 19. 27), uel non recte indicant ea quae ipsis titulis continentur (3. 22. 23), uel ad multo minores iuris particulas pertinent, quam quas ab ipso Vlpiano distinctas fuisse credibile sit (16. 18), uel materiarum conexum male interrumpunt (2. 7. 27). atenim non hae solae, sed omnes rubricae non minus ab Vlpiani regulis uidentur alienae fuisse quam a Gai institutionibus, in quibus rubricae tam eae quae a librario quam eae quae a correctore codicis Veronensis interpositae sunt isdem uitiis omnibus laborant quae supra enumerauimus. et quemadmodum Gai Veronensis rubricae non consentiunt cum eis quae in Gai epitoma Wisigothica extant, ita diuersae originis uestigia in Vlpianis rubricis agnoscuntur et eo, quod in Collatione 6, 2 titulo *de nuptiis* adscribuntur ea quae in codice Vaticano titulo *de his qui in potestate sunt* subiciuntur, et eo, quod Collatio 16, 4 rubricam *de legitimis hereditatibus* citat, quae Epitomae est *de legitimis heredibus*. sane ex his Collationis locis colligi nequit rubricas ab ipso Vlpiano insertas esse: nam Gai quoque capita Collatio rubricis praemissis citat (16, 2, 9). itaque cum quaedam rubricae (10. 13. 14) non uere ea indicent, quae hodie in Epitoma leguntur, sed potius integrum Vlpiani opus respiciant, rubricas priusquam Epitome conficeretur operi inditas esse consentaneum est.

Initium operis in codice Vaticano singularem in modum confusum est. nam post titulum *incip. tituli ex corpore ulpiani* sequuntur uerba huius editionis p. 5 u. 14 *moris* (sic codex) . . . 15 *inueteratus*: hos excipit index rubricarum operis, hunc ipse primus titulus quo agitur de manumissionibus et de libertis, attamen hic tractatus de libertis in media sententia (p. 6, 3) abrumpitur, et continuo sequitur fragmentum de legibus initio mutilum (p. 5, 2—13), quasi hoc eiusdem tituli partem efficeret, tum tractatus de libertis continuatur, ita tamen, ut praeter extrema uerba sententiae supra abruptae alia quaedam intercidisse palam sit. quae confusio quemadmodum enata sit, Mommsen ingeniose demonstrauit[2]. is enim, qui primus Epitomen legi Romanae adiecit, Epitomae codicem initio

1) V. g. 1, 7. 7, 4.
2) Vlpiani fragmenta ed. Boecking. 1855. p. 117.

mutilum adhibuit, cuius folium primum e uetere compage solutum in pagina recta haec uerba 5, 2 *prohibet* . . . 13 *prima lege*, in pagina uersa haec *moris sunt* . . . *inueteratus* et praeterea tituli *de Latinis* rubricam initiumque usque ad 6, 3 *confirmat* complectebatur: idque folium iste inuerso ordine ita descripsit, ut uersam paginam faceret rectam. postea titulis numeri additi sunt, ut titulus *de libertis* primus fieret, et ante huius tituli rubricam ad similitudinem legis Romanae titulorum index praefixus est, uerba autem *mores* . . . *inueteratus*, quippe quae ad inscriptionem Epitomae pertinere uiderentur, in fronte operis retenta sunt. in eo tantum a Mommseni coniectura recedo, quod is hiatum qui inter 1, 9 et 10 intercedit minimum esse putans ad alterum Epitomae folium in fronte detritum trahit, mihi folii primi pars inferior mutila fuisse uidetur, ut tam inter 1, 9 et 1, 10 quam ante p. 5, 14 plura interciderint.

In edendo Vlpiani regularum libro rubricas propter allegandi usum retinui, sed ut appareret eas Vlpiani non esse, uncinis quadratis saepsi. indicem titulorum codicis Vaticani, qui adeo cum Epitomae ipsius rubricis consentit, ut eum ad proximum huius codicis archetypon compositum esse uerisimile sit, non recepi. in contextum regularum eos quoque locos, quos ab Epitoma omissos Collatio uel Digesta seruarunt, stellulis adpositis restitui. Epitomen ad fidem apographi Brunniani (p. 1 not. 2) edidi: nonnullos tamen locos difficiliores ipse Romae a. 1868 in bibliotheca Vaticana examinaui. in notis uarias codicis Vaticani (= *C*) [1] lectiones omnes praeter orthographicas indicaui, interdum ne *i* et *e* quidem litterarum commutationem praeterire uolui, ubi de uera lectione dubitari posse uideretur.

[1]) In correctionibus codicis *C*, ubi fieri potuit, adnotaui, utrum ipsi librario an alteri manui quae fere aequalis est debeantur: nonnulla a manu saec. XVI adscripta esse suo loco commemorabo.

VLPIANI LIBER SINGVLARIS REGVLARVM

1 . . . . . prohibet, exceptis quibusdam cognatis, et si
2 plus donatum sit, non rescindit. Minus quam perfecta lex
est quae uetat aliquid fieri, et si factum sit, non rescindit,
sed poenam iniungit ei qui contra legem fecit: qualis est
lex Furia testamentaria, quae plus quam mille assium le-
gatum mortisue causa prohibet capere, praeter exceptas
personas, et aduersus eum qui plus ceperit quadrupli poe-
nam constituit.
3 *L*ex aut rogatur, id est fertur, aut abrogatur, id est
prior lex tollitur, aut derogatur, id est pars prima*e legis*
tollitur, aut subrogatur, id est adicitur aliquid primae legi,
aut obroga*tur*, id est mutatur aliquid ex prima lege . . . .
4 Mor*e*s sunt tacitus consensus populi longa consuetudine
inueteratus.

[I DE LIBERTIS]

5 Libertorum genera sunt tria, ciues Romani, Latini Iu-
niani, dediticiorum numero.
6 Ciues Romani sunt liberti, qui legitime *manumissi sunt,*
id est uindicta aut censu aut testamento, nullo iure impe-
7 diente. Vindicta manumittuntur apud magistratum *populi*
8 *Romani*, uelut consulem *praetoremue uel* proconsulem. Censu
manumittebantur olim qui lustrali censu Romae iussu do-

1 *titulum operis suppeditant fragmenta quae in Dig. et Coll. extant:* tituli ex corpore ulpiani *C* || 2—13 *in C post p.* 6, 3 confirmat *leguntur, cf. praef. p.* 3 || 2 *ante* prohibet *fere talia supplenda sunt:* leges aut perfectae sunt aut imperfectae aut minus quam perfectae. perfecta lex est . . . . imperfecta lex est, quae fieri aliquid uetat, nec tamen si factum sit, rescindit: qualis est lex Cincia, quae plus quam . . . donare prohibet || cognatis] *fortasse fuerit* personis || 3 rescindet *C* || 4 rescindet *C* || 6 aseium legatum *C*, asses legati *Huschke* || 8 poena *C* || 10 lex] ex *C* || 11 primae legis *Cuiacius*, prima *C* || 13 obrogat *C* || 14. 15 *indici rubricarum praemittuntur, cf. praef. p.* 8 || 14 moris *C* || 19 manumissi . . . 20 uindicta aut *in C omissa duce Gaio 1, 17 addita sunt* || 21 populi . . . 22 praetoremue uel *Lachmann*, praeturimue uelut consulem *C*

9 minorum inter ciues Romanos censum profitebantur. Vt
testamento manumissi liberi sint, lex duodecim tabularum
facit, quae confirmat . . . . .
10 . . . . hodie autem ipso iure liberi sunt ex lege Iunia,
qua lege Latini *f*iunt nominati*m* inter amicos manumissi.
11 Dediticiorum numero sunt qui poenae causa uincti sunt
a domino, quibusue stig*mata* scripta fuerunt, qui*ue* propter
noxam torti nocentesque inuenti sunt, quiue traditi sunt,
ut ferro aut cum bestiis depugnarent, *uel in ludum* uel
custodiam coniecti fuerunt, deinde quoquo modo manumissi
sunt: idque lex A*elia* Se*n*tia facit.
12 Eadem leg*e* cautum est, ut minor triginta annorum
seruus uindicta manumissus ciuis Romanus non fiat, nisi
apud consilium causa probata fuerit: ideo sine consili*o* ma-
numissum Caesaris seruum manere putat. testamento uero
manumissum perinde haberi iubet, atque si domini uolun-
13 tate in libertate esset, ideoque Latinus fit. Eadem lex eum
dominum, qui minor uiginti annorum est, prohibet seruum
manumittere, praeterquam si causam apud consilium pro-
13a bauerit. In consilio autem adhibentur Roma*e* quinque se-
natores et quinque equites Romani, in prouinci*is* uiginti
14 rec*i*peratores ciues Romani. Ab eo domino qui soluend*o*
non est seruus testament*o* liber esse iussus et heres in-
stitutus, et si minor sit triginta annis uel in ea causa sit,
ut dediticius fieri debeat, ciuis Romanus et heres *f*it: si
tamen alius ex eo testamento nemo heres sit. quod si
duo pluresue liberi heredesque esse iussi sint, primo loco
scriptus liber et heres fit, quod et ipsum lex A*elia* Se*n*tia
15 facit. Eadem lex in fraude*m* creditoris et patroni manu-
mittere prohibet.

3 *post* confirmat *in C sequuntur p.* 5, 2—13, *cf. praef. sententiam sic fere expleas* quae confirmat ea quae testator de suis rebus disposuerit || 4 *initio* § 10 *talia fere interciderunt:* qui non legitime manumissi erant, sed nuda dominorum uoluntate libertate donati erant, olim quidem serui remanebant, praetor autem eos in libertatis possessione tuebatur || 5 fiunt] sunt *C* || nominatim *Hugo*, nominati* *C*a *(fortasse nihil aliud nisi interpunctionis signum erasum est)* || 7 quibusue stigmata *Cuiacius*, quibus uestigia *C* || inscripta *Gai. 1, 13, cf. tamen Quinctilian. 7, 4, 14* || quiue *Schilling*, qui *C* || 9 uel in ludum *om. C*, *suppl. Schilling ex Gaio 1, 13* || 11 alia sentia] ascia *C* || 12 legem *C* || 14 consilium *C* || 15 caesaris *C*, lex Aelia Sentia *Hertz*, Cassius *Puchta* || 20 romani *C* || 21 prouincia *C* || 22 receperatoris *C* || soluendus *C* || 23 testamenti *C* || institu**tus *C*a || 25 fit] sit *C* || 28 aelia sentia] ascia *C* || 29 fraude *C*

16 Qui tantum in bonis, non etiam ex iu*re* Quiritium ser-
uum habet, manumittendo Latinum facit. in bonis tantum
alicuius seruus est uelut hoc modo, si ciuis Romanus a
ciue Romano seruum emerit, isqu*e* traditus ei sit neque
tamen mancipatus ei neque in iure cessus neque ab ipso
anno possessus sit: nam quamdiu horum quid fiat, is ser-
uus in bonis quidem emptoris est, e*x* iu*re* Quiritium au-
17 tem uenditoris est. Mulier, quae in tutela est, item pu-
18 pillus et pupilla manumittere non possunt. Communem
seruum unus ex dominis manumittendo partem suam *a*mit-
tit, eaque adcrescit socio, maxime si eo modo manumiserit,
quo, si proprium haberet, ciuem Romanum facturus esset.
nam si inter amicos eum manumiserit, plerisque placet eum
19 nihil egisse. Seruus, in quo alterius est ususfructus, al-
terius proprietas, *a* proprietatis domino manumissus liber
non fit, sed seruus sine domino est.

20 Post mortem heredis aut ante institutionem heredis te-
stamento libertas dari non potest, excepto testamento mili-
21 tis. Inter medias heredum institutiones libertas data utr*i*s-
que adeuntibus non ualet. solo autem priore adeunte iure
antiquo ualet: sed post legem Papiam Poppaeam, quae par-
tem non adeuntis caducam facit, si quidem primus heres
uel ius *liberorum uel ius* antiquum habeat, ualere eam posse,
placuit: quod si non habeat, non ualere constat, quod loco
non adeuntis legatarii patres heredes fiunt. sunt tamen qui
22 et hoc casu ualere *eam* posse dicunt. Qui testamento liber
esse iussus est, mox quam u*el* unus ex heredibus adierit
23 hereditatem, liber fit. Iusta libertas testamento potest dari
his seruis, qui testamenti faciendi et mortis tempore e*x* iu*re*
Quiritium testatoris fuerunt.

24 Lex Fufia Caninia iubet testament*o* ex tribus seruis non
plures quam duos manumitti, et usque ad decem dimidiam
partem manumittere concedit: a dec*em* usque ad triginta
tertiam partem, ut tamen adhuc quinque manumittere liceat

1 iure] ius *C* || 4 isqui *C* || 6 anno *in litura scripsit manus altera* || 7 ex iure] et us *C* || 10 admittit *C* || 15 a] ad *C* || 19 utriusque *C* || 21 pompeiam C^a || 23 liberorum uel ius ***Lachmann**, om. C: possis etiam cum **Mommseno*** patris uel ius *supplere* || ualere C^b *(manus secunda)*, uale** C^a || 26 eam] eius eam *C* || 27 quam uel ***Marezoll***, quamuis *C* || 29 qui] qui et ***Boecking*** || ex iure] et ius *C* || 30 testa***tores *C* || 31 testamentum *C* || 33 decimo *C: expectes* ab undecim *et similiter infra p.* 8, 1 a XXXI *et* 3 a CI

aeque ut ex priori numero: a triginta usque ad centum
quartam partem, aeque ut decem ex superiori numero libe-
rari possint: a centum usque ad quingentos partem quin-
tam, similiter ut ex antecedenti numero uiginti quinque
possint fieri liberi. et denique praecipit, ne plures omnino
25 quam centum ex cuiusquam testamento liberi fiant. Eadem
lex cauet, ut libertates seruis testamento nominatim dentur.

[II DE STATV LIBERO VEL STATV LIBERIS]

1 Qui sub condicione testamento liber esse iussus est,
2 statu liber appellatur. Statu liber, quamdiu pendet condi-
3 cio, seruus heredis *est*. Statu liber seu alienetur ab herede
siue *usuca*piatur ab aliquo, libertatis condicionem secum
4 trahit. Sub hac condicione liber esse iussus, SI DECEM MILIA
HEREDI DEDERIT, etsi ab herede abalienatus sit, emptori dando
pecuniam ad libertatem perueniet: idque lex duodecim ta-
5 bularum iubet. Si per heredem factum sit, quo minus statu
liber condicioni pareat, proinde fit liber, atque si condicio
6 expleta fuisset. Extraneo pecuniam dare iussus *et* liber
esse, si paratus sit dare, et is, cui iussus est dare, aut nol*i*t
accipere aut antequam acceperit moriatur, proinde fit liber,
ac si pecuniam dedisset.
7 Libertas et directo potest dari hoc modo: LIBER ESTO,
LIBER SIT, LIBERVM ESSE IVBEO, et per fideicommissum, ut puta:
ROGO, FIDEI COMMITTO HEREDIS MEI, VT *STICH*VM SERVVM MANV-
8 MITTAT. *Is*, qui directo liber esse iussus est, orcinus fit li-
bert*us*: is autem, cui per fideicommissum data est libertas,
9 non testatoris, sed manumissoris fit libertus. Cuius fidei
committi potest ad rem aliquam praestandam, eiusdem etiam
10 libertas fidei committi potest. Per fideicommissum libertas
dari potest tam proprio seruo testatoris quam heredis aut le-
11 gatarii uel cuiuslibet extranei seruo. Alieno seruo per fidei-
commiss*um* data libertate si dominus eum iusto pretio non
uendat, extinguitur libertas, quoniam nec pretii computatio
12 pro libertat*e* fieri potest. Libertas sicut dari, ita et adimi

2 numerum *C* || 4 numerum *C* || 5 praecepit *C* || 8 libero] liberum *C* || 10 statu liber *ante* quamdiu *om.* C^a || 11 est *om.* *C* || 12 usucapiatur *Cuiacius*, suscipiatur *C* || 15 pecu*niam C^a || lex *om.* C^a || 16 herede *C* || 18 et] ut *C* || 19 nollet *C* || 24 stichum *Miraeus*, iste cum *C* || manumittatis is C^b *(manus altera)*, manumittati**: is C^a || 25 fit liberto *C* || 31 fideicommisso *C* || 34 libertatem fieri *C*

tam testamento quam codicillis testamento confirmatis potest, ut tamen eodem modo adimatur, quo et data est.

[III DE LATINIS]

1 Latini ius Quiritium consequuntur his modis: beneficio principali, liberis, iteratione, militia, naue, aedificio, pistrino: praeterea ex senatus consulto +uulgo quae sit ter
2 enixa. Beneficio principali Latinus ciuitatem Romanam ac-
3 cipit, si ab imperatore ius Quiritium impetrauerit. Liberis ius Quiritium consequitur Latinus, qui minor triginta annorum manumissionis tempore fuit. nam lege Iunia cautum est, ut si ciuem Romanam uel Latinam uxorem duxerit, testatione interposita, quod liberorum quaerendorum causa uxorem duxerit, postea filio filiaue nato nataue et anniculo facto possit apud praetorem uel praesidem prouinciae causam probare et fieri ciuis Romanus tam ipse quam filius filiaue eius et uxor, scilicet si et ipsa Latina sit: nam si uxor ciuis Romana sit, partus quoque ciuis Romanus est ex senatus
4 consulto, quod auctore diuo Hadriano factum est. Iteratione fit ciuis Romanus, qui post Latinitatem quam acceperat, maior triginta annorum iterum iuste manumissus est ab eo, cuius ex iure Quiritium seruus fuit. sed huic concessum est ex senatus consulto etiam liberis ius Quiritium consequi.
5 Militia ius Quiritium accipit Latinus, si inter uigiles Romae sex annis militauerit, ex lege Visellia. praeterea ex senatus consulto concessum est ei, ut, si triennio inter uigiles mili-
6 tauerit, ius Quiritium consequatur. Naue Latinus ciuitatem Romanam accipit, si non minorem quam decem milium modiorum nauem fabricauerit et Romam sex annis frumentum portauerit, ex edicto diui Claudii.

---

1 tam] tatem *C* || 4 latinius quiritium *C* || 5 pristino *C* || 6 ex] et *C* || uulgo quaesit te re nexa *C*: uulgo quaesitum enixa *Lachmann*, uulgo quaesitos tres enixa *Boecking*, mulier quae sit ter enixa *Heimbach*: *alii nomen senatus consulti in* uulgo *latere putant* || 11 ciue *C* || 13 duxit *C* || aneculllo *C* || 14 causa *C* || 15 ciuem romanum *C*, ciues romani *Lachmann* || 18 diui atriani *C* || 19 postquam latinitatem acceperat *scr.* || 21 ex ius *C* || 22 ex] ut ex C^b *(manus altera)*, u* ex C^a || liberi *C* || 23 si *om. C* || 24 uisillia *C* || praeterea] postea *Faber recte, cf. Gai. 1, 32*[b] || 26 naui *C* || ciuitate romana *C* || 27 minore *C* || milia *C* || 28 roma *C*

[IV DE HIS QVI SVI IVRIS SVNT]

1 Sui iuris sunt familiarum suarum principes, id est pater
2 familiae itemque mater familiae. Qui matre quidem *certa,* patre autem incerto nati sunt, spurii appellantur.

[V DE HIS QVI IN POTESTATE SVNT]

1 In potestate sunt liberi parentum *ex* iusto matrimonio nati.

2 Iust*um* matrimonium est, si inter eos qui nuptias contrahunt conubium sit, et *tam* mascul*us* pubes quam femina potens sit, et utrique consentiant, si sui iuris sunt, aut etiam
3 parentes eorum, si in potestate sunt. Conubium est uxoris
4 iure ducendae facultas. Conubium habent ciues Romani cum ciuibus Romanis: cum Latinis autem et peregrinis ita, si
5 6 concessum sit. Cum seruis nullum est conubium. Inter parentes et liberos infinite cuiuscumque gradus si*n*t conubium non est. inter cognatos autem ex transuerso gradu olim quidem usque ad quartum gradum matrimonia contrahi non poterant: nunc autem etiam ex tertio gradu licet uxorem ducere, sed tantum fratris filiam, non etiam sororis filia*m* aut amitam uel materteram, quamuis eodem gradu sint. eam, quae nouerca uel priuigna uel nurus uel socrus nostra fuit,
7 uxorem ducere non possumus. Si quis eam quam non licet uxorem duxerit, incestum matrimonium contrahit: ideoque liberi in potestate eius non fiunt, sed quasi uulgo concepti spurii sunt.

8 Conubi*o* interuenient*e* liberi semper patrem sequuntur: non interueniente conubio matris condicion*i* accedunt, excepto e*o* qui ex peregrino et ciue Romana peregrinus nascitur, quoniam lex M*ini*cia ex alterutro peregrino nat*um* dete-
9 rioris parentis condicione*m* sequi iubet. Ex ciue Romano et

3 certa *om. C* ‖ 5 §§ 6. 7 *ex titulo* de nuptiis *excerpsit Coll., cf. praef. p.* 8 ‖ 6 ex] et *C* ‖ 8 iusto *C* ‖ 9 tam a masculos *C* ‖ 12 conubium ** habent *C*[a] ‖ 15 infinite *om. Coll.* ‖ sit *Coll., om. C* ‖ 18 etiam *om. Coll.* ‖ 19 tantum *Coll.*, tamen *C* ‖ fratres *C*[a] ‖ filia non *C* ‖ filia *C, om. Coll.* ‖ aut amita uel matertera *C*, nec amitam nec materteram (-ra *Coll.*[w] *Coll.*[v]) *Coll.* ‖ 20 sint *Coll.*, sit *C* ‖ eam quae *Coll.*, eademque uxore *C* ‖ 21 norus *C*[a], quae nurus *Coll.* ‖ nostra *om. Coll.* ‖ 22 uxorem *Coll., om. C (cf. ad u.* 20) ‖ 24 eis *Coll.* ‖ conconcepti *C*[a] ‖ 25 sperei *C*[a], spurei *C*[b] ‖ 26 conubium ** interuenientem *C* ‖ 27 conditione *C* ‖ 28 eo] eum *C* ‖ 29 quoniam * (*non* odo) lex *C*[a] ‖ minicia *Gai. 1, 78,* mensia *C* ‖ nato deteriores parentes conditione *C*

Latina Latinus nascitur et ex libero et ancilla seruus, quoniam, cum his casibus conubia non sint, partus sequi*tur* ma-
10 trem. In his, qui iure contracto matrimoni*o* nascuntur, conceptionis temp*us spec*tatur: in his autem, qui non legitime concipiuntur, editionis. ueluti si ancilla conceperit, deinde manumissa pariat, liberum parit: nam quoniam non legitime concepit, cum editionis tempore libera sit, partus quoque liber est.

[VI DE DOTIBVS]

1 2 Dos aut datur aut dicitur aut promittitur. Dotem dicere potest mulier quae nuptura est et debitor mulieris, si iussu eius dicat: *item* parens mulieris uirilis sexus per uirilem sexum cognatione iunctus, uelut pater auus paternus. dare promittere dotem omnes possunt.

3 Dos au*t* profecticia dicitur, id est quam pater mulieris dedit, aut aduenticia, id est ea quae a quouis alio data est.

4 Mortua in matrimonio muliere dos a patre profecta ad patrem reuertitur, quintis in singulos liberos in infinitum relictis penes uirum. quod si pater non sit, apud maritum re-
5 manet. Aduenticia autem dos semper penes maritum remanet, praeterquam si is qui dedit, ut sibi redderetur, stipulatus fu*e*rit: quae dos specialiter recepticia dicitur.

6 Diuortio facto, si quidem sui iuris sit mulier, ipsa habet *rei uxoriae* actione*m*, id est dotis repetitionem. quod si in potestate patris sit, pater adiunct*a* filiae persona habet actionem re*i uxoriae*: nec interest, aduenticia sit dos an
7 profecticia. Post diuortium defuncta muliere heredi eius actio non aliter datur, quam si moram in dote mulieri reddenda maritus fecerit.

8 Dos si pondere numero mensura contineatur, annua bima trim*a* die redditur, nisi si ut praesens reddatur conuenerit. reliquae dotes statim redduntur.

9 Retentiones ex dote fiunt *aut propter liberos* aut propter

2 sequi *C* || 3 matrimonium *C* || 4 tempus spectatur *Tilius*, tempore exceptatur *C* || 10 pro*mittitur C^a || 12 item *Aleander*, institutus *C (permutatis notis)* || 15 aut] autem *C* || 17 *post* muliere *in C nihil erasum, sed propter membranae uitium uacuum spatium relictum est* || 22 fuit *C* || 24 rei uxoriae *Faber*, *om.* *C* || actione *C* || id est d. rep. *del. Faber* || 25 adiunctae *C* || 26 rei uxoriae *Cuiacius*, re uera *C (notis permutatis)* || 27 mulierem *C* || 30 numerum *C* || 31 trima] trima a *(sic uacuo spatio ante* a *relicto)* *C* || die reddetur *C* || si *om.* C^a || 33 retenteones C^a || aut propter liberos *Tilius*, *om.* *C*

mores aut propter impensas aut propter res donatas aut pro-
10 pter res amotas. Propter liberos retentio fit, si culpa mu-
lieris aut patris cuius in potestate est diuortium factum sit:
tunc enim singulorum liberorum nomine sextae retinentur
ex dote, non plures tamen quam tres. sextae in retentione
11 sunt, non in petitione. Dos, quae semel functa est, amplius
fungi non potest, nisi aliu*d* matrimonium sit.
12 Morum nomine grauiorum quidem sext*a* retin*e*tur, le-
uiorum autem octaua. grauiores mores sunt adulteri*a* tan-
13 tum, leuiores omnes reliqui. Mariti mores puniuntur in ea
quidem dote, quae a die reddi debet, ita *ut* propter maiores
mores praesentem dotem reddat, propter minores senum
mensum die. in ea autem, quae praesens reddi solet, tan-
tum ex fructibus iubetur reddere, quantum in illa dote qua*e*
*t*riennio redditur rep*raesent*atio facit.
14 *Im*pensarum species sunt tres: aut enim necessariae di-
15 cuntur aut utiles aut uoluptuosae. Necessariae sunt impen-
sae, quibus non factis dos deterior futura est, uelut si quis
16 ruinosas aedes refecerit. Vtiles sunt, quibus non factis qui-
dem deterior dos non fuerit, factis autem fructuosior effecta
17 est, ueluti si uineta et oliueta fecerit. Voluptuosae sunt,
quibus neque omissis deterior dos fieret neque factis fruc-
*tuos*ior effecta est: qu*od* euenit in uiridiariis et picturis si-
milibusque rebus.

[VII DE IVRE DONATIONVM INTER VIRVM ET VXOREM]

1 Inter uirum et uxorem donatio non ualet nisi certis ex
causis, id est mortis causa, diuortii causa, serui manumit-
tendi gratia. hoc amplius principalibus constitutionibus con-
cessum est mulieri in hoc donare uiro suo, ut is ab impera-
tore lato clauo uel equo publico similiue honore honoretur.
2 Si maritus diuortii causa res *a*mouerit, rerum quoque
amotarum actione tenebitur.
3 Si maritus pro muliere se obligauerit uel in rem eius

6 dos *sqq.*] *haec uerba quid sibi uelint et quomodo cum retentione propter liberos concessa cohaereant, non intellegitur* || 7 alium *C* || 8 sexta retinetur *Cuiacius*, sexte retinentur *C* || 9 grauioris ** (*uel* *) moris C^a || adulterio *C*, adulterium *Boecking* || 11 a] annua bima trima *Cuiacius* || ut *om. C* || 14 quae triennio *Hugo*, quadriennio *C* || 15 repraesentatio *Cuiacius*, repensatio *C* || 16 repensarum *C* || 22 fructior *C* || 23 quod] quae *C* || 31 maritus *C*, mulier *Mommsen* || mouerit C^b *(manus secunda)*, moue*** *uel* moue**** C^a

impenderit, diuortio facto eo nomine cauere sibi sol*e*t stipulatione tribunicia.

4 In potestate parentum sunt etiam hi liberi, quorum
causa probata est, per errorem contracto matrimonio inter
disparis condic*io*nis persona*s*: nam seu ciuis Romanus Latinam aut peregrinam uel eam quae dediticiorum numer*o* est quasi *ciuem Romanam* per ignorantiam uxorem duxerit, siue ciuis Romana per errorem peregrino uel ei qui dediticiorum numer*o* est *quasi ciui Romano* aut etiam quasi Latino ex lege A*elia* S*en*t*i*a nupta fuerit, causa probata ciuitas R*omana* datur tam liberis quam parentibus praeter eos qui dediticiorum numer*o* sunt, et ex eo fiunt in potestate parentum liberi.

[VIII DE ADOPTIONIBVS]

1 Non tantum naturales liberi in potestate parentum sunt,
2 sed etiam adoptiui. Adoptio fit aut per populum aut per
praetorem uel praesidem prouinciae. illa adoptio, quae per
3 populum fit, specialiter adrogatio dicitur. Per populum qui
sui iuris sunt adrogantur: per praetorem autem filii familiae
4 a parentibus dantur in adoptione*m*. Adrogatio Romae d*um*-
taxat fit, adoptio autem etiam in prouinci*is* apud praesides.
5 Per praetorem uel praesidem prouinciae adoptari tam mas-
culi quam feminae, et tam puberes quam impuberes pos-
sunt: per populum uero Romanum feminae non adrogant*ur*:
pupilli *antea* quidem non poterant adrogari, nunc autem
6 possunt ex constitutione diui Antonini. Hi qui generare non
possunt, uelut spado, utroque modo po*ssunt* adoptare. idem
7 iuris est in persona caelibis. Item is qui filium non habet in
8 locum nepotis adoptare potest. Si pater familiae adrogandum
se dederit, liberi quoque eius quasi nepotes in potestate
8a fiunt adrogatoris. Feminae uero neutro modo possunt ad-
optare, quoniam nec naturales liberos in potestate habent.

1 solent *C* || 5 dispares condignis personarum *C* || 6 numerum *C* || 7 ciuem romanam *Boecking*, *om. C* || 9 numerum *C* || quasi ciui romano *Hollweg*, *om. C* || 10 aelia sentia] ascia *C* || romana datur *Boecking*, reddatur *C* || 12 numerum *C* || 19 adoptione *C* || dumtaxat *Lachmann*, data *C* (*cf.* 22, 32) || 20 prouincia *C* || 23 feminae *C*a, feminae quidem *C*b (*manus secunda?*) || arrogant *C* || 24 antea *Tilius*, autem *C* || 26 modo potest *C*

[IX DE HIS QVI IN MANV SVNT]

Farreo conuenitur in manum certis uerbis et testibus X praesentibus et sollemni sacrificio facto, in quo panis quoque farreus adhibetur.

[X QVI IN POTESTATE MANCIPIOVE SVNT QVEMADMODVM EO IVRE LIBERENTVR]

1 Liberi parentum potestate liberantur emancipatione, id
est si, posteaquam mancipati fuerint, manumissi sint. sed
filius quidem ter mancipatus ter manumissus sui iuris fit: id
e*nim* lex duodecim tabularum iubet his uerbis: SI PATER FI-
LIVM TER VENVM DABIT, FILIVS A PATRE LIBER ESTO. ceteri autem
liberi praeter filium tam masculi quam feminae una manci-
2 patione manumissioneque sui iuris fiunt. Morte patris filius
et filia sui iuris fiunt: morte autem aui nepotes ita demum
sui iuris fiunt, si post mortem aui in potestate patris futuri
non sunt, uelut si moriente auo pater eorum aut *i*am decessit
aut de potestate dimissus est: nam si mortis aui tempore
pater eorum in potestate eius sit, mortuo auo in patris sui
3 potestate fiunt. Si patri uel filio aqua et igni interdictum sit,
patria potestas tollitur, quia peregrinus fit is, cui aqua et
igni interdictum est: neque autem peregrinus ciuem Roma-
num neque ciuis Romanus peregrinum in potestate habere
4 potest. Si pater ab hostibus captus sit, quamuis seruus ho-
stium fiat, tamen cum reuersus fuerit, omnia pristina iura
recipit iure postliminii. sed quamdiu apud hostes est, patria
potestas in filio eius interim pendebit, et cum reuersus fuerit
ab hostibus, in potestate filium habebit: si uero ibi deces-
serit, sui iuris filius erit. filius quoque si captus fuerit ab
hostibus, similiter propter ius postliminii patria potestas in-
5 terim pendebit. In potestate parentum esse desinunt et hi,
qui flamines Diales inaugurantur et quae uirgines Vestae ca-
piuntur.

[XI DE TVTELIS]

1 Tutores constituuntur tam masculis quam feminis. sed masculis quidem impuberibus dumtaxat propter aetatis infir-

1 *pro* qui *requiritur* quae || 2 conuenitur *C*, conuenit uxor *Hugo* || 3 panes quoque farreos *C* || 9 id enim *Tilius*, idem *C* || 11 dauit *C* || 16 iam] etiam *C* || 21 neque C^b, ne*que C^a || 31 diualis C^a

mitatem, feminis autem *tam* impuberibus quam puberibus,
et propter sexus infirmitatem et propter forensium rerum
ignora*n*tia*m*.
2 Tutores aut legitimi sunt aut senatus consultis constituti
aut moribus introducti.
3 Legitimi tutores sunt, *qui* ex lege aliqua descendunt:
per eminentiam autem legitimi dicuntur, qui ex lege duo-
decim tabularum introducuntur, seu *p*alam, quales sunt
4 agn*a*ti, seu per consequentiam, quales sunt patroni. Agn*a*ti
sunt a patre cognati uirilis sexus per uirilem sexum descen-
dentes eiusdem familiae, ueluti patrui, fratres, filii fratris,
5 patrueles. Qui liberum caput mancipatum sibi uel a parente
uel a coemptionatore manumisit, per similitudinem patroni
6 tutor efficitur, qui fiduciarius tutor appellatur. Legitimi tu-
7 tores alii tutela*m* in iure cedere possunt. Is, cui tutela in
iure cessa est, cessic*i*us tutor appellatur. qui siue mortuus
fuerit siue capite minutus siue alii tutela*m* *in iure* cesserit,
redit ad legitimum tutorem tutela. sed et si legitimus de-
cesserit aut capite minutus fuerit, cessicia quoque tutela ex-
8 tinguitur. Quantum ad agnatos pertinet, hodie cessic*i*a tu-
tela non procedit, quoniam permissum erat in iure cedere
tutela*m* feminarum tantum, non etiam masculorum, femina-
rum autem legitimas tutelas lex Claudia sust*uli*t excepta tu-
tela patronorum.
9 10 Legitima tutela capitis deminutione amittitur. Capitis
11 minutionis species sunt tres, maxima, media, minima. Ma-
xima capitis deminutio est, per quam et ciuitas et libertas
amittitur: ueluti cum incensus aliquis uen*i*erit, aut quod
mulier alieno seruo se iunxerit denuntiante domino et an-
12 cilla facta fuerit ex senatus consulto Claudiano. Media ca-
pitis deminutio dicitur, per quam sola ciuitate amissa liber-
tas retinetur: quod fit in eo cui aqua et igni interdicitur.
13 Minima capitis deminutio est, per quam et ciuitate et liber-
tate salua status dumtaxat hominis mutatur: quod fit ad-
optione et in manu*m* con*uen*tione.

1 tam *om.* C || 3 ignoratia C || 4 senatis C^a? || 6 qui *om.* C || 8 palam *Vahlen*, perpalam C || 9 agniti C || agniti C || 11 patrui *post* fratris *collocat Charondas* || 12 patruelis C || 13 quoemptianatore C || 15 alii tutela C || 16 concessa C || cessicus C || 17 tutela C || in iure cesserit *Roeder*, processerit C || 20 cessia C || 22 tutela C || 23 sustinet C || 28 uenerit C || aut mulier, quod alieno s. s. i., denuntiante domino eius ancilla *Huschke* || 35 manu conditione C

11 Testamento quoque nominatim tutores dati confirmantur
eadem leg*e* duodecim tabularum, his uerbis: VTI LEGASSIT
SVPER PECVNIA TVTELAVE SVAE REI, ITA IVS ESTO: qui tutores da-
15 *tiui* appellantur. Dari testamento tutores possunt liberis qui
16 in potestate sunt. Testamento tutores dari possunt hi, cum
quibus testamenti faciendi ius est, praeter Latinum Iunia-
num: nam Latinus habet quidem testamenti factione*m*, sed
17 tamen tutor dari non potest: id enim lex Iunia prohibet. Si
capite deminutus fuerit tutor testamento datus, non amittit
tutelam: sed si abdicauerit se tutela, desinit esse tutor: ab-
dicare autem est dicere nolle se tutorem esse. in iure cedere
autem tutela*m* testamento datus non potest: nam et legitimus
in iure cedere potest, abdicare se non potest.
18 Lex Atilia iubet mulieribus pupillisue non habentibus
tutores dari a praetore et maiore parte tribunorum plebis,
quos tutores Atilianos appellamus. sed quia lex Atilia Romae
tantum locum habet, lege Iulia et Titia prospectum est, ut in
prouinci*is* quoque similiter a praesidibus earum dentur tu-
19 tores. Lex Iunia tutore*m* fieri iubet Latinae uel Latin*i* im-
puberi*s* eum, cuius etiam ante manumissionem *ex* iu*re* Qui-
20 ritium fuit. Ex lege Iulia de maritandis ordinibus tutor da-
tur a praetore urbis ei mulieri uirginiue, quam ex hac ipsa
lege nubere oportet, ad dotem dandam dicendam promitten-
damue, si legitimum tutorem pupillum habeat. sed postea
senatus censuit, ut etiam in prouinci*is* quoque similiter a
21 praesidibus earum ex eadem causa tutores dentur. Praeterea
etiam in locum muti furiosiue tutoris alterum dandum esse
22 tutorem ad dotem constituendam senatus censuit. Item ex
senatus consulto tutor datur mulieri ei, cuius tutor abest,
praeterquam si patronus sit qui abest: nam in locum patroni
absentis alter peti non potest nisi ad hereditatem adeundam
et nuptias contrahendas. idemque permisit in pupillo patroni
23 filio. Hoc amplius senatus censuit, ut, si tutor pupilli pupil-
laeue suspectus a tutela submotus fuerit, uel etiam iusta de
causa excusatus, in locum eius tutor alius *detur*.
24 Moribus tutor datur mulieri pupilloue, qui cum tutore
suo lege aut legitimo iudicio agere uult, ut auctore eo agat

2 legem *C* || 3 pecuniam tutelabae *C* || dauiti *C* || 7 factione *C* || 12 tutela *C* || 18 prouincia *C* || 19 tutore *C* || latinis inpuberibus *C* || 20 ex iure *Tilius*, qui ius *C* || 22 urbano *Schilling* || 25 prouintia *C* || 31 aliter C^b || 35 detur *om. C*

(ipse enim tutor in rem suam auctor fieri non potest), qui
praetori*us* tutor dicitur, quia *a* praetore urbis dari consueuit.
25 Pupillorum pupillarumque tutores et negotia gerunt et
auctoritatem interponunt: mulierum autem tutores auctorita-
26 tem dumtaxat interponunt. Si plures sunt tutores, omnes
in omni re debent auctoritate*m* accommodare praeter eos qui
testamento dati sunt: nam ex his uel unius auctoritas sufficit.
27 Tutoris auctoritas necessaria est mulieribus quidem in
his rebus: si lege aut legitimo iudicio agant, si se obligent,
si ciuile negotium gerant, si libertae suae permittant in con-
tubernio alieni serui morari, si rem mancipi*i* alienent. pupil-
lis autem hoc amplius etiam in rerum nec mancipii alienatione
tutoris auctoritat*e* opus est.
28 Liberantur tutela masculi quidem pubertate. puberem
autem Cassiani quidem eum esse dicunt, qui habitu corporis
pubes apparet, id est qui generare possit: Proculeiani autem
eum, qui quattuordecim annos expleuit: uerum Priscus *e*um
puberem esse, in quem utrumque concurrit et habitus cor-
poris et numerus annorum. feminae autem tutela liberan-
tur . . . .

[XII DE CVRATORIBVS]

1 Curatores aut legitimi sunt, id est qui ex lege duodecim
tabularum dantur, aut honorarii, id est qui a praetore con-
2 stituuntur. Lex duodecim tabularum furiosum itemque pro-
digum, cui bonis interdictum est, in curatione iubet esse
3 agnatorum. A praetore constituitur curator, quem ipse prae-
tor uoluerit, libertinis prodigis itemque ingenuis, qui ex
testamento parentis heredes facti male dissipant bona: his
enim ex lege curator dari non poterat, cum ingenuus quidem
non ab intestato, sed ex testamento heres factus si*t* patri,
libertinus autem nullo modo patri heres fieri possit, qui nec
patrem habuisse uidetur, cum seruilis cognati*o* nulla sit.
4 Praeterea dat curatorem ei etiam, qui nuper pubes factus
idonee negotia sua tueri non potest.

---

2 praetorianus *C, cf. Gai. 1, 184* || a *om. C* || urbano *Schilling* || 6 auctoritate *C* || 7 testamento *Cuiacius*, tunc *C* || 8 auctoritas * (est?) nec. C^a || 11 mancipia *C* || 13 auctoritatem *C* || 17 uerum] neratius *Hugo* || eum] cum *C* || 18 esse] esse putat *Vahlen* || 20 *sententiam ex Gaio 1, 194 expleas, cf. infra 29, 3* || 26 agnitorum C^a || 27 ingenuus C^a || 30 sit] si *C* || 32 cognati *C*

[XIII DE CAEL*IBE* ORBO ET SOLITARIO PATRE]

1 Lege Iulia prohibentur uxores ducere senatores quidem
liberique eorum libertinas et quae ipsae quarumue pater
materue artem ludicram fecerit, item corpore quaestum fa-
2 cientem. Ceteri autem ingenui prohibentur ducere lenam et
a lenone len*a*ue manumissam et in adulteri*o* deprehensa*m*
et iudicio public*o* damnata*m* et quae arte*m* ludicram fecerit:
adicit Mauricianus et a senat*u* damnatam.

[XIV DE POENA LEGIS IVLIAE]

Feminis lex Iulia a morte uiri anni tribuit uacationem, a diuortio sex mens*um*, lex autem Papia a morte uiri biennii, a repudio anni et sex mens*um*.

[XV DE DECIMIS]

1 Vir et uxor inter se matrimonii nomine decimam capere
possunt. quod si ex alio matrimonio liberos superstites habe-
ant, praeter decimam, quam matrimonii nomine capiunt,
2 totidem decimas pro numero liberorum accipiunt. Item com-
munis filius filiaue post nominum diem amissus amissaue
unam decimam adicit: duo autem post no*minum* die*m* amissi
3 duas decimas adiciunt. Praeter decimam etiam usumfructum
tertiae partis bonorum [eius] capere possunt, et quandoque
4 liberos habuerint, eiusdem partis proprietatem. Hoc amplius
mulier praeter decimam dotem *capere* potest legatam sibi.

[XVI DE SOLIDI CAPACITATE INTER VIRVM ET VXOREM]

1 Aliquando uir et uxor inter se sòlidum capere possunt: uelut si uterque uel alteruter eorum nondum eius aetatis s*i*nt, *a* qua lex liberos exigit, id est si uir minor annorum XXV sit aut uxor annorum XX minor: item si utrique lege Papia finitos annos in matrimonio excesserint, id est uir LX annos, uxor L: item si cognati inter se co*i*er*i*nt usque ad sextum gradum: aut si uir absit, et donec abes*t* et intra an-

---

1 cele *C* || 4 item c. q. facientem *delet et* corpore q. fac. et *post* 5 ducere *supplet Mommsen*, *cf. Dig. 23, 2, 43. 44 pr.* || 6 lenaue] lenam *C* || adulterium deprehensa *C* || 7 publicum damnata *C* || arte *C* || 8 a *om.* C^a || senatus *C* || 11 menses *C* || 12 menses *C* || 15 matimonio C^a? || 19 nominum diem *Merillius*, nono die *C* || 23 capere *Schilling*, *om.* *C* || 27 sunt aut qua *C* || 30 cogerunt *C* || 31 absit] rei publicae causa absit *Gothofredus* || abest et] abesset *C*

1a num, postquam abess*e* desierit. Libera inter eos testamenti
factio est, si ius liberorum a principe impetrauerint, aut si
filium filiamue communem habeant, aut quattuordecim annorum filium uel filiam duo*de*cim amiserint, uel si duos trimos
uel tres post no*mi*num diem amiserint, ut intra annum tamen
et sex menses etiam unus cuiuscumque aetatis impubes amissus solidi capiendi ius praest*e*t. item si post mortem uiri
intra decem menses uxor ex eo peper*er*it, solidum ex bonis
eius capit.
2 Aliquando nihil inter se capiunt, id est si contra legem
Iuliam Papiamque Poppaeam contraxerint matrimonium, uerbi
gratia si famosa*m* quis uxorem duxerit, aut libertinam senat*or*.
3 Qui intra sexagesimum uel quae intra quinquagesimum
annum neutri leg*i* paruerit, licet ipsis legibus post hanc aetate*m* liberatus esset, perpetuis tamen poenis tenebitur ex
senatus consulto Perniciano: sed Claudiano senatus consulto
maior sexagenario si minorem quinquagenari*a* duxerit, perinde habebitur, ac si minor sexaginta annorum duxisset
4 uxorem. Quod si maior quinquagenaria minori sexagenario
nupserit, impar matrimonium appellatur, e*t* senatus consulto
Calui*s*iano iubetur non proficere ad capiendas hereditates et
legata *et* dotes. itaque mortua muliere dos caduca erit.

[XVII DE CADVCIS]

1 Quod quis sibi testamento relict*um*, ita ut iure ciuili
capere possit, aliqua ex causa non ceperit, caducum appellatur, ueluti cecid*er*it ab eo: uerbi gratia si caelibi uel Latino
Iuniano legatum fuerit, nec intra dies centum uel caelebs
legi paru*e*rit uel Latinus ius Quiritium consecutus sit: aut
si ex parte heres scriptus uel legatarius ante apertas tabulas
2 decesser*i*t uel pereger factus sit. Hodie ex constitutione imperatoris Antonini omnia caduca fisco uindicantur, sed ser-

1 abesset *C* || 4 duodecim *in C restituit manus recens*, duoce* *C*b, *om. C*a *uacuo spatio relicto* || 5 nonum *C* || 7 prestat *C* || 8 menses * etiam *C*a || peperit *C* || 12 famosa *C*b, famusa *uel* famissa *C*a || senatus *C* || 14 lege *C* || post * hanc *C*a || aetate *C* || 16 persiciano *Perizonius, qui auctorem fuisse putat Persicum cos. a. 34* || 17 quinquagenariam *C* || 18 habebitur *C*, haberi iubetur *Huschke* || 20 et] ex *C* || 21 caluisiano *Augustinus*, caluitiano *C* || 22 et dotes] dotes *C* || 24 relicto *C* || 26 ceciderit *Cuiacius*, cecidit *C* || 28 paruit *C* || 30 decesserint *C* || peregrinus *Cuiacius* || *§ 2 post § 3 transponi iubet Mommsen, post titulum 18 ablegat Huschke* || 31 caducam *C*

3 uato iure antiquo liberis et parentibus. Caduca cum suo onere
fiunt: ideoque libertates et legat*a* *et* fideicommissa ab eo data,
ex cuius persona hereditas caduca facta est, salua sunt. sci-
licet et legata et fideicommissa cum suo onere fiunt caduca.

[XVIII QVI HABEANT IVS ANTIQVVM IN CADVCIS]

Item liberis et parentibus testatoris usque ad tertium gradum lex Papia ius antiquum dedit, ut heredibus illis institutis, quod quis ex eo testamento non capit, ad hos pertineat aut totum aut ex parte, prout pertinere possit.

[XIX DE DOMINIIS ET ADQVISITIONIBVS RERVM]

1 Omnes res aut mancipii sunt aut nec mancipii. mancipii
res sunt praedia in Italico solo, *tam* rustic*a*, qualis est fun-
dus, quam urbana, qualis domus: item iura praediorum ru-
sticorum, uelut uia iter actus aquaeductus: item serui et
quadrupedes, quae dorso colloue domantur, uelut boues muli
equi asini. ceterae res nec mancipii sunt. elefanti et cameli,
quamuis collo dorsoue domentur, nec mancipii sunt, quoniam
bestiarum numero sunt.
2 Singularum rerum domini*um* nobis adquiritur mancipa-
tione traditione usucapione in iure cessione *adiudicatione* lege.
3 Mancipatio propria species alienationis *est* rerum man-
cipii, eaque fit certis uerbis libripende et quinque test*ibus*
4 praesent*ibus*. Mancipatio locum habet inter ciues Romanos et
Latinos colonarios Latinosque Iunianos eosque peregrinos,
5 quibus commercium datum est. Commercium est emendi
6 uendendique inuicem ius. Res mobiles non nisi praesentes
mancipari possunt, et non plures quam quot manu capi pos-
sunt. immobiles autem etiam plures simul et quae diuersis
locis sunt mancipari possunt.
7 Traditio propria est alienatio rerum nec mancipii. ha-
rum rerum domini*um* ipsa traditione adprehendimus, scilicet
si ex iusta causa traditae sunt nobis.

---

1 onore *C* || 2 legato fideic. *C* || 3 scilicet *C*, sed *Cuiacius* || 7 lex C^{b}, le C^{a} || 12 italico*solo C^{a} || tam] aut *C* || rustico *C* || 16 ceteres res C^{a} || 19 dominia *C* || 20 in iure cessione usucapione *C*, *cf.* § 8. 9 || 21 est] est et *C* || 22 testes praesentes *C* || 25 est emendi] emendi C^{a} *(suppl. manus secunda)* || 26 uendundique C^{b}, uendendi C^{a} || 30 traditio * propria C^{a} || 31 dominia *C* || traditio C^{a} *(suppl. manus secunda)*

8 Vsucapione domini*um* adipiscimur tam mancipii rerum
quam nec mancipii. usucapio est autem dominii adeptio per
continuationem possessionis anni uel biennii: rerum mobi-
lium anni, immobilium biennii.
9 In iure cessio quoque communis alienatio est et manci-
pii rerum et nec mancipii: quae fit per tres personas, in
10 iure cedentis, uindicantis, addicentis. In iure cedit dominus:
11 uindicat is, cui ceditur: addicit praetor. In iure cedi res
etiam incorporales possunt, uelut ususfructus et hereditas
12 et tutela legitima libertae. Hereditas in iure ceditur uel ante-
13 quam adeatur uel posteaquam adita fuerit. Antequam adea-
tur, in iure cedi potest ab herede *legitimo*: posteaquam adita
est, tam a legitimo quam ab eo, qui testamento heres scriptus
14 est. Si antequam adeatur hereditas in iure cessa sit, proinde
heres fit, cui cessa est, ac si ipse heres legitimus esset. quod
si postea*quam* adita fuerit, in iure cessa sit, is qui cessit per-
manet heres et ob id creditoribus defuncti manet obligatus:
15 Debita uero pereunt, id est debitores defuncti liberantur, res
autem corporales, qu*asi* singulae in iure cessae *ess*ent, trans-
eunt ad eum, cui cessa est hereditas.
16 Adiudicatione dominia nanciscimur per formulam fami-
liae herciscundae, quae locum habet inter c*o*heredes, et per
formulam communi diuidundo, cui locus est inter socios, et
per formulam finium regundorum, quae est inter uicinos.
nam si iudex uni ex heredibus aut sociis aut uicinis rem ali-
quam adiudicauerit, statim illi adquiritur, siue mancipii siue
nec mancipii sit.
17 Lege nobis adquiritur uelut caducum uel ereptorium ex
lege Papia Poppaea, item legatum ex lege duodecim tabula-
rum, siue mancipii res sint siue nec mancipii.
18 Adquiritur aut*em* nobis etiam per eas personas, quas
in potestate manu mancipioue habemus. itaque si qui*d* man-
cipio puta acceperi*nt* aut traditum eis sit uel stipulati fue-
19 rint, ad nos pertinet. Item si heredes instituti sint legatumue
eis sit, et hereditatem iussu nostro adeuntes nobis adquirunt
20 et legatum ad nos pertinet. Si seruus alterius in bonis, al-
terius ex iu*re* Quiritium sit, ex omnibus causis adquirit ei,

1 dominia *C* || 6 quae] eaque *Schilling* || 7 cedentes uindicantes addicentes *C* || 12 ab herede legitimo *Cuiacius*, legitime ab herede *C* || 13 a C^b *(manus secunda), om.* C^a || 16 posteacum *C* || 19 quasi . . . essent *Schilling*, quoties . . . sunt *C* || 22 inter quos heredes *C* || 31 aut *C* || 32 quidem *C* || 33 acceperit *C* || 37 ius *C* || causis * adquiret *C*

21 cuius in bonis est. Is, quem bona fide possidemus, siue li-
ber siue alienus seruus sit, nobis adquirit ex duabus causis
tantum, id est quod ex re nostra et quod ex operis suis ad-
quirit. extra has autem causas aut *sibi* adquirit, si liber sit,
aut domino, si alienus seruus sit. eadem sunt et in eo seruo,
in quo tantum usumfructum habemus.

[XX DE TESTAMENTIS]

1 Testamentum est mentis nostrae iusta contes*ta*tio, in
2 id sollemniter factum, ut post mortem nostram ualeat. Te-
stamentorum genera fuerunt tria, unum, quod calatis co-
mitiis, alterum, quod in procinctu, tertium, quod per aes
et libram appellatum est. his duobus testamentis abolitis ho-
die solum in usu est, quod per aes et libram fit, id est per
mancipationem imaginariam. in quo testamento libripens
adhibetur et familiae emptor et non minus quam quinque
3 testes, cum quibus testamenti factio est. Qui in potestate
testatoris est aut familiae emptoris, testis a*ut* libripens ad-
hiberi non potest, quoniam familiae mancipatio inter testa-
torem et familiae empt*orem* fit et ob id domestici testes ad-
4 hibendi non sunt. Filio familia*m* emente pater eius testis
5 esse non potest. Ex duobus fratribus, qui in e*ius*dem patris
potestate sunt, alter familiae emptor, alter testis esse non
potest, quoniam quod unus ex his mancipio accipit adquirit
6 patri, cui filius suus testis esse non debet. Pater et filius,
qui in potestate eius est, item duo fratres, qui in eiusdem
patris potestate sunt, testes utrique, uel alter testis alter
libripens fieri possunt alio familia*m* emente, quoniam nihil
nocet ex una domo plures testes alieno negotio adhiberi.
7 Mutus surdus furiosus pupillus femina neque familiae em-
8 ptor esse neque testis libripensue fieri potest. Latinus Iuni-

---

20, 6 = Dig. 22, 5, 17 Inst. 2, 10, 8

---

1 quam *C* || 3 operibus *C* || 4 sibi] si *C* || 8 contestatio *Tilius*, contentio *C* || 12 et] it *C* || 13 et] it *C* || 14 librae pensa debetur *C* || 17 aut] ad *C* || adhibere *C*ª || 19 emptio *C* || 20 familiam emente *Schulting*, familiae mente *C*, familiae familiam emente *Hugo* || 21 eodem *C* || 23 mancipium accepit *C* || 24 et filius *Dig.*, et *C*, nec non is *Inst.* || 25 item *Dig. Inst.*, institutus *C* || eiusdem *Dig. Inst.*, eius *C* || 27 familiae mente *C* || quoniam *C Dig.*, quia *Inst.*

anus et familiae emptor et testis et libripens fieri potest,
quoniam cum eo testamenti factio est.
9 In testamento, quod per aes *et* libram fit, duae res
aguntur, familiae mancipatio et nuncupatio testamenti. nun-
cupatur testamentum in hunc modum: tabulas testamenti
test*at*or tenens ita dicit: HAEC VT IN HIS TABVLIS CERISVE SCRIPTA
SVNT, ITA DO, ITA LEGO, ITA TESTOR, ITAQVE VOS QVIRITES TESTI-
MONIVM P*ERHI*BETOTE. quae nuncupatio et testatio uocatur.
10 Filius familiae testamentum facere non potest, quoniam
nihil suum habet, ut testari de eo possit. sed diuus Augu-
stus [Marcus] constituit, ut filius familiae miles de eo peculio
11 quod in castris adquisiuit testamentum facere possit. Qui de
statu suo incertus est fact*us*, quod patre peregre mortuo
ignorat se sui iuris esse, testamentum facere non potest.
12 Impubes, licet sui iuris sit, facere testamentum non potest,
13 quoniam nondum plenum iudicium animi habet. Mutus sur-
dus furiosus itemque prodigus, cui lege *bon*is interdictum
est, testamentum facere non possunt: mutus, quoniam uerba
nuncupationis loqui non potest: surdus, quoniam uerba
familiae emptoris exaudire non potest: furiosus, quoniam
mentem non habet, ut testari de *su*a re possit: prodigus,
quoniam commerci*o* illi interdictum est et ob id famili*am*
14 mancipare non potest. Latinus Iunianus, item is qui dediti-
ciorum numero est testamentum facere non potest: Latinus
quidem, quoniam nominatim lege Iunia prohibitus est, is
autem qui dediticiorum numer*o* est, quoniam nec quasi
ciuis Romanus testari potest, cum sit peregrinus, nec quasi
peregrinus, quoniam nullius certae ciuitatis *ciuis est*, ut *se-*
15 *cundum* leges ciuitatis suae testetur. Feminae post duode-
cimum annum aetatis testamenta facere possunt tutore auc-
16 tore, donec in tutela *s*unt. Seruus publicus p*opuli* R*om*ani
partis dimidia*e* testamenti faciendi habet ius.

3 et] it *C* || 6 testor *C* || dicit C^b *(manus secunda)*, dic*** C^a || 7 quaeritis *C* || 8 praebitote *C* || et] * et C^a || 11 marcus *deleuit Cuiacius collatis Inst. 2, 12 pr.* || 13 factus *Boecking*, facto *C* || 17 bonis] nobis *C* || 21 sua *Hugo*, ea *C* || 22 commertium *C* || familia *C* || 26 numerum *C* || 28 ciuis est *Cuiacius*, sciens *C* || secundum *Bluhme*, aduersus *C*, *cf.* 28, 1 || 31 sint *C* || populi romani *Cuiacius*, praetoriani *C* || 32 dimidiam *C*

[XXI QVEMADMODVM HERES INSTITVTI DEBEAT]

Heres institui recte potest his uerbis: TITIVS HERES ESTO, TITIVS HERES SIT, TITIVM HEREDEM ESSE IVBEO. illa autem institutio: HEREDEM INSTITVO, HEREDEM FACIO plerisque improbata est.

[XXII QVI HEREDES INSTITVI POSSVNT]

1 Heredes institui possunt, qui testamenti factione*m* cum
2 testatore habent. Dediticiorum numero heres institui non
potest, quia peregrinus est, cum quo testamenti factio non
3 est. *Latinus Iunianus* si quidem mortis testatoris tempore
uel intra diem cretionis ciuis Romanus sit, heres esse potest:
quod si Latinus manserit, lege Iunia capere hereditatem
prohibetur. idem iuris est in persona caelibis prop-
4 ter legem Iulia*m*. Incerta persona heres institui non potest,
uelut hoc modo: QVISQVIS PRIMV*S* AD FVNVS MEVM VENERIT, HERES
5 ESTO, quoniam certum consilium debet esse testantis. Nec
municipia nec municipes heredes institui possunt, quoniam
incertum corpus est, *e*t neque cernere uniuersi neque pro
herede *ger*ere possunt, ut heredes fiant. senatus consulto
tamen concessum est, ut a libertis suis heredes institui
possint. sed fideicommissa hereditas municipibus restitui
6 potest, denique hoc senatus consulto prospectum est. Deos
heredes instituere non possumus praeter eos, quos senatus
consulto constitutionibus*ue* principum instituere concessum
est, sicuti Iouem T*a*rpeium, Apollinem Didymaeum *Mileti*,
Martem in Gallia, Mineruam *I*liensem, Herculem Gaditanum,
Dianam Ephesiam, Matrem Deorum Sipylen*en*, *Neme*sim,
quae Smyrnae colitur, et Caelestem Salinensem Carthagin*i*.
7 Seruos heredes instituere possumus, nostros cum libertate,
alienos sine libertate, communes cum libertate uel
8 sine libertate. Eum seruum, qui tantum in bonis noster
est, nec cum libertat*e* heredem instituere possumus, quia

1 *rubricam bis scripsit C* ‖ 2 sto titius C[b] *(manus sec.)*, est *****tius C[a] ‖ 6 factione *C* ‖ 7 numerum *C* ‖ 9 latinus iunianus *Cuiacius*, *om.* *C* ‖ 13 iulia *C* ‖ 14 primum *C* ‖ 17 et] ut *C* ‖ 18 herede] herededeherede C[a], hiredeherede C[b] *(manus altera)* ‖ gerere] cernere *C* ‖ 21 denique *C*, deque *Hugo* ‖ 23 ue *Boecking*, *om.* *C* ‖ 24 terpeium *C* ‖ mileti *Mommsen*, sicuti *C* ‖ 25 iliensem *Turnebus*, miliensem *C* ‖ 26 sipylenen nemesim *Jahn*, sipilensim *C*, cybelen *Cuiacius* ‖ 27 hysmirne C[a] ‖ sidonensem *Lachmann*, selenen *uel* selinensem *Boecking* ‖ carthaginis *C* ‖ 30 nostris *Schulting* ‖ 31 libertatem *C*

Latinitate*m* consequitur, quod non proficit ad hereditatem
9 capiendam. Alienos seruos heredes instituere possumus eos
ta*ntum*, quorum cum domini*s* testamenti factione*m* habemus.
10 Communis seruus cum libertate recte quidem heres insti-
tuitur quasi proprius pro parte nostra: sine libertate autem
11 quasi alienus propter socii partem. Proprius seruus cum
libertate heres institutus si quidem in eadem causa per-
manserit, ex testamento liber et heres fit, id est necessa-
12 rius. Quod si ab ipso testatore uiuente manumissus uel
alienatus sit, suo arbitrio uel iussu emptoris hereditatem
adire potest. sed si sine libertate sit institutus, omnino non
13 consistit institutio. Alienus seruus heres institutus si quidem
in ea causa permanserit, iussu domini debet hereditatem
adire. quod si uiuo testatore manumissus aut alienatus a
domino fuerit, aut suo arbitrio aut iussu emptoris poterit
adire hereditatem.
14 Sui heredes instituendi sunt uel exheredandi. sui autem
heredes sunt liberi, quos in potestate habemus, tam natura-
les quam adoptiui: item uxor, quae in manu est, et nurus,
15 quae in manu est filii, quem in potestate habemus. Postumi
quoque liberi, id est qui in utero sunt, si tales sunt, ut nati
in potestate nostra futuri sint, suorum heredum numer*o* sunt.
16 Ex suis heredibus filius quidem neque heres institutus neque
17 nominati*m* exheredatus non patitur ualere testamentum. Re-
liquae uero personae liberorum, uelut filia nepos neptis, si
praeteritae sint, ualet testamentum, *sed* scriptis heredibus
adcrescunt, suis quidem heredibus in partem uirilem, ex-
18 traneis autem in partem dimidiam. Postumi quoque liberi
cuiuscumque sexus omissi, quod ualuit testamentum, agn*a*-
19 tione rumpun*t*. Eos qui in utero sunt, si nati sui heredes
nobis futuri sunt, possumus instituere heredes, si quidem
post mortem nostram nascantur, ex iure ciuili, si uero uiuen-
20 tibus nobis, ex lege Iu*n*ia. Filius qui in potestate est, si non
instituatur heres, nominatim exheredari debet: reliqui sui
heredes utriusque sexus aut nominatim aut inter ceteros.
21 Postumus filius nominatim exheredandus est: filia postuma
ceteraeque postumae feminae uel nominatim uel inter cete-

1 latinitate *C* || 3 tantum *Hugo*, tamen *C* || domini *C* || factione *C* || 5 propter partem nostram *Huschke* || 22 numerum *C* || 24 nominati quo exher. *C* || 26 sed *Cuiacius*, *om.* *C* || 29 agnitione rumpuntur *C* || 33 iunia *Schulting*, iulia *C*

22 ros, dummodo inter ceteros exheredatis aliquid legetur. Ne-
potes et pronepotes ceterique masculi postumi praeter filium
uel nominatim uel inter ceteros cum adiectione legati sunt
exheredandi: sed tutius est tamen nominatim eos exheredari;
et id obseruatur magis.
23 *E*mancipatos liberos, qu*amuis* iu*r*e ciuili neque heredes
instituere neque exheredare necesse sit, tamen praetor iubet,
si non instituantur heredes, exheredari, masculos omnes no-
minatim, feminas uel *nominatim uel* inter ceteros: alioquin
contra tabulas bonorum possessionem eis pollicetur.
24 Inter necessarios heredes, id est seruos cum libertate
heredes scriptos, et suos *e*t necessarios, id est liberos qui in
potestate sunt, iure ciuili nihil interest: nam utrique etiam
inuiti heredes sunt. sed iure praetorio suis et necessariis
heredibus abstinere se a parentis hereditate permittitur,
necessariis autem tantum heredibus abstinendi potestas non
datur.
25 Extraneus heres, si quidem cum cretione sit heres in-
stitutus, cernendo fit heres: si ue*ro* sine cretione, pro herede
26 gerendo. Pro herede gerit qui rebus hereditariis tamquam
dominus utitur, uelut qui a*u*ctionem rerum hereditariarum
27 facit aut seruis hereditariis cibari*a* dat. Cretio est certorum
dierum spatium, quod datur instituto heredi ad deliberan-
dum, utrum exp*ed*iat ei adire hereditatem nec ne, uelut *T*ITIVS
HERES ESTO CERNITOQVE IN DIEBVS CENTVM PROXIMIS, QVIBVS SCIERIS
28 POTERISQVE: NISI ITA CREVERIS, EXHERES ESTO. Cernere est uerba
cretionis dicere ad hunc modum: *QVOD* ME *ME*VIVS HEREDEM IN-
29 STITVIT, EAM HEREDITATEM ADEO CERNOQVE. Sine *c*retione heres
institutus si constituerit nolle se heredem esse, statim ex-
30 cluditur ab hereditat*e* et amplius eam adire non potest. Cum
cretione uero heres institutus sicut cernendo fit heres, ita non
aliter excluditur, quam si intra diem cretionis non creuerit.
ideoque etiamsi constituerit nolle se heredem esse, tamen si
supersint dies cretionis, paenitenti*a* actus cernendo heres
fieri potest.

6 mancipatos *C* || liberos *bis* C^a || quamuis iure *Schilling*, qui in re *C* || 9 nominatim uel *Marezoll*, *om. C: cf. Gai. 2, 135* || 12 suos sit nec. *C* || 14 herede C^a || sunt] fiunt *Boecking, cf. Gai. 2, 157* || 19 uero] ue *C* || 21 auctionem *Cuiacius*, actionem *C* || 22 cibariam *C* || 24 expiat *C* || citius *C* || 27 quod me Meuius *duce Gaio 2, 166 restituimus*, cum id medius *C* || 30 hereditatem *C* || 31 uero C^b *(manus altera)*, u (?) ***o C^a || 34 penitentiam *C*

31 Cretio au*t* uulgaris dicitur aut continua: uulgaris, in qua
adiciuntur haec uerba QVIBVS SCIERIS POTERISQVE, continua,
32 in qua non adiciuntur. Ei, qui uulgarem cretionem habet,
dies illi *tantum* computantur, quibus sci*ui*t se heredem institutum esse et potuit cernere. ei uero, qui continuam habet cretionem, etiam illi dies computantur, quibus ignorauit se heredem institutum, aut sciuit quidem, sed non potuit cernere.

33 Heredes aut instituti dicuntur aut substituti. *instituti*, qui primo gradu scripti sunt, substituti, qui secundo gradu uel sequentibus heredes scripti sunt, uel*ut* T*I*TIVS HERES ESTO CERNITOQVE IN DIEBVS PROXIMIS CENTVM, QVIBVS SCIES POTERISQVE: *QVODNI* ITA CREVERIS, E*X*HERES ESTO. TVNC ME*V*IVS HERES ESTO CERNITOQVE IN DIEBVS et reliqua. similiter et deinceps substitui potest.

34 Si sub imperfect*a* cretion*e* heres institutus sit, id est non adiectis his uerbis: SI NON CREVERIS, EXHERES ESTO, sed si ita: SI NON CREVERIS, TVNC ME*V*IVS HERES ESTO, cernendo quidem superior inferiorem excludit, non cernendo autem, sed pro herede gerendo in partem admittit substitutum. sed postea diuus Marcus constituit, ut et pro herede gerendo ex asse fiat heres. quod si neque creuerit neque pro herede gesserit, ipse excluditur et substitutus ex asse fit heres.

[XXIII QVEMADMODVM TESTAMENTA RVMPVNTVR]

1 Testament*um* iure fact*um* infirmatur duobus modis, si ruptum aut *in*ritum factum sit.

2 Rumpitur testamentum mutatione, id est si postea aliud
testamentum iure factum sit. Item agnatione, id est si suus
heres agnascatur, qui neque heres institutus neque ut opor-
3 tet exheredatus sit. Agnascitur suus heres aut agnascendo
aut adoptando aut in manum conueniendo aut in locum sui heredis succedendo, uelut nepos mortuo filio uel emancipato, aut manumissione, id est si filius ex prima secunda*ue* mancipatione manumissus reuersus sit in patris potestate*m*.

1 aut] autem *C* || 4 tantum] dumtaxat *Lachmann*, dantur *C* || scit *C* || 9 instituti *om. C* || 11 scripti * sunt C^a || uel totius *C* || hered C^a? || 13 quodni *om. C, ex Gaio 2, 174 suppl. Boecking* || etheres *C* || medius *C* || 16 inperfectam cretionem *C* || 18 medius *C* || 22 si *om.* C^a || 25 testamento iure facto *C* || 26 inirritum *C* || 33 secunda *sequente uacuo spatio* C^a, secundabit C^b *(manus altera), idque in* secundaue *emendauit manus saec. XVI* || 34 potestate *C*

4 *In*ritum fit testamentum, si test*ato*r capite deminutus fuerit, aut si iure facto testamento nemo extiterit heres.

5 Si is qui testamentum fecit ab hostibus captus sit, testamentum eius ualet, si quidem reuersus fuerit, iure postliminii, si uero ibi decesserit, ex lege Cornelia, *quae* perinde successionem eius confirmat, atque si in ciuitate decessisset.

6 Si septem signis testium signatum sit testamentum, licet iure ciuili ruptum uel inritum factum sit, praetor scriptis heredibus iuxta tabulas bonorum possessione*m* dat, si testator et ciuis Romanus et suae potestatis cum moreretur fuit: quam bon*orum* possessionem cum re, id est cum effectu habe*nt*, si nemo alius iure heres sit.

7 Liberis impuberibus in potestate manentibus tam natis
quam postumis heredes substituere parentes possunt duplici
modo: id est aut eo, *quo* extraneis, ut, si heredes non exti-
terint liberi, substitutus heres fiat, aut proprio iure, *ut*, si
post mortem parentis heredes facti intra pubertate*m* deces-
8 serint, substitutus heres fiat. Etiam exhered*at*is filiis sub-
9 stituere parentibus licet. Non aliter impuberi filio substi-
tuere quis he*re*dem potest, quam si sibi quis heredem insti-
tuerit uel ipsum filium uel quemlibet alium.

10 Milites quomodocumque fecerint testamenta, ualent, id est etiam sine legitima obseruatione. nam principalibus constitutionibus permissum est illis, quomodocumque uellent, quomodocumque possent, testari. idque testament*um*, *quod* *m*iles contra iur*is* regulam fecit, ita demum ualet, si uel in castris mortuus sit uel post missionem intra annum.

[XXIV DE LEGATIS]

1 Legatum est quod legis modo, id est imperatiue, testamento relinquitur. nam ea, quae precatiuo modo relinquuntur, fideicommissa uocantur.

2 Legamus autem quattuor modis: per uindicationem, per
3 damnationem, sinendi modo, per praeceptionem. Per uindi-
cationem his uerbis legamus: DO LEGO, CAPITO, SVMITO, SI*BI*

1 inirritum *C* || testor *C* || 5 quae *Cuiacius*, neque *C* || 9 possessione *C* || 11 bonam *C* || habetur *C* || 15 quo *Tilius*, cum *C* || 16 ut *Hugo*, id est *C* || 17 pubertate *C* || 18 exhereditates *C* || 20 hedem *C* || quis] prius *Lachmann* || instituheret *C* || 22 commodocumque *C* || 25 testamentum quod miles *Tilius*, testamento cum illis *C* || 26 iure *C* || 30 precatinio *C*a? || 34 sibi] siue *C*

4 HABETO. Per damnationem his uerbis: HERES MEVS DAMNAS ESTO
5 DARE, DATO, FACITO, HEREDEM MEVM DARE IVBEO. Sinendi modo
ita: HERES MEVS DAMNAS ESTO SINERE L. TITIVM SVMERE ILLAM REM
6 SIBIQVE HABERE. Per praeceptionem sic: L. TITIVS ILLAM REM
PRAECIPITO.

7 Per uindicationem legari possunt res, quae utroque tempore ex iu*re* Quiritium testatoris fuerunt, mortis et qu*o* testamentum faciebat, praeterquam si pondere numero mensur*a* continea*n*tur: in his enim satis est, si uel mortis dumtaxat
8 tempore fuerint ex iu*re* Quiritium. Per damnationem omnes
res legari possunt, etiam quae non sunt testatoris, dummodo
9 tales sint, quae dari possint: Liber homo aut res populi aut
sacra aut religiosa nec per damnationem legari potest, quo-
10 niam dari non potest. Sinendi modo legari possunt res pro-
11 priae testatoris et heredis eius. Per praeceptionem legari
possunt res, quae etiam per uindicationem.

11[a] Si ea res, quae non fuit utroque tempore testatoris ex iu*re* Quiritium, per uindicationem legata sit, licet iure ciuili non ualeat legatum, tamen senatus consulto Neroniano firmatur, quo cautum est, ut quod minus *ap*tis uerbis legatum est, perinde sit, ac si optimo iure legatum es*set*: optimum autem ius legati per damnationem est.

12 Si duobus eadem res per uindicationem legata sit si*ue* coniunctim, uelut TITIO ET SEIO HOMINEM STICH*VM* DO LEGO, *siue disiunctim, uelut: TITIO HOMINEM STICHVM DO LEGO, SEIO EVNDEM HOMINEM DO LEGO*, iure ciuili concursu partes fiebant, non *con*currente altero pars eius alteri adcrescebat: sed post le-
13 gem Papiam Poppaeam non capientis pars caduca fit. Si per
damnationem eadem res duobus legata sit, si quidem coniunc-
t*im*, singulis partes debentur et non capientis pars iure ciuili in hereditat*e* remanebat, nunc autem caduca fit: quod si disiunctim, singulis solidum debetur.

14 Optione autem legati per uindicationem data legatarii electio est, ueluti: HOMINEM OPTATO, ELEGITO. idemque est et si

7 iure] ius *C* || quo *Bluntschli*, quomodo *C* || 8 mensuram *C* || 10 fuerint] testatoris fuerint *Lachmann* || iure] ius *C* || 18 ius quir. *C* || 20 aptis *Victorius*, pactis *C* || 21 est *C* || 23 siue] si uero *C* || 24 stichum] istico *C* || siue . . . 25 lego *om. C, suppl. Hugo ante* 23 legata sit, *huic loco restituit Vahlen* || 26 iure ciuili *post* 27 eius *collocat et* fiebant *in* fiunt *mutat Huschke* || 27 currente *C* || post *C*, per *Huschke* || 29 legati *C*[b] || coniunctum *C* || 31 hereditatem *C*

tacite ———— HOMINEM ————| HERES ———— HOMINEM DARE, heredis electio est, *quem* uelit dare.

15 Ante hered*is* institutione*m* legari non potest, quoniam
16 *uis* et potestas testamenti ab heredis institution*e* incipit. Post mortem heredis legari non potest, ne ab heredis herede legari uideatur, quod iuris ciuilis ratio non patitur. *in* mortis autem heredis tempus legari potest, uelut CVM HERES MORI*E*TVR.

17 Poenae causa legari non potest. poenae autem causa legatur quod coercendi heredis *causa* relinquitur, ut faciat qui*d* aut non faciat, non ut *ad* legatar*i*um pertineat, ut puta hoc modo: SI FILIAM TVAM IN MATRIMONIO TITIO COLLOCAVERIS, DECEM *MILIA* SEIO DATO.

18 Incertae persona*e* legari non potest, ueluti QVICVMQVE FILI*O* ME*O* FILIAM SVAM IN MATRIMONIO COLLOCAVERIT, EI *HERES MEVS* TOT MI*LIA* DATO. sub certa tamen demonstratione incertae personae legari potest, uelut EX COGNATIS MEIS, QVI NVNC SVNT, QVI PRIM*VS* AD FVNVS MEVM VENERIT, EI HERES MEVS ILLVD DATO.

19 Neque ex falsa demonstratione neque ex falsa causa legatum infirmatur. falsa demonstratio est uelut: TITIO FVNDVM, QVEM A TITIO EMI, DO LEGO, cum is fundus a Titio emptus non sit. falsa causa est uelut: TITIO, QVONIAM NEGOTIA MEA CVRAVIT, FVNDVM DO LEGO, ut negotia eius numquam Titius curasset.

20 A legatario legari non potest.

21 Legatum ab eo tantum dari potest, qui *heres institutus est*: ideoque filio familiae herede instituto uel seruo neque

---

1 tacite *in litura scripsit* C[b] *(manus altera): in sequentibus librarius ibi uacua spatia reliquit, ubi nos lineolas inseruimus, manus autem saec. XVI hiatus in C sic expleuit* tacite | legauerim titio hominem aut decem | heres meus dato hominem dare. *propius ad Vlpiani sententiam haec Lachmanni restitutio accedat:* et si tacite data sit optio hoc modo TITIO HOMINEM DO LEGO. si uero per damnationem, uelut HERES MEVS DAMNAS ESTO HOMINEM DARE ‖ 2 quem *Cuiacius, uacuo spatio relicto om. C,* nisi X *in C adscripsit manus saec. XVI* ‖ 3 herede institutione *C (emendauit manus saec. XVI)* ‖ 4 uis *Cannegieterus, om. C* ‖ institutionem *C (emend. manus recens)* ‖ 6 in] et *C* ‖ 7 morietur *Lachmann,* moriatur *C* ‖ 9 causa *om. C* ‖ quid *Cuiacius,* quidem *C* ‖ 10 ad *om. C* ‖ legatarum *C* ‖ 11 decem milia *Tilius,* decemi (decimi C[b]) *sequente uacuo spatio C: manus recens induxit litteras* mi *et uacuum spatium uerbo* decem *expleuit* ‖ 13 persona *C* ‖ 14 filium meum *C* ‖ heres meus *Schulting,* homini *C* ‖ 15 tot milia *Tilius,* tot mi *sequente uacuo spatio C: manus saeculi XVI* tot mi *induxit et* centum *substituit* ‖ incerta C[a] ‖ 17 primus *Boecking,* primo *C* ‖ 19 fundum] *requiritur certi fundi designatio, quae fortasse in uoc.* titio *latet* ‖ 22 ut *C,* cum *Cuiacius* ‖ 24 ab eo *C,* ei *emendauit manus recens* ‖ heres institutus est *Huschke: in C spatium uacuum relictum est, quod manus saec. XVI uerbis* extraneus est *expleuit*

22 a patre neque a domino legari potest. Heredi a semet ipso
23 legari non potest. Ei, qui in potestate manu mancipioue est
scripti heredis, sub condicione legari potest, ut requiratur,
quo tempore dies legati cedit, in potestate heredis non sit.
24 Ei, cuius in potestate manu mancipioue est heres scriptus,
legari [non] potest.
25 Sicut singulae res legari possunt, ita uniuersarum quoque summa legari potest, ut puta *hoc* modo: HERES MEVS CVM TITIO HEREDITATEM MEAM PARTITO*R*, DIVIDITO: quo casu dimidia pars bonorum legata uidetur. potest autem et alia pars, uelut tertia uel quarta, legari. quae species partitio *appellatur*.
26 Vsusfructus legari potest iure ciuili earum rerum, quarum salua substanti*a* utendi fruendi potest esse facultas: et
27 tam singularum rerum quam pluri*um*, i*tem* pa*r*tis. Senat*us*
consulto cautum est, ut, etiamsi earum rerum, qua*e* in abusu continentur, ut puta uini olei tritici, ususfructus legatus sit, legatario res tradantur, cautionibus interpositis de restituendis eis, cum ususfructus ad legatarium pertinere desierit.
28 Ciuitatibus omnibus, quae sub imperio p*o*p*uli* *Rom*ani sunt, legari potest: idque a diuo Nerua introductum, postea a senatu auctore Hadriano diligentius constitutum est.
29 Legatum, quod datum est, adimi potest uel eodem testamento uel codicillis testamento confirmatis, dum tamen eodem modo adimatur, quo modo datum est.
30 Ad heredem legatarii legata non aliter transeunt, nisi si
31 iam die legatorum cedente legatarius decesserit. Legat*or*um,
quae pure uel in diem certum relicta sunt, dies cedit antiquo quidem iure ex mortis testatoris tempore, per legem autem *Papiam* Poppaeam ex apertis tabulis testamenti, eorum uero, quae sub condicione relicta sunt, cum condicio extiterit.
32 Lex Falcidia iubet non plus quam dodrantem totius patrimonii legari, ut omni modo quadrans integer apud here-
33 dem remaneat. Legatorum perperam solutorum repetitio
non est.

1 ip*so C^a || 4 legati C^b *(manus altera)*, liga** C^a || non] ne *scr.* || 6 non *del. Cuiacius, cf. Gai.* 2, 245 || 8 hoc *Erb*, *om.* *C* || 9 partito *C* || 11 appellatur *in uacuo spatio a C relicto suppl. manus saec. XVI* || 13 substantiam *C* || 14 plurimum *C* || item *Heise*, id est *C* || patis *C* || sinato *C* || 15 quam *C* || 19 populi romani *Cuiacius*, praetoriani *C* || 26 legatorum] legatarium *C* || 29 popeam (pompeam C^a) papeam *C* || 32 legari* ut C^a

[XXV DE FIDEICOMMISSIS]

1 Fideicommissum est, quod non ciuilibus uerbis, sed
precatiue relinquitur nec ex rigore iur*is* ciuilis proficiscitur,
2 sed ex uoluntate datur relinquentis. Verba fideicommissorum
in usu *f*ere haec sunt: FIDEI COMMITTO, PETO, VOLO DARI et si-
3 milia. Etiam nutu relinquere fideicommissum *usu* receptum
4 est. Fideicommiss*um* relinquere possunt, qui testamentum
facere possunt, licet non fecerint. na*m* intestato quis mori-
5 turus fideicommissum relinquere potest. Res per fideicom-
missum relinqui possunt, quae etiam per damnationem legari
6 possunt. Fideicommissa dari possunt hi*s*, qui*bus* legari po-
7 test. Latini Iuniani fideicommissum capere possunt, licet le-
8 gatum capere non possint. Fideicommissum et ante heredis
institutionem et post mortem heredis et codicilli*s* etiam non
confirmatis testamento dari potest, licet legari *ita* non possit.
9 Item Graece fideicommissum scriptum ualet, licet legatum
10 Graece scriptum non ualeat. Filio qui in potestate est ser-
uoue heredibus institutis, seu his legatum sit, patris uel do-
mini fidei committi potest, quamuis ab eo legari non possit.
11 Qui testamento heres institutus est, codicillis etiam non con-
firmatis rogari potest, *ut* hereditatem totam uel ex part*e* alii
restituat, quamuis directo heres institui ne quidem confirma-
12 tis codicillis possit. Fideicommissa non per formulam petun-
tur, ut legata, sed cognitio est Romae quidem consulum aut
praetoris, qui fideicommiss*arius* uocatur, in prouinciis uero
13 praesid*um* prouinciarum. Poenae causa uel incertae personae
ne quidem fideicommissa dari possunt.
14 Is, qui rogatus est alii restituere hereditatem, lege qui-
dem Falcidia *locum* non habente, quoniam non plus puta quam
dodrantem restituere rogatus est, ex Trebelliano senatus
consulto restituit, ut ei et in eum dentur actiones, cui resti-
tuta est heredi*t*as: lege autem Falcidia interuenient*e*, quo-
niam plus dodrant*e* uel etiam totam hereditatem restituere
rogatus sit, ex Pe*g*a*s*iano senatus consulto restituit, ut de-
ducta parte quarta ips*i*, qui scriptus est heres, *et* in ipsum

3 iuris] iure *C* ‖ 5 uere *C* ‖ 6 usu *Hugo*, in usu *C* ‖ 7 fidei-commisso *C* ‖ 8 nam] nam et *C* ‖ 11 his quibus *Tilius*, hi qui *C* ‖ 14 codicelli *C* ‖ 15 ita legari *Huschke*, ita *om.* *C* ‖ 21 ut *Vahlen*, uel ut *C* ‖ partem *C* ‖ 25 fideicommisso *C* ‖ 26 praesidibus *C* ‖ causacausa *V*ᵃ ‖ 29 locum *Tilius*, *om.* *C* ‖ *inter* plus *et* puta *uacuum spatium solito maius reliquit* *C* ‖ 33 dodrantem *C* ‖ 34 sit *C*, est *Huschke* ‖ pecatiano *C* ‖ 35 ipsi . . . heres et in *Hugo*, ipse . . . heres in *C*

actiones conseruentur, is autem qui recipit hereditatem
15 legatarii loco habeatur. Ex Pegasiano senatus consulto restituta hereditate commoda et incommoda hereditatis communicantur inter heredem et eum, cui reliquae partes restitutae sunt, interpositis stipulationibus ad exemplum partis et pro parte stipulationum. partis autem et pro parte stipulationes proprie dicuntur, quae de lucro et damno communicando solent interponi inter heredem et legatarium partiarium, id est
16 cum quo partitus est heres. Si heres damnosam hereditatem dicat, cogetur a praetore adire et restituere totam, ita ut ei et in *eum* qui recipit hereditatem actiones dentur, proinde atque si ex Trebelliano senatus consulto restituta fuisset. idque ut ita fiat, Pegasiano senatus consulto cautum.

17 Si quis in fraudem tacitam fidem accommodauerit, ut non capienti fideicommissum restituat, nec quadrantem eum deducere senatus censuit nec caducum uindicare ex eo testamento, si liberos habeat.

18 Libertas dari potest per fideicommissum.

[XXVI DE LEGITIMIS HEREDIBVS]

1 Intestatorum ingenuorum hereditates pertinent primum ad suos heredes, id est liberos qui in potestate sunt ceterosque qui liberorum loco sunt: si sui heredes non sunt, ad consanguineos, id est fratres et sorores ex eodem patre: si nec hi sunt, ad reliquos agnatos proximos, id est cognatos uirilis sexus per mares descendentes eiusdem familiae. id enim cautum est lege duodecim tabularum hac: SI INTESTATO MORITVR, CVI SVVS HERES NEC ESCIT, AGNATVS PROXIMVS FAMILIAM
1a HABETO. *Si agnatus defuncti non sit, eadem lex duodecim *tabularum gentiles ad hereditatem uocat his uerbis: SI AGNA-

26, 1. 1a = *Coll.* 16, 4.

2 locum *C* ‖ pecatiano *C* ‖ 6 parte] partes *C* ‖ parte] partes *C* ‖ 8 partiarum *C* ‖ 11 eum] eo *C* ‖ 13 pegatiano *C* ‖ 17 liberos *C*b *(manus altera)*, ******* *C*a ‖ 19 hereditatibus *Coll.* ‖ 20 ingenuorum *C*, gentiliciorum *Coll.* ‖ pertinet *C* ‖ 22 qui *Coll.*P, qui in *C Coll.*W ‖ non sunt *C*, non sint *Coll.* ‖ 24 proximos id est cogn. *om. Coll.* ‖ 25 id] his *Coll.*P ‖ 26 intestatus *Coll.* ‖ 27 cui suus] cuius *Coll.* ‖ escit *Cuiacius*, est *Coll.*, *uacuo spatio relicto om. C* ‖ familiae *C*, familiu *Coll.*P ‖ 28 habeatur *Coll.* ‖ § 1a *om. C, suppleuimus ex Coll.* ‖ eamdem *Coll.*P, eandem *Coll.*W ‖ 29 uocant *Coll.*P, uocantur *Coll.*W ‖ si gnatus *Coll.*P, sic natus *Coll.*W

*IVS NEC *E*SCIT, GENTILES FAMILIAM H*ABENTO*. *nu*nc nec gentilicia *iura in usu sunt.*

2 Si defunct*i* sit filius, *et* ex altero filio mortuo iam nepos unus uel etiam plures, ad omnes hereditas pertinet, non ut in capita diuidatur, sed in stirpe*s*, id est ut filius solus mediam partem habeat et nepotes quotquot sunt alteram dimidiam: aequum est enim nepotes in patris sui loc*um* succedere et eam partem habe*re*, quam pater eorum, si uiueret, habiturus esset.

3 Quamdiu suus heres speratur heres fieri posse, tamdiu locus agnatis non est: uelut si uxor defuncti praegnans sit aut filius apud hostes sit.

4 Agnatorum hereditates diuiduntur in capita: uelut si sit frat*ris* filius et alterius fratris duo pluresu*e* liberi, quotquot sunt ab utraque parte personae, tot fiunt portiones, ut singuli singulas capiant.

5 Si plures eodem gradu s*i*nt agnati, et quidam eorum hereditatem ad se pertinere noluerint, uel antequam adierint decesserint, eorum pars adcrescit his qui adier*u*nt. quod si nemo eorum adierit, ad insequentem gradum ex lege hereditas non transmittitur, quoniam in legitimis hereditatibus successio non est.

6 Ad feminas ultra consanguineorum gradu*m* legitima hereditas non pertinet: itaque soror fratri sororiu*e* legitima heres fit.

7 Ad liberos matr*is* intestatae hereditas ex lege duodecim
tabularum non pertinebat, quia feminae suos heredes non
habent: sed postea imperator*um* Antonin*i* et Commodi ora-
tione in senatu recitata id actum est, ut sine in manu*m* con-
uentione matrum legitimae hereditates ad filios pertineant,
8 exclusis consanguineis et reliquis agnatis. Intestati filii he-
reditas ad matrem ex lege duodecim tabularum non pertinet:
sed si ius liberorum habeat, ingenua trium, libertina quat-
tuor, legitima heres fit ex senatus consulto Tertulliano, si
tamen ei filio neque suus heres sit quiue inter suos heredes
ad bonorum possessione*m* a praetore uocatur, neque pater,

1 nec escit *Cuiacius*, nescit *codices* || habento nunc *Oiselius*, heres hanc *codices* || 3 defuncti *Cuiacius*, defunctus *C* || et *om. C* || 5 stirpe *C* || 7 loco *C* || 8 habete *C* || 10 here fieri *C*[a] || 13 sit frater *C* || 14 pluresuel *C* || 17 sunt *C* || 19 adierint *C* || 23 gradu *C* || 24 sororiuel *C* || 26 matre *C* || 28 imp. antoninus *C* || 29 manu *C* || 36 possessione *C*

ad quem leg*e* hereditas bonorumue possessio cum re pertinet, neque frater consanguineus: quod si soror consanguinea sit, ad utrasque pertinere iubetur hereditas.

[XXVII DE LIBERTORVM SVCCESSIONIBVS VEL BONIS]

1 Libertorum intestatorum hereditas primum ad suos heredes pertinet, deinde ad eos, quorum liberti sunt, uelut
2 patronum patronam liberosue patroni. Si sit patronus et alterius patroni filius, ad solum patr*on*um hereditas pertinet.
3 4 Item patroni filius patroni nepotibus obstat. Ad liberos patronorum hereditas defuncti pertinet *ita*, ut in capita, non in stirpe*s* diuidatur.
5 Legitimae hereditatis ius, quod ex lege duodecim tabularum descendit, capitis minutione amittitur.

[XXVIII DE POSSESSIONIBVS DANDIS]

1 Bonorum possessio datur aut contra tabulas testamenti aut *secundum* tabulas *aut* intestati.
2 Contra tabulas bonorum possessio datur liberis emancipatis testamento praeteritis, licet legitim*a* non ad eos per-
3 tineat hereditas. Bonorum possessio contra tabulas liberis tam naturalibus quam adoptiuis datur: sed naturalibus quidem emancipatis, non tamen et illis qui in adoptiua familia sunt, adoptiuis autem his tantum qui in potestate manse-
4 runt. Emancipatis liberis ex edicto datur bonorum possessio, si parati sunt cauere *fr*atribus suis, qui in potestate manserunt, bona quae moriente patre habuerunt se collaturos.
5 Secundum tabulas bonorum possessio datur scriptis heredibus, scilicet si eorum, quibus contra tabulas competit,
6 nemo sit, aut petere nol*i*nt. Etiam si iure ciuili non ualeat testament*um*, forte quod familiae mancipatio uel nuncupatio defuit, si signatum testamentum sit non minus quam septem testium ciuium Romanorum signis, bonorum possessio datur.
7 Intest*ati* datur bonorum possessio per septem gradus: primo gradu liberis: secund*o* legitimis heredibus: tertio proximis cognatis: quarto familiae patroni: *quinto* patrono patro-

1 legem *C* || 8 patrum *C* || 10 ita ut] aut *C* || 11 stirpe *C* || 16 secundum] aduersus *C*, *cf. u.* 26 *et p.* 23, 28 || aut *om. C* || 18 legitimo *C*, legitimo iure *Lachmann* || 24 patribus *C* || 28 nollent *C* || 29 testamento *C* || 30 defuisse *C*[a]? || 32 intesti *C* || 33 secundum *C* || 34 quinto *Cuiacius*, *om. C*

nae, item liberis *parentibus*ue patroni patronaeue: sexto uiro uxori: septimo cognatis manumissoris, quibus per legem Furiam plus mille asses capere licet: et si nemo sit, ad quem bonorum possessio pertinere possit, aut sit quidem, sed ius suum omiserit, populo bona deferuntur ex lege Iulia cadu-
8 caria. Liberis bonorum possessio datur tam his, qui in potestate usque in mortis tempus fuerunt, quam emancipatis:
9 item adoptiuis, non tamen etiam in adoptione*m* datis. Proximi cognati bonorum possessione*m* accipiunt non solum per feminini sexus personam cognati, sed etiam agnati capite deminut*i*: nam licet legitimum ius agnationis capitis minutione amiserint, natura tamen cognati manent.

10 Bonorum possessio datur parentibus et liberis intra annum, ex quo petere potuerunt, ceteris intra centum dies.
11 Qui omnes intra id tempus si non petierint bonorum possessionem, sequens gradus admittitur, perinde atque si superiores non essent: idque per septem gradus fit.

12 Hi, quibus ex successorio edicto bonorum possessio datur, heredes quidem non sunt, sed heredis loco constituuntur beneficio praetoris. ideoque seu ipsi agant seu cum his agatur, ficticiis actionibus opus est, in quibus heredes esse finguntur.

13 Bonorum possessio aut *cum* re datur aut sine re: cum re, *cum* is qui accepit cum effectu bona retineat: sine re, cum alius iure ciuili euincere hereditatem possit: ueluti si suus heres in testamento *praeteritus sit, licet scriptis heredibus secundum tabulas bonorum possessio deferatur, erit tamen ea* bonorum possessio sine re, quoniam suus heres euincere hereditatem iure legitimo po*test*.

[XXIX DE BONIS LIBERTORVM]

1 Ciuis Romani liberti hereditatem lex duodecim tabularum patrono defert, si intestato sine suo herede libertus decesserit: ideoque siue testamento facto decedat, licet suus heres ei non sit, seu intestato, et suus heres ei sit, quam*quam* non naturalis, sed uxor puta quae in manu fuit uel adoptiuus filius, lex patrono nihil praestat. sed ex edicto praetoris, seu test*a*to libertus moriatur, ut aut nihil aut mi-

1 liberis parentibusue *Cuiacius*, liberosue *C* || 8 adoptione *C* || 9 possessione *C* || 10 diminutia *C* || 22 aut cum re datur] autem reddatur *C* || 23 cum *Hugo, om. C* || 25 in testamento . . . 26 ea *ad sensum scripsi*, intestati *C* || 28 possit *C* || 33 quamquam *Vahlen*, quam *C* || 36 testato *Cuiacius*, testamento *C*

nus quam partem dimidiam bonorum patrono relinquat, contra tabulas testamenti partis dimidia*e* bonorum possessio illi datur, nisi libertus aliquem ex naturalibus liberis successorem sibi relinquat, siue intestato decedat et uxorem forte in man*u* uel adoptiuum filium relinquat, aeque partis mediae bonorum possessio contra suos heredes patrono datur.
2 In bonis libertae patrono nihil iuris ex edicto datur:
itaque seu . . . . *seu* intestata moriatur liberta, sem-
per ad eum hereditas pertinet, licet liberi sint libertae, quo-
3 niam non sunt sui heredes matri, *ut* obst*ent* patrono. Lex
Papia Poppae*a* postea libertas quattuor liberorum iure tutela
patronorum liberauit: et cum intulerit iam posse ea*s* sine
auctoritate patronorum testari, prospexit, ut pro numero li-
berorum libertae su*per*stitum uirilis pars patrono debeatur.
4 Liberi patroni uirilis sexus eadem iura in bonis libertorum
5 parentum suorum habent, quae et ipse patronus. Feminae
uero ex lege quidem duodecim tabularum perinde ius ha-
bent, atque masculi patronorum liberi. contra tabulas autem
testament*i* liberti aut ab intestato contra suos heredes non
naturales bonorum possessio eis non competit: sed si ius trium
liberorum habuerunt, etiam ha*e*c iura ex lege Papia Pop-
6 paea nanciscuntur. Pat*r*onae *in* bonis libertorum illud ius
tantum habe*b*ant, quod lex duodecim tabularum introduxit:
sed postea lex Papia *ingenuae* patronae duobus liberis hono-
ratae, libertinae tribus, id iuris dedit, quod patronus habet
7 ex edicto. Item ingenu*ae* trium liberorum iure honoratae ea-
dem lex id ius dedit, quod ipsi patrono tribuit.

2 dimidiam *C* ‖ 5 manum *C* ‖ 8 *lacunam in C non indicatam obseruauit Lachmann: desiderantur fere talia:* seu testari uoluerit liberta, in patroni potestate erat, ne testamento auctor fieret, in quo ipse heres institutus non esset, seu ‖ 10 ut obstent *Lachmann*, obstit *C* ‖ 11 popeam *C* ‖ 12 ea *C* ‖ 14 subprestitum *C* ‖ 17 perinde *C*, idem *Huschke* ‖ 19 testamento *C* ‖ 21 hac *C* ‖ 22 paternae *C* ‖ in] ex *C* ‖ 23 habeant *C* ‖ 24 ingenuae *Cuiacius, om. C* ‖ 26 edictum *C* ‖ ingenui *C* ‖ 27 patroni *C*[a]

[*DE INIVRIIS*]

1 *Iniuria si quidem atrox (id est grauis) *non* est, non
*sine iudicis arbitrio aestimatur. atrocem autem aestimare
*solere praetorem: idque colligi ex facto, ut puta si uerbe-
ratus uel uulneratus quis fuerit.

1 *Actionum genera sunt duo, in rem, quae dicitur uin-
2 *dicatio, et in personam, quae condictio appellatur. In rem
*actio est, per quam rem nostram, quae ab alio possidetur,
3 *petimus: et semper aduersus eum est qui rem possidet. In
*personam actio est, qua cum eo agimus, qui obligatus est
*nobis ad faciendum aliquid uel dandum: et semper aduer-
4 *sus eundem locum habet. Actionum autem quaedam ex
5 *contractu, quaedam ex facto, quaedam in factum sunt. Ex
*contractu actio est, quotiens quis sui lucri causa cum aliquo
*contrahit, ueluti emendo uendendo locando conducendo et
6 *ceteris similibus. Ex facto actio est, quotiens ex eo teneri
*quis incipit, quod ipse admisit, ueluti furtum uel iniuriam
7 *commisit uel damnum dedit. In factum actio dicitur, qua-
*lis est exempli gratia actio, quae datur patrono aduersus
*libertum, a quo contra edictum praetoris in ius uocatus est.
8 *Omnes autem actiones aut ciuiles dicuntur aut honorariae.*

1—5 *ex Coll. 2, 2 suppleuimus* ‖ 2 grauis non est *scripsi secutus Huschkium* (gr. non sit), grauis est *Coll.*[w] *Coll.*[v], graui rerum *Coll.*[p] ‖ 4 collegi *Coll.*[p], colligit *Coll.*[v], collegit *Coll.*[w] ‖ 6—21 *ex Dig. 44, 7, 25 suppleuimus*

IVLII PAVLI

LIBRI QVINQVE SENTENTIARVM

AD FILIVM

PRAEFATIO EDITORIS

Pauli sententiarum hodie non supersunt nisi fragmenta e diuersis collectionibus petenda. atque fundamentum quidem restitutionis est ea Epitome, quae Legis Romanae Wisigothorum partem efficit. haec Epitome in quibusdam Legis Romanae codicibus nonnullis sententiis ex integro Pauli opere depromptis aucta est. accedunt complura capita in Iustiniani Digesta et in Collationem recepta, pauciora in Consultatione et in Vaticanis fragmentis et in Appendicibus Legis Romanae Wisigothorum extant, nonnullae denique sententiae in Lege Romana Burgundionum citantur.

Hos iuris libros qui compilauerunt Paulum uario modo tractauerunt. Collationis enim et Consultationis et Vaticanorum fragmentorum et Appendicum auctoribus Pauli uerba mutare in animo non fuit: Collationis tamen auctorem, ubi plures sententias uno capite complecteretur, non ubique pristinum earum ordinem seruasse ex huius editionis titulis 5, 18 (= Coll. 11, 3. 2. 4. 5) et 5, 20 (= Coll. 12, 4. 2. 3) apparet. contra in Digestis Pauli sententias non minus quam reliquos libros ueterum iure consultorum ab Iustinianis interpolatos esse consentaneum est. quod denique ad Legem Romanam Wisig. attinet, quamquam huius compilatoribus a rege Alarico interpolandi facultas data non est, nihilo magis tamen eorum in tradendis sententiis fides dubitatione exempta est. qui praeterquam quod ad 1, 21, 10 ordinem sententiarum mutauerunt, a contextu earum manus non plane abstinuerunt, sed mutilando saltem eos aliquot sententias interdum pessum dedisse ad 1, 1, 2. 1, 4, 3. 1, 21, 1. 14 palam est.[1]) quamobrem dubium est, utrum 1, 9, 2. 3, 6, 15, quae

[1]) Eandem fortasse ob causam in 1, 2, 1 uerbum finitum desideratur. contra librariorum potius socordia mutilatae uel corruptae sunt u. g. 2, 9, 1 extr. 2, 15, 1.

sententiae aliis uerbis apud Wisigothos, aliis in Digestis leguntur, a Wisigothis mutilatae an ab Iustinianis amplificatae sint: item e contrario dubium est, 4, 9, 3. 4 utrum ab Iustinianis in breue contractae an a Wisigothis uel ab antiquiore aliquo interprete, quem isti Paulo errore suo substituerint, dilatatae sint. quin etiam interpolationis labem Paulus Wisigothorum in 1, 19, 1 eo contraxit, quod actio de modo agri eis actionibus adnumerata est, quae infitiando in duplum crescunt: nisi forte hic error dudum ante Legem Romanam Wisig. conceptam natus et in hanc legem ex eo exemplo propagatus esse uidebitur, quod Wisigothi excerpserunt. hoc utique modo explicandum esse puto, quod cum alia et minora glossemata (u. g. 2, 17, 7), tum semel 2, 31, 12 spuria sententia in Legem Romanam inrepserunt.

Incertior quam sententiarum contextus fides rubricarum est, quae et in Lege Romana Wisigothorum extant et apud reliquos sententiarum auctores Digestis et Vaticanis fragmentis exceptis occurrunt[1]). nec tamen uerendum est, ne librorum in titulos diuisio non ab ipso Paulo profecta sit: immo tale opus, in quo secundum edicti perpetui ordinem iuris partes uulgo re ipsa inter se non conexae continuantur, non apte sine conspicuis argumentorum indicibus edi poterat et dudum tam in edicto ipso quam in edicti commentariis rubricae usu uenerant. atenim sunt rubricae, quae apud alios auctores aliter traduntur, u. g. 1, 1. 1, 10. 1, 15. 4, 8. 4, 9. 5, 15. 5, 22.[2]) : aliae ad singulas binasue sententias confictae sunt, quibus Paulum proprios titulos non praefixisse inde colligitur, quod sequuntur sententiae nullo titulo ab illis separatae, quae non ad rubricam illis praefixam, sed una cum illis ad proxime antecedentem rubricam quadrant, u. g. 2, 17, 4. 3, 4A, 6. 8. 3, 6, 17. 5, 6, 3. 5, 12, 5. 5, 16. aliae eo offendunt, quod ea materia, cui propria rubrica adsignata est, iam ampliore rubrica quae antecessit comprehensa est, u. g. 1, 2. 3. 2, 4. 5. 2, 6. 8: aliae denique per se improbabiles sunt, uelut 1, 13A (cf. 1, 13B) 2, 13, 6. 4, 4. atque ut in his interpolationes supplementaque posterioris aetatis agnoscuntur, ita alibi genuinas rubricas intercidisse apparet, ueluti

[1]) Consultatio in c. 3 solo omissa rubrica non citat nisi librum sententiarum.

[2]) Lex Rom. Wisig. cum reliquis auctoribus consentit in rubricis 1, 5. 1, 16. 1, 18. 2, 26.

ante 1, 7, 4. 2, 1, 5. 2, 5, 3. 2, 13, 1. 3, 5, 12ᵃ. 3, 5, 14. 5, 22, 2: praeterea Wisigothorum culpa effectum est, ut rubricae 2, 30 et 5, 10, quae genuinae esse uidentur, in Lege Romana sententiis alieno prorsus argumento insignibus praemitterentur. quae cum ita sint neque pristina Pauli diuisio certo restitui possit, propter allegandi utilitatem eam librorum in titulos diuisionem, quae hucusque per editiones propagata est, retinuimus: rubricarum quae interciderunt sedem uacuo spatio indicauimus neque earum, quas editores proprio Marte restituerant, nisi numerum seruauimus.

Quod ad fundamentum criticum attinet, quo haec editio nititur: Legis quidem Romanae Wisigothorum cum editio apparatu critico instructa non extet, ad hunc defectum remouendum ne illa quidem supellex critica sufficit, quam Haenel ad Arndtsii editionem congessit [1], in qua tot errores commissi et tot lectiones ab Arndtsii textu uariantes omissae sunt, ut de fide eius supellectilis parum constet. itaque ad hanc editionis partem nouum fundamentum iaciendum erat. et postquam Codicis Theodosiani Epitoma Wisigothica edoctus sum Legis Romanae codices in duas classes discedere, in quarum altera codex Monacensis D 2 (nobis *M*) saeculi fere VII et aetate et integritate primum locum obtinet, in altera Parisiensis 4403 (nobis *L*) saeculi VIII uel IX, ad hos duos codices a me excussos [2] Pauli Wisigothici contextum fere restitui: apparet enim reliquos codices (nobis *dett.*), ubi ab illis libris primariis discrepent, rarissime uerum Wisigothorum textum seruasse et uix ullam esse lectionem in his seruatam, quae non ex mendosa illorum lectione facili coniectura restitui potuerit. in adnotatione critica plenam codicum *M* et *L* discrepantiam non exhibui, quippe quae non in Pauli sed in Legis Romanae editione desideretur: adscripsi tamen uarias lectiones ad omnes eos locos, in quibus ab utriusque codicis traditione recessi et singulares alteriusutrius codicis lectiones eas, quae ueri aliqua specie niti uiderentur.

Earum autem sententiarum, quae Epitomae ex integro

[1]) Varietas scripturae ex Paulli a Visigothis epitomati codicibus: collegit Gustavus Haenel. Bonnae 1834 (cf. Corpus iuris Romani Anteiustiniani Bonnense I p. 168 sqq.).

[2]) Codicem Parisiensem 4403 iam olim Henricus Degenkolb, qui tum Pauli editionem parabat, contulerat eamque collationem edendi consilio deposito ultro mihi obtulit: qua in codice denuo tractando optime adiutus sum.

Pauli libro in quibusdam codicibus interspersae sunt, plenum apparatum, quoad eum nancisci potui, congessi. quorum codicum princeps ille est, quem Cuiacio post annum 1579 ciuitas Vesontina dedit[1]: in hoc enim integri tituli 1, 6 A. 1, 21. 2, 21 A. 2, 26. 2, 31 restituti extabant et praeterea sententia 5, 33, 8 suppleta erat. cuius codicis lectiones, cum ipse codex periisse uideatur, ex Cuiacii Obseruationibus 21 c. 11—13. 15—19. 21. 22, quae anno 1585 prodierunt, uel potius, quoniam hunc librum ipsum nancisci non potui, ex editione Cuiaciana a. 1586 enotaui. in reliquis Epitomae supplementis edendis ancipitem editorum fidem abicere licuit, cum hodie aut iidem codices, e quibus illi hauserunt, aut simillimi eademque auctoritate praediti supersint. horum autem sicubi plures idem supplementum praestant, non pluribus quam qui ad traditam lectionem eruendam sufficerent usus sum. quid autem singuli codices[2] ad haec supplementa contulerint, hoc loco quasi per indicem enumerabo.

Extant igitur:

titulus 2, 26 integer in Vaticano reg. 1050[3].

1, 1, 1. 3. 5. 1, 12, 5. 1, 13B, 3. 3, 4A, 6 in *L* et in Aurelianensi 207 (nobis *A*), in hoc praeterea etiam 5, 4, 15. 5, 33, 8.

1, 1, 1. 1, 12, 5. 1, 13B, 3. 4, 6, 2a in Eporediensi 35 (nobis *E*) et in Rosambino, in illo etiam 5, 33, 8.

1, 7, 4. 5, 4, 15. 21 in Parisiensi 4409 et in Vaticano reg. 1048 et in Bernensi 263.

5, 4, 15 in Parisiensi S. Germani 366.

5, 4, 21 in Parisiensi 4410.

1, 12, 5 in Parisiensi 4412.

3, 4A, 6 in Parisiensi 4408.

Dubium supplementum praestat Paris. 4405 inter 1, 13B, 3 et 4 (p. 56, 14). praeterea ex Vaticano reg. 1128 ad 1, 21, 1 uocabulum *ruinae* additum recuperari potest. reliqua omnia, quae ab editoribus ex additamentis unius alteriusue codicis Legis Romanae uel ex Epitoma Aegidiana suppleta esse in huius editionis notis commemorabo, Pauli non sunt, sed ex glos-

1) Cf. Baudi di Vesme ad Cod. Theod. 4, 11, Haenel in praefatione ad Legem Rom. Wis scripta p. XVII. LXXXIX.

2) Codices omnes saeculi IX uel X sunt: descripti sunt in Haenelii praefatione Legis Romanae editioni ab ipso curatae praemissa.

3) Cf. Degenkolb in Commentationibus philologis in honorem Th. Mommseni conscriptis 1877 p. 646 sqq.

sematis interpretamentisue posterioribus enata sunt. ex codicibus supra laudatis ipse contuli *L E* Parisiensem 4409 Vatic. reg. 1050: Bernensis collationem liberalitati Hermanni Hagen debeo, reliquorum lectiones ex Haenelii apparatu repetiui.

Ad eas denique sententias, quas solae Appendices Legi Romanae Wisigothorum in nonnullis codicibus adnexae ex integro opere excerptas habent, cum has Appendices seorsum editurus sim, delectum uariarum lectionum dedi: eodemque modo reliquos sententiarum auctores adhibui. paucis locis ad ueram lectionem restituendam ueterem sententiarum interpretationem, quae Legis Romanae Wisig. partem facit, in subsidium uocaui.

Atque ut appareat, unde singulae sententiae restitutae sint, in adnotatione superiore, si qui praeter Legem Rom. Wisig. sententiarum auctores extant, eos laudabo, in contextu autem Pauli uerborum omnia, quae in Lege Rom. Wisig. omissa sunt, stellulis circumsaepiam.

Restat ut de titulo operis pauca praemoneamus. in Digestis Collatione Appendicibus Lege Romana Burgundionum citantur *Pauli sententiarum lib. I* etc., quocum Consultationi quoque conuenit, nisi quod haec semel (6, 6) *sententiarum receptarum* titulum laudat. in plerisque Legis Rom. Wis. codicibus libro I praemittitur hic titulus *Pauli sententiarum:* at in codice *E* et in Rosambino legitur *iuli pauli sententiarum ad filium*, quocum consentiunt inscriptio libri III in *L* aliorumque codicum inscriptiones, quas Haenel in editione Legis Rom. Wis. p. 338 citat. hic titulus quin genuinus sit, dubitari uix potest. contra uocabulum *receptarum*, quod et ipsum teste Haenelio in nonnullis Legis Romanae codicibus redit, genuinum non esse fere omnes uiri docti hodie consentiunt et mihi quoque persuasum est.

M = Monacensis D 2
L = Parisiensis 4403
A = Aurelianensis 207
E = Eporediensis 35

IVLII PAVLI

SENTENTIARVM AD FILIVM

LIBER PRIMVS

[I A]

1 *Consiliario eo tempore quo adsidet negotia tractare in
*suum quidem auditorium nullo modo concessum est, in alie-
2 *num autem non prohibetur. Filii libertorum libertorumque
*liberti paterni et patroni manumissoris domicilium aut ori-
3 *ginem sequuntur. Vidua mulier amissi mariti domicilium
*retinet exemplo clarissimae personae per maritum factae:
*sed utrumque aliis interuenientibus nuptiis permutatur.
4 *Municipes sunt liberti et in eo loco, ubi ipsi domicilium
*sua uoluntate tulerunt, nec aliquod ex hoc origini patroni
*faciunt praeiudicium et utrubique muneribus adstringuntur.
5 *Relegatus in eo loco, in quem relegatus est, interim neces-
6 *sarium domicilium habet. Senator ordine motus ad origi-
*nalem patriam, nisi hoc specialiter impetrauerit, non resti-
7 *tuitur. Senatores et eorum filii filiaeque quoquo tempore
*nati nataeue, itemque nepotes pronepotes et proneptes ex
*filio origini eximuntur, licet municipalem retineant digni-
8 *tatem. Senatores, qui liberum commeatum, id est ubi ue-
*lint morandi arbitrium impetrauerunt, domicilium in urbe

1 A, 1 = *Dig.* 1, 22, 5 || 1 A, 2—9 = *Dig.* 50, 1, 22

1 *de titulo operis cf. p.* 45 || 5 consiliario *Brencmann*, consiliari *F* || 7 libertorumque *Savigny*, libertarumque *F* || 13 contulerunt *van de Water*, *cf. Dig.* 50, 16, 239, 2 || 14 et *F*, sed *scr.* || puneribus *F* || 16 § 6. 7 *transposuit Mommsen* || 19 item nepotes et neptes ex filio *Mommsen*

9 *retinent. Qui fenus exercent, omnibus patrimonii intri-
*butionibus fungi debent, etsi possessionem non habeant.
10 *Honores et munera non ordinatione, sed potioribus quibus-
11 *que iniungenda sunt. Surdus et mutus si in totum non
*audiant aut non loquantur, ab honoribus ciuilibus, non etiam
12 *a muneribus excusantur. Is, qui non sit decurio, duumui-
*ratu uel aliis honoribus fungi non potest, quia decurionum
13 *honoribus plebeii fungi prohibentur. Ad decurionatum filii
*ita demum pater non consentit, si contrariam uoluntatem uel
*apud acta praesidis uel apud ipsum ordinem uel quo alio
14 *modo contestatus sit. Aestimationem honoris aut muneris in
*pecunia pro administratione offerentes audiendi non sunt.
15 *Qui pro honore pecuniam promisit, si soluere eam coepit,
16 *totam praestare operis inchoati exemplo cogendus est. Inui-
*tus filius pro patre rem publicam saluam fore cauere non
17 *cogitur. Defensionem rei publicae amplius quam semel su-
18 *scipere nemo cogitur, nisi id fieri necessitas postulet. Ab
*his oneribus, quae possessionibus uel patrimonio indicun-
19 *tur, nulla priuilegia praestant uacationem. Corpus mensu-
*rarum frumenti iuxta annonam urbis habet uacationem: in
20 *prouinciis non item. Angariorum praestatio et recipiendi
*hospitis necessitas et militi et liberalium artium professori-
21 *bus inter cetera remissa sunt. Auctis post appellationem
*medio tempore facultatibus paupertatis obtentu non excu-
22 *santur. Defensores rei publicae ab honoribus et muneribus
23 *eodem tempore uacant. Legato, qui publicum negotium tui-
*tus sit, intra tempora uacationis praestituta rursum eiusdem
24 *negotii defensio mandari non potest. Comites praesidum et
*proconsulum procuratorumue Caesaris a muneribus uel ho-
25 *noribus et tutelis uacant. Legatus antequam officio legatio-
*nis functus sit, in rem suam nihil agere potest, exceptis his
26 *quae ad iniuriam eius uel damnum parata sunt. Si quis in
*munere legationis, antequam ad patriam reuerteretur, deces-
*sit, sumptus qui proficiscenti sunt dati non restituuntur.
27 *Decuriones pretio uiliori frumentum, quod annona tempo-

1A, 9 = *Dig.* 50, 1, 22, 7 || 1A, 10—13 = *Dig.* 50, 2, 7 || 1A, 14—17 = *Dig.* 50, 4, 16 || 1A, 18—22 = *Dig.* 50, 5, 10 || 1A, 23. 24 = *Dig.* 50, 5, 12 || 1A, 25. 26 = *Dig.* 50, 7, 11 || 1A, 27. 28 = *Dig.* 50, 8, 7

3 ordinationi *F* || 4 iniungendae *F* || 15 soluam *F* || 19 mensorum *Haloander* || 20 habent *F* || 21 idem *F* || 33 reuertetur *F* || 35 quod *F*, quam *Cannegieter, cf. Dig.* 48, 12, 3 *pr.* 50, 1, 8

28 *ralis est patriae suae, praestare non sunt cogendi. Nisi ad
*opus nouum pecunia specialiter legata sit, uetera ex hac re-
29 *ficienda sunt. Ad curatoris rei publicae officium spectat, ut
30 *dirutae domus a dominis ex*t*ruantur. Domum sumptu pu-
*blico extructam, si dominus ad tempus pec*u*niam impensam
*cum usuris restituere noluerit, iure eam res publica dis-
*trahit.

[I DE PACTIS ET CONVENTIS]

1 *De his rebus pacisci possumus, de quibus transigere
2 *licet: ex his enim pacti obligatio solummodo nascitur. In
bonae fidei contractibus pactum conuentum alio pacto dis-
soluitur, *et* licet exceptionem pariat, *replicatione tamen
3 *excluditur. Pacto conuento Aquiliana stipulatio subici solet.
*sed consultius est huic poenam quoque subiungere, quia
rescisso quoquo modo pacto poena ex stipulatu peti potest.
4 Neque contra leges neque contra bonos mores pacisci possu-
4ª mus. *Pactum contra ius aut constitutiones aut senatus con-
5 *sulta interpositum nihil momenti habet. De rebus litigiosis
5ª *et conuenire et transigere possumus.* Post rem iudicatam
pactum, nisi donationis causa interponatur, seruari non po-
6 test. *Functio dotis pacto mutari non potest, quia priuata
7 *conuentio iuri publico nihil derogat. De criminibus prop-
ter infamiam nemo cum aduersario pacisci potest.

[IB]

1 *Parentes naturales in ius uocare nemo potest: una est
2 *enim omnibus parentibus seruanda reuerentia. Ingratus

1A, 28 = *Dig.* 50, 8, 7, 1 || 1A, 29. 30 = *Dig.* 39, 2, 46 || 1, 1 *extat in LA* || 1, 2 = *Consultatio* 4, 4 || 1, 3 (= *Dig.* 2, 15, 15) *extat in LA (non in E)* || 1, 4 = *Consultatio* 4, 7. 7, 4 || 1, 4ª = *Consultatio* 7, 5 || 1, 5 *extat in LA* || 1, 5ª = *Consultatio* 4, 6. 7, 6 || 1, 6 = *Consultatio* 4, 3 || 1, 7 = *Consultatio* 4, 7 || 1B, 1 = *Dig.* 2, 4, 6 || 1B, 2 = *Dig.* 37, 14, 19

---

3 spetat *F* || 4 exiruantur *F* || 5 pecniam *F* || 6 eam *delet Mommsen* || 8 conuentis *Wisigothi cum Cons.* 7, 6, conuentionibus uel transactionibus *Cons.* 4, 3, *cf. Cons.* 4, 7. 7, 4 || 10 solo modo *L*, solumodo *E* || nascitur *om E* || § 2 *dedimus ad Cons.*: omne pactum posteriore pacto dissoluitur, licet pariat exceptionem *Wisigothi* || 12 stipulatio *LA*, quidem stipulatio *Dig.* || 14 poenam quoque *LA*, poenalem quoque stipulationem *Dig.* || 15 quoquo modo *LA*, forte *Dig.* || ex *om. L*ª || stipulatu peti *Dig.*, stipulatione peti *A*, stibolatio repeti *L*

*libertus est, qui patrono obsequium non praestat, uel res *eius filiorumue tutelam administrare detractat.*

[II DE PROCVRATORIBVS ET COGNITORIBVS]

1 Omnes infames, qui postulare prohibentur, cognitores
2 fieri non posse etiam uolentibus aduersariis. Femina in rem
3 suam cognitoriam operam suscipere non prohibetur. In rem
suam cognitor procuratorue ille fieri potest, qui pro omnibus
4 postulat. Actio iudicati non solum in dominum aut domino,
sed etiam heredi et in heredem datur.

[III DE PROCVRATORIBVS]

1 Mandari potest procuratio praesenti et nudis uerbis et
per litteras et per nuntium et apud acta praesidis et magi-
2 stratus. Procurator aut ad litem aut ad omne negotium aut
3 ad partem negotii aut ad res administrandas datur. *Volun-
*tarius procurator, qui se negotiis alienis offert, rem ratam
4 *dominum habiturum cauere debet. Cum quo *agitur suo*
**nomine, si in rem actio est, pro praede litis et* uindiciarum
*aduer*sario satisdare cogitur aut iudicatum solui* ———— si
*in personam sit actio, d ———————— in rem pro prae-
*de litis et *uindiciarum*————————————————————.
5 *Actoris procurator non solum absentem defendere, sed et
6 *rem ratam dominum habiturum satisdare cogitur. Procura-
*tor antequam ———————————————————— accipere
7 *iudicium ————————————. Petitoris procurator rem
*ratam dominum habiturum desiderante aduersario satis-
*dare cogendus est, quia nemo in re aliena idoneus est sine
8 *satisdatione. Si satis non det procurator absentis, actio ei
9 *absentis nomine non datur. Actoris procurator non in rem
*suam datus propter impensas quas in litem fecit potest de-
*siderare, ut sibi ex iudicatione satis fiat, si dominus litis
10 *soluendo non sit. Absens reus causas *abs*entiae *per* procu-
ratorem reddere potest.

ante 2, 4 *Huschke ins. Vat.* 340 || 3, 3 = *Consultatio* 3, 6 || 3, 4 = *Vat.* 336 || 3, 5 = *Cons.* 3, 7 *Vat.* 336 || 3, 6 = *Vat.* 337 || 3, 7. 8 = *Cons.* 3, 8. 9 || 3, 9 = *Dig.* 3, 3, 30 || 3, 10 = *Dig.* 3, 3, 71

3 procur. et *del. Cuiacius* || 5 possunt *edd.* || 11 praesenti] et praesenti et absenti *Huschke* || 30 iudicatione F^1, iudicati actione F^3 *cum Graecis* || 31 causas entiae procuratorem *F*

[IV DE NEGOTIIS GESTIS]

1 Qui negotia aliena gerit, et bonam fidem et exactam di-
ligentiam rebus eius pro quo interuenit praestare debet.
2 Tutor post finitam tutelam si in administratione duret, actione
negotiorum gestorum pupillo uel curatori eius tenebitur.
2a *Litis contestatae tempore quaeri solet, an pupillus, cuius
*sine tutoris auctoritate negotia gesta sunt, locupletior sit ex
3 *ea re factus, cuius patitur actionem.* Si pecuniae quis ne-
gotium gerat, usuras quoque totius temporis praestare cogitur
et periculum eorum nominum quibus collocauit agnoscere,
si litis tempore soluendo non sint: hoc enim in bonae fidei
4 iudiciis seruari conuenit. Mater, quae filiorum suorum rebus
interuenit, actione negotiorum gestorum et ipsis et eorum
5 tutoribus tenebitur. Filius familias uel seruus si negotium
alicuius gerant, in patrem dominumue peculio tenus actio
6 dabitur. Si pater uel dominus seruo uel filio familias negotia
7 aliena agenda commiserit, in solidum tenebitur. Pater si
emancipati filii res sine ulla exceptione a se donatas admi-
8 nistrauit, filio actione negotiorum gestorum tenebitur. Qui,
cum tutor curatorue non esset, *pro* tutore curatoreue res pu-
pilli adultiue administrauit, actione negotiorum gestorum
9 pro tutore curatoreue tenebitur. *Actio negotiorum gesto-
10 *rum illi datur, cuius interest hoc iudicio experiri. Nec refert
*directa quis an utili actione agat uel conueniatur, quia in
*extraordinariis iudiciis, ubi conceptio formularum non ob-
*seruatur, haec subtilitas superuacua est, maxime cum utra-
*que actio eiusdem potestatis est eundemque habet effec-
tum.

[V DE CALVMNIATORIBVS]

1 Calumniosus est qui sciens prudensque per fraudem ne-
2 gotium alicui comparat. Et in priuatis et in publicis iudiciis

4, 2a = *Dig.* 3, 5, 36 *pr.* || 4, 3 = *Dig.* 3, 5, 36, 1 || 4, 7 = *Dig.* 3, 5, 36, 2 || 4, 9. 10 = *Dig.* 3, 5, 46 || 5, 1 = *Consultatio* 6, 20 || 5, 2 = *Cons.* 6, 21 *Dig.* 48, 16, 3

3 debet *M*, debebit *L* || 9 totius temporis *om. Dig.* || cogitur *dett. cum Dig.*, cogetur *ML* || 10 quibus . . . 12 conuenit] quae ipse contraxit: nisi fortuitis casibus debitores ita suas fortunas amiserunt, ut tempore litis ex ea actione contestatae soluendo non essent *Dig.* || 18 sine ulla exc. *om. Dig.* || 20 pro *edd.*, si pro *codices* || 30 per fraudem *dett. cum Cons.*, fraudem *L*, ipse fraude *M* || 31 et . . . iudiciis *om. Cons.*: et in priu. et in extraordinariis criminibus *Dig.*

omnes calumniosi extra ordinem pro qualitate admissi plectuntur.

[VIA *DE FVGITIVIS*]

1 *Seruus a fugitiuario comparatus intra decem annos ma-
2 *numitti contra prioris domini uoluntatem non potest. Con-
*tra decretum amplissimi ordinis fugitiuum in fuga consti-
*tutum nec emere nec uendere permissum est, inrogata poena
3 *in utrumque sestertiorum D milium. Limenarchae et sta-
*tionarii fugitiuos deprehensos recte in custodiam retinent.
4 *Magistratus municipales ad officium praesidis prouinciae
*uel proconsulis comprehensos fugitiuos recte transmittunt.
5 *Fugitiui in fundis fiscalibus quaeri et comprehendi possunt.
6 *Fugitiui, qui a domino non agnoscuntur, per officium prae-
7 *fecti uigilum distrahuntur. Intra triennium uenditionis
agniti fugitiui emptor pretium a fisco recipere potest.

[VIB DE REIS INSTITVTIS]

1a *Ab accusatione destitit qui cum aduersario suo de com-
1b *positione eius criminis quod intendebat fuerit locutus. Ani-
*mo ab accusatione destitit, qui affectum et animum accu-
1c *sandi deposuit. Destitisse uidetur, qui intra praefinitum
*accusationis a praeside tempus reum suum non peregit.
1d *Nuntiatores, qui per notoriam indicia produnt, notoriis suis
1e *adsistere iubentur. Calumniae causa puniuntur, qui in
*fraudem alicuius librum uel testimonium aliudue quid con-
quisisse uel scripsisse uel in iudicium protulisse dicuntur.
1 De his criminibus, de quibus quis absolutus est, ab eo qui
2 accusauit refricari accusatio non potest. Filius accusatoris
si hoc crimen, quod pater intendit, post liberatum reum per-
3 sequi uelit, ab accusatione remouendus est. Crimen, in quo
alius destitit uel uictus discessit, alius obicere non prohibetur.

6A *integer extitit in Vesontino et inde* §§ 1. 2. 5—7 *in Cuiacii Obseru.* 21, 11 *editae sunt:* §§ 3. 4, *quae extant etiam in Dig.* 11, 4, 4, *uereor ne ex his solis Vesontino non adhibito Cuiacii editio* 1586 *exhibuerit* || 6B, 1a—1e = *Dig.* 48, 16, 6

8 D] L *Huschke, cf. fr. de iure fisci* 9 *Coll.* 14, 3, 5 || 14 quadriennium *Huschke propter Cod.* 7, 37, 1 || 21 accusationi *Mommsen* || 27 refricari *M*, refragari *L* || 30 discessit *L*, recessit *M*

4 *Delator non est, qui protegendae causae suae gratia aliquid
ad fiscum nuntiat.

[VII DE INTEGRI RESTITVTIONE]

1 Integri restitutio est redintegrandae rei uel causae actio.
2 Integri restitutionem praetor tribuit ex his causis, quae per
metum dolum et status permutationem et iustum errorem et
absentiam necessariam et infirmitatem aetatis gesta esse di-
3 cuntur. Integri restitutio plus quam semel non est decer-
nenda: ideoque causa cognita decernitur.

4 *Integri restitutio aut in rem competit aut in personam.
*in rem actio competit, ut res ipsa qua de agitur reuocetur;
*in personam aut quadrupli poena intra annum uel simpli
5 *post annum peti potest.* Si aliquis, ut se de ui latronum
uel hostium uel populi liberaret, aliquid mancipauit uel pro-
misit, ad metum non pertinet: mercedem enim depulsi me-
6 tus tribuit. Seruus per metum mancipatus quidquid quae-
7 sierit uel stipulatus sit, ei adquirit qui uim passus est. Vis
8 est maior rei impetus, qui repelli non potest. Qui quem in
domo inclusit, ut sibi rem manciparet aut promitteret, extor-
9 sisse mancipationem uidetur. Qui quem ferro uinxit, ut sibi
10 aliquid traderet uel uenderet, uim intulisse uidetur. Qui in
carcerem quem detrusit, ut aliquid ei extorqueret, quidquid
ob hanc causam factum est, nullius est momenti.

[VIII DE DOLO]

1 2 Dolus est, cum aliud agitur, aliud simulatur. Qui dolum
aut metum adhibuit, ut res ad alium transiret, uterque de ui
et dolo actione tenebitur.

6B, 4 = *Dig.* 49, 14, 44 || 7, 2 *ex parte* = *Dig.* 4, 1, 2 || 7, 4 *extat in Parisiensi* 4409 *Vaticano reg.* 1048 *Bernensi* 263 || 7, 7 = *Dig.* 4, 2, 2 || 7, 10 = *Dig.* 4, 2, 22

6 siue per status mutationem aut iustum errorem *(omissis reliquis) Dig.* || 10 *inde a* § 4 *de his quae ui metusue causa gesta sunt agi monuit Huschke* || conpetita aut in persona *Bern.* || 11 de qua *Paris. Bern.* || 12 persona *Paris. Bern.* || 13 aliquis] cui quis *scr., cf. Dig.* 4, 2, 9, 1 || 17 adquirit *dett.*, adquiret *ML* || uis autem est maioris rei *Dig.* || 20 mancipationem] promissionemue *addit Huschke* || 26 aut *L*, uel *M*: *fortasse* dolum aut *del. et infra* utraque de ui et de dolo *scr., cf. Dig.* 4, 2, 14, 13 || 27 et *ML*, et de *dett.*

[IX DE MINORIBVS VIGINTI ET QVINQVE ANNORVM]

1 Minor uiginti et quinque annorum si aliquod flagitium
admiserit, quod ad publicam coercitionem spectet, ob hoc in
2 integrum restitui non potest. Qui minori mandauit, ut ne-
gotia sua agat, ex eius persona in integrum restitui non po-
3 test, nisi minor sua sponte negotiis eius interuenerit. Si
maior effectus rem, quam minor egit, pacto uel silentio com-
probauit, aduersus hoc quoque in integrum restitui frustra
4 desiderat. Si minor minori heres existat, ex sua persona,
4^a non ex defuncti in integrum restitui potest. *Si minor ui-
*ginti quinque annis filio familias minori pecuniam credidit,
*melior est causa consumentis, nisi locupletior ex hoc in-
4^b *ueniatur litis contestatae tempore is qui accepit. Minores
*si in iudicem compromiserunt et tutore auctore stipulati
*sunt, integri restitutionem aduersus talem obligationem iure
5 *desiderant.* Minor se in his, quae fideiussit uel fidepro-
misit uel spopondit uel mandauit, in integrum restituendo
5^a reum principalem non liberat. *Minor ancillam uendidit: si
*eam emptor manumiserit, ob hoc in integrum restitui non
*poterit, sed aduersus emptorem quanti sua interest actionem
5^b *habebit. Mulier minor uiginti quinque annis si pactione dotis
*deterior condicio eius fiat et tale pactum inierit, quod num-
*quam maioris aetatis constitutae paciscerentur, atque ideo
6 *reuocare uelit, audienda est.* Qui sciens prudensque se pro
minore obligauit, si id consulto consilio fecit, licet minori suc-
7 curratur, ipsi tamen non succurretur. Minor aduersus emp-
torem in integrum restitutus pretio restituto fundum recipere
potest: fructus enim in compensationem usurarum penes
8 emptorem remanere placuit. Minor aduersus distractiones
eorum pignorum et fiduciarum, quas pater obligauerat, si
non ita ut oportuit a creditore distractae sint, restitui in in-
tegrum potest.

9, 2 *extr.* = *Dig.* 4, 4, 24 *pr.* ‖ 9, 4^a. 4^b = *Dig.* 4, 4, 34 ‖ 9, 5 = *Dig.* 4, 4, 48 *pr.* ‖ 9, 5^a. 5^b = *Dig.* 4, 4, 48, 1. 2

1 uiginti . . . annorum *om.* *L* ‖ 6 nisi . . . interuenerit] quod si minor s. s. negotiis maioris interuenerit, restituendus erit, ne maiori damnum accidat *Dig.*, *ubi quae sequuntur non sententiarum sed libri XI ad edictum esse recte iudicauit Cuiacius* ‖ 7 pacto *codices*, facto *Rittershusius* ‖ 9 ex L^b, heres ex ML^a ‖ 16 in his quae] in id quod *Dig.* ‖ 26 ipsi *dett.*, ipse *ML* ‖ 31 sint *M*, sunt *L*

[IXA]

*Is, qui rei publicae causa afuturus erat, si procurato-*rem reliquerit, per quem defendi potuit, in integrum uolens *restitui non auditur.*

[X DE PLVS PETENDO]

Plus petendo causa cadimus aut loco aut summa aut tempore aut qualitate: loco alibi, summa plus, tempore petendo ante tempus, qualitate eiusdem rei speciem meliorem postulantes.

[XI DE SATISDANDO]

1 Quotiens hereditas petitur, satisdatio iure desideratur
et, si *satis* non detur, in petitorem hereditas transfertur: si
petitor satisdare noluerit, penes possessorem possessio rema-
2 nebit: in pari enim causa potior est possessor. Vsufructua-
rius et de utendo usufructu satisdare debet perinde usurum,
ac si ipse pater familias uteretur.

[XII DE IVDICIIS OMNIBVS]

1 Hi, qui falsa rescriptione usi fuerint, lege Cornelia de
2 (3) falsis puniuntur. Qui falsum nesciens allegauit, falsi poena
3 (4) non tenetur. In caput domini patroniue nec seruus nec li-
4 (5) bertus interrogari potest. Praegnantes neque torqueri neque
5 (6) damnari nisi post editum partum possunt. *Qui rescrip-

9A = *Dig.* 4, 6, 39 || 10 = *Consultatio* 5, 4 || 12, 5 *extat in LAE* (*in E post* 13A, 3)

5 de plus petendo *Wisigothi*, de eo qui causa cadit *Cons.*: *unde conicias uerba* plus petendo, *quae ante* 6 causa *desiderantur, errore in rubricam commutata esse* || 6 plus petendo *Schulting, om. codices cum Cons.* || 7 plus . . . 8 tempus] summa in repetendo tempore ante petendo *Cons.* || petendo *dett.*, repetendo *ML* || 8 rei speciem *Cons.*, speciem rem *L*, speciei rem *M*: *cf. Interpretatio* uel meliorem speciem quam dederat || 12 satis *Ritterhusius*, satisdatio *codices* || transferetur *M* || 13 remanebit *L*, remansit *M* || 15 debet *M*, debebit *L* || 17 omnibus *M*, *om. L* || 19 *paragrapho* 2 *in G Parisiensi* 4413 *aliis praemittuntur haec*: interpretatio (interpr. *om. G*) is (ex his *G*) qui ancillam corruperit alienam aliam (alia re *Par.*) reformare cogendus est, *quae neque huius loci sunt nec Pauli esse possunt, sed aut fluxerunt ex Interpretatione aut barbari iuris sunt, cf. Interpretatio* 1, 13A, 6 *et Lex Rom. Burgund.* 19, 2

*tum a principe falsa allegatione elicuerint, uti eo prohi-
6 (7) *bentur.* Qui de se confessus est, in alium torqueri non
potest, ne alienam salutem in dubium deducat, qui de sua
7 desperauit. *Qui sine accusatoribus in custodiam recepti sunt,
*quaestio de his habenda non est, nisi si aliquibus suspi-
8 *cionibus urgueantur. Per minorem causam maiori cognitioni
*praeiudicium fieri non oportet: maior enim quaestio mino-
9 *rem causam ad se trahit. In crimine adulterii nulla danda
*dilatio est, nisi ut personae exhibeantur, aut iudex ex qua-
litate negotii motus hoc causa cognita permiserit.

[XIII^A DE IVDICATO]

1^a *Eum, pro quo quis apud officium cauit, exhibere cogi-
*tur. item eum qui apud acta exhibiturum se esse quem pro-
misit, etsi officio non caueat, ad exhibendum tamen cogitur.
1 Qui exhibiturum se aliquem iudicio cauerat, mortuo eo pro
1^b quo cauerat periculo cautionis liberatur. *Acta apud se ha-
*bita, si partes consentiant et iudex hoc permiserit, potest
*iubere ea die circumduci, nisi uel negotium uel lis terminata
1^c *est. De amplianda uel minuenda poena damnatorum post
*sententiam dictam sine principali auctoritate nihil est sta-
1^d *tuendum. Contra indefensos minores tutorem uel curatorem
1^e *non habentes nulla sententia proferenda est. Contra pupil-
*lum indefensum eumque qui rei publicae causa abest uel
*minorem uiginti quinque annis propositum peremptorium
1^f *nihil momenti habet. Is, qui ad maius auditorium uocatus
*est, si litem inchoatam deseruit, contumax non uidetur.
1^g 1^h *Bonis uenditis excipiuntur concubina et liberi naturales. Res
*publica creditrix omnibus chirographariis creditoribus prae-
2 *fertur.* Filius familias iussu patris manumittere potest,
3 matris non potest. In eum, qui album raserit corruperit sus-

---

12, 7 = *Dig.* 48, 18, 22 || 12, 8 = *Dig.* 5, 1, 54 || 12, 9 = *Dig.* 48, 5, 42, *cf. Paul.* 2, 26, 17 || 13A, 1^a = *Dig.* 2, 4, 17 || 13A, 1^b—1^d = *Dig.* 42, 1, 45 || 13A, 1^e. 1^f = *Dig.* 42, 1, 54 || 13A, 1^g. 1^h = *Dig.* 42, 5, 38

---

1 eleguerunt (elig. *E*[b]) *E* || eum *LE, de A non constat* || 11 *rubricam* de iudicato *Pauli non esse uidit Cuiacius: nam* § 1 *et ea, quae propter* § 1 *huic loco ex Digestis restituta sunt, magis ad titulum praecedentem pertinent, reliquae autem sententiae ex diuersis Pauli titulis excerptae sunt, cf. ad p.* 56, 8 || 13 item cum quis *Charondas*

tulerit mutauerit quidue aliud propositum edicendi causa
4 turbauerit, extra ordinem punitur. Si id quod emptum est
neque tradatur neque mancipetur, uenditor cogi potest, ut
5 tradat aut mancipet. Deteriorem seruum facit, qui fugam
suaserit et qui furtum, et qui mores eius corpusue corrupe-
6 rit. Qui ancillam alienam uirginem immaturam corruperit,
poena legis Aquiliae tenebitur.

[XIIIB *SI HEREDITAS VEL QVID ALIVD PETATVR*]

1 In petitione hereditatis ea ueniunt, quae defunctus mor-
tis tempore reliquit, uel ea, quae post mortem ante aditam
2 hereditatem ex ea quaesita sunt. Possessor hereditatis pretia
earum rerum, quas dolo alienauit, cum usuris praestare co-
3 gendus est. *Rerum ex hereditate alienatarum aestimatio in
4 *arbitrio petitoris consist*it*.* Petitio hereditatis, cuius de-
functus litem non erat contestatus, ad heredem non trans-
5 mittitur. *Hereditas pro ea parte peti debet, pro qua ad
*nos pertinet: alioquin plus petendi periculum incurrimus et
6 *causam perdimus. Qui petit hereditatem, ipse probare de-
*bet ad se magis quam ad eum qui possidet siue ex testa-
7 *mento siue ab intestato pertinere. Eas res, quas quis iuris
*sui esse putat, petere potest, ita tamen ut ipsi incumbat
8 *necessitas probandi eas ad se pertinere. Possessor heredi-
*tatis, qui ex ea fructus capere uel possidere neglexit, du-
9 *plam eorum aestimationem praestare cogetur. Ii fructus in
*restitutione praestandi sunt petitori, quos unusquisque dili-
gens pater familias et honestus colligere potuisset.

13B, 1 = *Consultatio* 6, 7 || 13B, 3 *extat in LAE, in LE ante* § 2 || 13B, 4 = *Cons.* 6, 5 || 13B, 5 = *Cons.* 5, 5 || 13B, 6. 7 = *Cons.* 6, 5a. 6 || 13B, 8. 9 = *Appendix* 1, 10. 11

1 mutauerit *M, om. L* || 2 punitur] *requiritur* uindicatur, *ut est in Interpretatione* || 5 eius *L, om. M* || 8 *rubrica ex Consult.* 5, 5. 6, 5. 7 *et Appendice* 1, 10 *restituta est: Consult.* 6, 5 *eam sextam libri primi esse uult* || petitur *App.* || 10 dereliquit *Cons.* || 11 pretia *dett.*, praesentia *ML* || 13 ex *om. L* || extimatione *LE, de A non constat* || 14 consistat *LAE* || *in Parisiensi* 4405 *ante* § 4 *haec leguntur:* interpretatio petitio hereditatis ipsius petitione repelletur || 20 § 7 *uereor ne non recte huic loco restituta sit: nam cum* § 4. 6. 1 *in Cons.* 6, 5. 5a. 7 *huic titulo, qui Consultationis auctori sextus est uindicentur,* § 7 *ex titulo IIII sumpta esse dicitur*

[XIV DE VIA PVBLICA]

1a *Si in agrum uicini uiam publicam quis reiecerit, *in*
*tantum in eum uiae receptae actio dabitur, quanti eius inter-
1 *est, cuius fundo iniuria inrogata est.* Qui uiam publicam
exarauit, ad munitionem eius solus compellitur.

[XV SI QVADRVPES DAMNVM INTVLERIT]

1 Si quadrupes pauperiem fecerit damnumu*e* dederit quidue
depasta sit, in dominum actio datur, ut aut damni aestima-
tionem subeat aut quadrupedem dedat: quod etiam lege Pe-
1a solania de cane cauetur. *Si quis saeuum canem habens in
*plateis uel in uiis publicis in ligamen diurnis horis non re-
1b *degerit, quidquid damni fecerit, a domino soluantur. Si
*quis caballum quodue aliud animal habens scabidum ita
*ambulare permiserit, ut uicinorum gregibus permixtus
*proprium inferat morbum, quidquid damni per eum datum
2 *fuerit, similiter a domino sarciatur.* Feram bestiam in ea
parte, qua populo iter est, colligari praetor prohibet: et ideo,
siue ab ipsa siue propter eam ab alio alteri damnum datum
sit, pro modo admissi extra ordinem actio in dominum uel
3 custodem datur, maxime si ex eo homo perierit. Ei, qui in-
ritatu suo feram bestiam uel quamcumque aliam quadrupe-
dem in se proritauerit eaque damnum dederit, neque in eius
4 dominum neque in custodem actio datur. *In circulatores,
*qui serpentes circumferunt et proponunt, si cui ob eorum
*metu*m* damnum datum est, pro modo admissi actio da-
bitur.

14, 1a. 1 = *Dig.* 43, 11, 3 || 15, 1a. 1b = *Lex Rom. Burg.* 13 || 15, 4 = *Dig.* 47, 11, 11

---

2 in tantum *Mommsen*, tantum *F* || 3 uiae reiectae *dett.* || 5 exarauerit *Dig.* || 6 damnum intulerit *Wisigothi*, pauperiem fecerit *Lex Rom. Burg.* 13 || 7 damnum uel *codices* || 8 ut aut *dett.*, ut ad *L*, aut *M* || 9 quadrupem *ML* || dedat *dett.?*, cedat aut *L*, qui dat *M* || pesolania *dett.*, pesolonia *M*, persolania *L* || 10 cane] *etiam de bipede hoc loco actum esse testatur Lex Rom. Burg.* 13, 1 || 17 populo *L*, populus *M* || 20 perierit *ML*, perierit uel fuerit laesus *dett.* || 25 metu *F*

[XVI FINIVM REGVNDORVM]

In eum, qui per uim terminos deiecit uel amouit, extra ordinem animaduertitur.

[XVII DE SERVITVTIBVS]

1 Viam iter actum aquae ductum, qui biennio usus non
est, amisisse uidetur: nec enim ea usucapi possunt, quae
2 non utendo amittuntur. Seruitus hauriendae aquae uel du-
cendae biennio *omissa* intercidit et biennio usurpata recipi-
3 tur. *Seruitus aquae ducendae uel hauriendae nisi ex capite
*uel ex *f*onte constitui non potest: hodie tamen ex quocum-
que loco constitui solet.

[XVIII DE FAMILIAE HERCISCVNDAE]

1 Arbiter familiae herciscundae plus quam semel dari non
potest: et ideo de his, quae diuisa eo iudicio non sunt, com-
2 muni diuidundo arbiter postulatus partietur. *De omnibus
*rebus hereditariis iudex cognoscere debet et celebrata diui-
3 *sione in semel de omnibus pronuntiet. Iudici familiae her-
*ciscundae conuenit, ut ea, quae quis ex communi accepit,
*aut ipsa aut aestimationem eorum repraesentet, ut inter co-
4 *heredes diuidi possint. Iudex familiae herciscundae nec
*inter paucos coheredes, sed inter omnes dandus est: *alio-*
5 *quin inutiliter datur. Omnes res, quae sociorum sunt, com-
*muni diuidundo *i*udicio inter eos separantur.*

[XIX QVEMADMODVM ACTIONES PER INFITIATIONEM DVPLENTVR]

1 Quaedam actiones si a reo infitientur, duplantur, uelut
iudicati, depensi, legati per damnationem relicti, damni iniu-

16 = *Collatio* 13, 2 || 17, 3 = *Dig.* 8, 3, 9 || 18, 2—5 = *Appendix* 1, 12—15

1 finium *Coll.* 13, 2, de finium *Wisigothi* || 3 *in quibusdam codicibus epitomae Aegidianae* (*Haenel p.* 350) *haec adduntur:* fines terrae per (praeter *codices*) terminos regantur, ne dissipentur: ab utroque quinque pedum loco teneantur, *quae ni fallor non ex Paulo, sed ex Isidori Etymol.* 5, 25, 11 *descripta sunt* || 6 enim] *expectes* tamen || 8 omissa *Sichardus*, actio omissa *codices* || intercedit *M*, interdicitur *L* || 10 ponte *F* || 17 de *Wisigothi cum Appendice* 1, 12: *cf. ad u.* 1 || in semel] *cf. Dig.* 18, 1, 35, 7 || 19 aut ipsa *A*, ut ipsa *reliqui codices* || 21 alioquin inutiliter *Cuiacius*, quin inutil. *uel* qui non util. *codices* || 23 iudicio] in iudicio *codices*

riarum legis Aquiliae, [item de modo agri, cum a uenditore
2 emptor deceptus est.] Ex his causis, quae infitiatione du-
plantur, pacto decidi non potest.

[XX DE FIDEIVSSORE ET SPONSORE]

Inter fideiussores ex edicto praetoris, si soluendo sint, licet singuli in solidum teneantur, obligatio diuidetur.

[XXA]

*In dardanarios propter falsum mensurarum modum ob *utilitatem popularis annonae pro modo admissi extra ordi- *nem uindicari placuit.*

[XXI DE SEPVLCHRIS ET LVGENDIS]

1 Ob incursum fluminis uel metum *ruinae* corpus iam
perpetuae sepulturae traditum sollemnibus redditis sacrificiis
2 per noctem in alium locum transferri potest. Corpus in ci-
uitatem inferri non licet, ne funestentur sacra ciuitatis: et
3 qui contra ea fecerit, extra ordinem punitur. *Intra muros
*ciuitatis corpus sepulturae dari non potest uel ustrina fieri.
4 *Qui corpus perpetuae sepulturae traditum uel ad tempus
*alicui loco commendatum nudauerit et solis radiis ostende-
*rit, piaculum committit: atque ideo, si honestior sit, in in-
5 *sulam, si humilior, in metallum dari solet. Qui sepulchrum
*uiolauerint aut de sepulchro aliquid sustulerint, pro perso-
*narum qualitate aut in metallum dantur aut in insulam de-
6 *portantur. Qui sepulchrum alienum effregerit uel aperuerit
*eoque mortuum suum alienumue intulerit, sepulchrum uio-
7 *lasse uidetur. Vendito fundo religiosa loca ad emptorem
8 *non transeunt nec in his ius inferre mortuum habet. Qui
*monumento inscriptos titulos eraserit uel statuam euerterit
*uel quid ex eodem traxerit, lapidem columnamue sustulerit,
9 *sepulchrum uiolasse uidetur. In eo sarcophago uel solo,

20A = *Dig.* 48, 19, 37 || 21, 3—9 *suppletae sunt ex Vesontino* (*Cuiacii Obseru.* 21, 13)

---

1 item . . . 2 est *spuria esse docuit Rudorff Zeitschrift für geschichtl. Rechtswissenschaft* 15 *p.* 417 *sqq.*, *cf.* 2, 17, 4 || cum . . . 2 est *M*, cum uenditore *L* || 5 sint *dett.*, sit *L*, species *M* || 12 ruinae *Vesontinus et Vaticanus reg.* 1128, *om. Wisigothi* || 13 redditis *M*, *om. L* || 14 ciuitate *ML*

*ubi corpus iam depositum est, aliud corpus inferri non po-
test, et qui intulerit reus sepulchri uiolati postulari potest.
10 Qui alienum mortuum sepelierit, si in funus eius aliquid im-
penderit, recipere id ab herede uel a patre uel a domino po-
11 test. *Maritus id quod in funus uxoris impendit ex dote
12 *retinere potest. Neque iuxta monumentum neque supra
*monumentum habitandi ius est: attactu enim conuersationis
*humanae piaculum admittitur: et qui contra ea fecerit, pro
*qualitate personae uel opere publico uel exilio multatur.
13 *Parentes et filii maiores sex annis anno lugeri possunt, mi-
*nores mense: maritus decem mensibus et cognati proximio-
*ris gradus octo. qui contra fecerit, infamium numero habe-
14 *tur.* Qui luget, abstinere debet a conuiuiis ornamentis
15 *purpura* et alba ueste. Quidquid in funus erogatur, inter
16 aes alienum primo loco deducitur. *Corpora animaduerso-
rum quibuslibet petentibus ad sepulturam danda sunt.

LIBER SECVNDVS

[I DE REBVS CREDITIS ET DE IVREIVRANDO]

1a *Praesidis prouinciae officiales, quia perpetui sunt, mu-
1b *tuam pecuniam dare et fenebrem exercere possunt. Prae-
*ses prouinciae mutuam pecuniam fenebrem sumere non
1 *prohibetur.* In pecuniariis causis si alter ex litigatoribus
iusiurandum deferat, audiendus est: hoc enim et compendio
2 litium et aequitatis ratione prouisum est. Deferre iusiuran-
dum prior actor potest: contrarium autem de calumnia iusiu-
3 randum reo competit. Si, reus cum iurare uelit, actor illi

21, 11—13 *ex Vesontino suppletae sunt* (*Cuiacii Obseru.* 21, 13) || 21, 16 = *Dig.* 48, 24, 3 || 1, 1a. 1b = *Dig.* 12, 1, 34

8 § 10 *hoc loco collocat Vesontinus, post* § 15 *collocant Wisigothi* || 4 ab *M*, hab eo *L* || 10 sex] decem *Huschke, cf. Vat.* 321 || minores mense] *haec corrupta esse docent Vat.* 321: cum minores liberi tot mensibus elugentur, quot annorum decesserint, usque ad trimatum: minor trimo non lugetur, sed sublugetur: minor anno neque lugetur neque sublugetur || 13 et a conuiuiis et ornamentis *L* || 14 purpura *Vesontinus, om. Wisigothi* || 24 *paragrapho* 1 *in Basileensi C III* 1 *subiunguntur in modum rubricae haec* de dubiis rebus solum iurare debere *et in modum sententiae haec* qui suspectus dicitur, cum nulla ueritas petitori in eo exprimitur, qui calumniam se pati dicit: *quae ex interpretationibus* §§ 1. 2 *corrupta esse palam est* || 26 competit *M*, competet *L*

necessitatem iurisiurandi remisit et hoc liquido appareat,
4 actio in eum non datur. Heredi eius cum quo contractum
est iusiurandum deferri non potest, quoniam contractum ignorare potest.

5 Si qui de debito quocumque modo confessus docetur, ex ea re actio creditori non datur, sed ad solutionem compellitur.

[II DE PECVNIA CONSTITVTA]

1 Si id, quod mihi L. Titius debet, soluturum te consti-
2 tuas, teneris actione pecuniae constitutae. *Idem est et si
3 *ei qui bona fide mihi seruit constitutum fuerit. Si quis
*duobus pecuniam constituerit TIBI AVT TITIO, etsi stricto iure *propri*a* action*e* pecuniae constitutae manet obligatus, etiamsi *Titio soluerit, tamen per exceptionem adiuuatur.*

[III DE CONTRACTIBVS]

Stipulatio est uerborum conceptio, ad quam quis congrue interrogatus respondet: uelut SPONDES? SPONDEO: DABIS? DABO: PROMITTIS? PROMITTO: FIDEI TVAE ERIT? FIDEI MEAE ERIT: et tam pure quam sub condicione concipi potest.

[IV DE COMMODATO ET DEPOSITO PIGNORE FIDVCIAVE]

1 Quidquid in rem commodatam ob morbum uel aliam ra-
2 tionem impensum est, a domino recipi potest. Si facto incendio ruina naufragio aut quo alio simili casu res commodata amissa sit, non tenebitur eo nomine is cui commodata est, nisi forte, cum posset rem commodatam saluam facere, suam
3 praetulit. Seruus uel *equus a* latronibus uel in bello *occisi*,

---

2, 2 = *Dig.* 13, 5, 6 || 2, 3 = *Dig.* 13, 5, 30

---

5 si *dett.*, ei *ML* || de debito *M*, debito *L*, debitum *dett.* || 10 *in Dig. praecedunt haec Vlpiani uerba:* seruo quoque constitui posse constat et, si seruo constituatur domino solui uel ipso seruo, qualemqualem seruum domino adquirere obligationem || 13 propri actioni *F* || 18 fidei meae erit *dett.*, *om. ML* || 20 fiduciaue *M*, fidutiae *L*, et fiducia *Lex Rom. Burg.* 13, 4 || 25 possit *ML* || 26 equus *Sichardus*, alias ecus *codices* || a latronibus . . . *p.* 62, 1 sunt *scripsi*, si a latr. uel in bello (bellum *L*) in (uel *L*) aliam causam commodati occisi sunt

si in aliam causam commodati sunt, actio commodati datur: custodia enim et diligentia rei commodatae praestanda est.

4 Si rem aestimatam tibi dedero, ut ea distracta pretium ad me deferres, eaque perierit: si quidem ego te rogaui, meo periculo perit: si tu de uendenda promisisti, tuo periculo perit.

[V DE PIGNORIBVS]

1 Creditor si simpliciter sibi pignus depositum distrahere uelit, ter ante denuntiare debitori suo debet, ut pignus luat,
2 ne a se distrahatur. Fetus uel partus eius rei quae pignor*i* data est pignoris iure non tenetur, nisi hoc inter contrahentes conuenerit.

3 Compensatio debiti ex pari specie et causa dispari admittitur: uelut si pecuniam tibi debeam et tu mihi pecuniam debeas, aut frumentum aut cetera huiusmodi, licet ex diuerso contractu, compensare uel deducere deb*es*: si totum peta*s*, plus petendo causa cadi*s*.

[VI DE EXERCITORIBVS ET INSTITORIBVS]

Filius familias si uoluntate patris nauem exerceat, patrem in solid*um* ob ea quae salua receperit obligat.

[VII AD LEGEM RHODIAM]

1 Leuandae nauis gratia iactus cum mercium factus est, omnium intributione sarci*a*tur, quod pro omnibus iactum est.

---

codices: cf. Interpretatio si seruum uel equum uel quaecumque alia aliquis ab altero ad usus tantummodo seruiendi commodata susceperit et eos ad pugnam uel ubi uitae periculum incurrant duxerit

5 de uendenda *M*, te uendenda *L*, defendenda *dett.*: si rem acceptam non rogante domino, sed promittente eo qui accepit, dum uelit uenumdare, perdiderit *Interpretatio: fortasse* si tu te uenditurum promisisti *scr.* || 10 pignori] pigneris *codices* || 11 non tenetur *L cum Interpr.*, retinetur *M* (*similiter ad* 63, 2), continentur *uel* tenetur *dett.* || 13 paris speciei et ex causa *Huschke* || 16 debes . . . petas . . . 17 cadis *Cuiacius*, debuit (debitum *M*) . . . petat . . . cadit *codices* || 18 et institoribus *del. Cuiacius* || 20 solido *codices* || 22 iactus commercium factus *L*, iactus (iactus** *M*a) conmercium factum *M* || 23 sarciantur *codices* || iactum *L*, datum *M*

2 (3) Naue uel arbore ui tempestatis amissa uectores ad contribu-
tionem non tenentur, nisi ipsis arborem salutis causa eruen-
3 (2) tibus nauis salua sit. Iactu nauis leuata si perierit, extractis
aliorum per urinatores mercibus eius *quoque* rationem haberi
4 placuit, qui merces salua naue iactauit. Leuandae nauis gra-
tia merces in scapham transiectas atque ideo amissas intri-
butione earum quae in naui saluae sunt refici conuenit: naue
autem perdita conseruatae cum mercibus scaphae ratio non
5 habetur. Collatio intributionis ob iactum salua naue fieri
debet.

[VIII DE INSTITORIBVS]

1 Sicut commoda sentimus ex actu praepositi institoris,
ita et incommoda sentire debemus. et ideo *qui* seruum siue
filium filiamue familias siue ancillam praeposuit negotio uel
mercibus exercendis, eorum nomine in solidum conuenitur.
2 Si quis pecuniae fenerandae agroque colendo, condendis uen-
dendisque frugibus praepositus est, ex eo nomine quod cum
illo contractum est in solidum fundi dominus obligatur: nec
3 interest, seruus an liber sit. Quod cum discipulis eorum,
qui officinis tabernis praesunt contractum est, in magistros
uel institores tabernae in solidum actio datur.

[IX DE IN REM VERSO]

1 Seruus uel filius familias si acceptam pecuniam in rem
patris uel domini uerterit, hoc modo: agrum puta colendo,
domum fulciendo, mancipia uestiendo, mercando uel credi-
tori soluendo uel quid tale faciendo, de in rem uerso in soli-
dum uel patrem uel dominum obligat: si tamen ob hanc cau-
2 sam pecunia data sit. *Filius familias si in id acceperit
*mutuam pecuniam, ut eam pro sorore sua in dotem daret,

9, 2 = *Dig.* 14, 6, 17

2 non tenentur *L*, reteneantur *M* || 4 quoque eius *codices* || 6 transiectas a. i. amissas *Cuiacius*, transiectae a. i. amissae *codices* || 9 obiectum *codices* || 13 qui *edd.*, in eum qui *codices* || 14 filiamuel *ML* || negotio *dett.*, negotii *M*, negotium *L* || 16 condendis *confirmat Interpretatio*, coemendis *Cuiacius* || 20 magistris uel institoribus *codices* || 24 colendo *dett.*, colendum *ML* || 27 *uerba* si tamen *sqq. nescio quo modo corrupta esse docent Dig.* 15, 3, 3 § 1. 5 § 3

*pater eius de in rem uerso actione tenebitur: ipsi enim *mortua in matrimonio puella repetitio dotis datur.*

[X DE SENATVS CONSVLTO MACEDONIANO]

Qui filio familias contra interdictum amplissimi ordinis pecuniam mutuam crediderit, post mortem patris ex eo quod uiuo patre credidit cum eo agere non potest.

[XI AD SENATVS CONSVLTVM VELLEIANVM]

1 In omni genere negotiorum et obligationum tam pro ui-
2 ris quam pro feminis intercedere mulieres prohibentur. Mu-
lier, quae pro tutoribus filiorum suorum indemnitatem pro-
3 misit, ad beneficium senatus consulti non pertinet. *Si
*decipiendi animo, uel cum sciret se non teneri, mulier pro
*aliquo intercesserit, exceptio ei senatus consulti non datur:
*actionem enim, quae in dolum mulieris competit, amplissi-
4 *mus ordo non excludit. Procurator si mandatu mulieris pro
*alio intercesserit, exceptione senatus consulti Velleiani adiu-
uatur, ne alias actio intercidat.

[XII DE DEPOSITO]

1 *Deponere possumus apud alium id quod nostri iuris est
2 *uel alieni. Depositum est quasi diu positum. seruandum
3 *est, quod ad breue tempus custodiendum datur. Deponere
*uidetur qui in metu ruinae incendii naufragii apud alium
4 *custodiae causa deponit. Deponere uidetur et is, qui su-
*spectam habens uel minus idoneam custodiam domus uel
*uim latronum timens apud aliquem rem custodiendam com-
5 *modat.* Si sacculum uel argentum signatum deposuero, et
is penes quem depositum fuit me inuito contrectauerit, et
5ª depositi et furti actio mihi in eum competit. *Si ex permissu

---

11, 3. 4 = *Dig.* 16, 1, 30 ‖ 12, 1—4 = *Collatio* 10, 7, 1—4 ‖ 12, 5 = *Collatio* 10, 7, 5. *Dig.* 16, 3, 29 *pr.* ‖ 12, 5ª = *Dig.* 16, 3, 29, 1

---

10 pro, *quod tuetur Interpretatio, del. Cuiacius secutus Cod.* 4, 29, 6 *pr.* 5, 46, 2: *fuerit fortasse* pro negotiis pupillorum a se administrandis ‖ 23 deponit *Coll.*ᵖ, de deposito *Coll.*ʷ, *om. Coll.*ᵛ ‖ 26 signatum *ML cum Interpret. et Dig., om. dett. cum Coll.*: *fuitne* si sacculum signatum?

*meo deposita pecunia is penes quem deposita est utatur, ut
*in ceteris bonae fidei iudiciis usuras eius nomine praestare
6 *mihi cogitur. Ob res depositas dolus tantum praestari solet.
6a *Latae culpae finis est non intellegere id quod omnes intelle-
7 *gunt.* In iudicio depositi ex mora et fructus ueniunt et
8 usurae rei depositae praestantur. *Si quis rem penes se de-
*positam apud alium deposuerit, tam ipse directam, quam is
*qui apud eum deposuit utilem actionem depositi habere pos-
9 *sunt. Si pecuniam deposuero *eaque uti* tibi *per*misero, mu-
*tua magis uidetur quam deposita, ac per hoc periculo tuo
10 *erit. Si rem apud te depositam uendideris eamque *post-*
**quam* redemeris perdideris, semel admisso dolo perpe-
11 *tua depositi actione teneberis. Ex causa depositi lege duo-
*decim tabularum in duplum actio datur, edicto praetoris in
12 *simplum.* In causa depositi compensationi locus non est,
sed res ipsa reddenda est.

[XIII]

1 Debitor distractis fiduciis a creditore de superfluo ad-
1a uersus eum habet actionem. *Si autem tardius superfluum
*restituat creditor id quod apud eum depositum est, ex mora
*etiam usuras debitori hoc nomine praestare cogendus est.
1b *Cum debitor gratuita pecunia utatur, potest creditor de fruc-
*tibus rei sibi pigneratae ad modum legitimum usuras reti-
2 *nere.* Quidquid creditor per fiduciarium seruum quaesi-
3 uit, sortem debiti minuit. Debitor creditori uendere fiduciam
non potest: sed alii si uelit uendere potest, ita ut ex pretio
eiusdem pecuniam offerat creditori, atque ita remancipatam
4 sibi rem emptori praestet. Si per suppositam personam cre-
ditor pignus suum inuito debitore comparauerit, emptio non
uidetur et ideo quandoque lui potest: ex hoc enim causa pi-

12, 6 = *Collatio* 10, 7, 6 || 12, 6a = *Dig.* 50, 16, 223 || 12, 7—11 = *Collatio* 10, 7, 7—11 || 13, 1a = *Dig.* 13, 7, 7 || 13, 1b = *Dig.* 20, 2, 8

5 et fructus] *Coll.*, fructus *codices* || 6 praestantur *Coll.*, postulantur *L*, postulentur *M* || 7 direptam *codices* || 9 eaque uti *Bluhme*, eam hanc quem (*em. in* que) *Coll.*p, eamque *Coll.*w *Coll.*v || promisero *Coll.*w *Coll.*v, commissero *Coll.*p || 11 postquam redemeris] redemeris postquam *Coll.*p, redem. eam postquam *Coll.*w, redem. eamque postquam *Coll.*v, redem. post eam *Cuiacius* || perpetua *Coll.*v, perpetuam *Coll.*p, perpetuo *Coll.*w || 17 *rubricam* de lege commissoria, *quam codices inter* § 5 *et* 6 *inserunt, huic loco restituerunt edd.*

5 gnoris uel fiduciae finiri non potest. Si inter creditorem et
debitorem conuenerit, ut fiduciam sibi uendere non liceat,
non soluente debitore creditor denuntiare ei sollemniter potest et distrahere: nec enim in tali conuentione fiduciae actio
nasci potest.

[DE LEGE COMMISSORIA]

6 Si creditor rem fiduciae datam uni ex heredibus uel extraneo legauerit, aduersus omnes heredes actio fiduciae com-
7 petit. Si creditor rem fiduciariam fecerit meliorem, ob ea
recuperanda qu*ae* impendit iudicio fiduciae debitorem habe-
8 bit obnoxium. Nouissimus creditor priorem obl*ata* pecuni*a*,
quo possessio in eum transferatur, dimittere potest. sed et
prior creditor secundum creditorem, si uoluerit, dimittere
non prohibetur, quamquam ipse in pignore potior sit.

9 Seruus si mutuam pecuniam tempore seruitutis acceperit, ex ea obligatione post manumissionem conueniri non
potest.

[XIV DE VSVRIS]

1 Si pactum nudum de praestandis usuris interpositum sit,
nullius est momenti: ex nudo enim pacto inter ciues Roma-
2 nos actio non nascitur. Vsurae supra centesimam solutae sor-
3 tem minuunt, consumpta sorte repeti possunt. Traiecticia
pecunia propter periculum creditoris, quamdiu nauigat na-
4 uis, infinitas usuras recipere potest. Vsurae, quae centesi-
5 mam excedunt, per errorem solutae repeti possunt. Si quis
pignora debitoris citra auctoritatem iudicantis abduxerit,
5a uiolentiae crimen admittit. *Si tutor constitutus quos inue-
*nerit debitores non conuenerit ac per hoc minus idonei effi-
*ciantur, uel intra sex primos menses pupillares pecunias
*non collocauerit, ipse in debitam pecuniam et in usuras
6 *eius pecuniae quam non fenerauit conuenitur*. Tutor in
usuras non conuenitur, si pecuniam pupillarem ideo non col-

14, 5a = *Dig.* 26, 7, 15

4 in] ex *Cuiacius* || 10 quae *Sichardus*, quod *codices* || 11 priorem *L*, *om.* *M* || oblata pecunia quo *Cuiacius*, obligata pecunia a quo *dett.*, obligatam pecuniam quo *ML* || 16 ex *om.* *M*a*L*

locauit, quod idonea nomina non habebat, cui pecunia collo-
cetur: cuius rei contestatio apud praesidem prouinciae de-
7 ponenda est. *Ob fenus pupillaris pecuniae per contumaciam
*non exercitum aut fundorum omissam comparationem tutor,
*si non ad damnum resarciendum idoneus est, extra ordinem
coercebitur.

[XV DE MANDATIS]

1 Ob subitam ualetudinem, ob necessariam peregrinatio-
nem, ob inimicitiam et inanes rei actiones integra adhuc cau-
2 sa mandati negotio renuntiari potest. Si meis nummis man-
dato tuo aliquid tibi comparauero, etsi rem postea accipere
nolis, mandati actio mihi aduersus te competit. non enim
tantum quod impensum est, sed *et* usuras eius consequi pos-
3 sum. Certo pretio rem iussus distrahere si minoris uendi-
derit, mandati iudicio pretii summa poterit integrari: uendi-
tionem enim dissolui non placuit.

[XVI PRO SOCIO]

Sicut lucrum, ita damnum inter socios communicatur:
nisi quid culpa socii uel fraude euersum sit.

[XVII EX EMPTO ET VENDITO]

1 Venditor si eius rei quam uendidit dominus non sit,
pretio accepto auctoritatis manebit obnoxius: aliter enim non
2 potest obligari. Si res simpliciter traditae euincantur, tanto
uenditor emptori condemnandus est, quanto si stipulatione
3 pro euictione cauisset. Res empta mancipatione et traditione
perfecta si euincatur, auctoritatis uenditor duplo tenus obli-
4 gatur. Distracto fundo si quis de modo mentiatur, in duplo

14, 7 = *Dig.* 26, 7, 49 || 15, 1 *ex parte* = *Dig.* 17, 1, 24

1 pecunia collocentur *ML*, pecuniae collocentur *dett.* || 9 ob inanes rei actiones *L*, ob inanis rei actionem *M*, seu ob inanes rei actiones *Dig.* || integra adhuc *tuetur Interpretatio: secundum Inst.* 3, 26, 11 *Dig.* 17, 1, 23—25 *expectes* nec integra || 10 negotio *L*, negotium *M* || 12 non enim] *expectes* nec || 13 et *om. codices* || 16 enim *ML*, *om. dett.* || 26 duplo tenus *ML*, nullatenus *Vesontinus teste Cuiacio Obseru.* 21, 15 || 27 *ante* § 4 *codices inserunt rubricam* de modo || de modo *M*, de modo id est de spatio *L*, *cf. ad p.* 68, 1

eius quod mentitus est officio iudicis aestimatione facta con-
5 uenitur. Redhibitio uitiosi mancipii intra sex menses fieri
6 potest propter latens uitium. Si ut seruum quis pluris uen-
deret, de artificio eius uel de peculio mentitus est, actione ex
empto conuentus quanto minoris ualuisset emptori praestare
7 compellitur, nisi paratus sit eum redhibere. Ex die emptio-
nis, [si pars pretii numerata sit,] et fructus et operae *seruo-
rum* et fetus pecorum et ancillarum partus ad emptorem per-
8 tinent. Fundum alienum mihi uendidisti: postea idem ex
causa lucratiua meus factus est: competit mihi aduersum te
9 *ad* pretium recuperandum actio ex empto. Post rem tradi-
tam nisi emptor pretium statim exsoluat, usuras eius prae-
10 stare cogendus est. Mutus emere et uendere potest: furio-
11 sus autem neque uendere neque emere potest. Seruus bona
fide comparatus si ex ueteri uitio fugerit, non tantum pre-
tium dominus, sed *et* ea quae per fugam abstulit reddere
12(13) cogitur. Cum probatio prioris fugae defecerit, serui respon-
sioni credendum est: in se enim interrogari, non pro domino
13(14) aut in domin*um* uidetur. In eo contractu, qui ex bona fide
descendit, instrumentorum obl*a*tio sine causa desideratur, si
13a quo modo u*eri*tas de fide contractus possit ostendi. *Instru-
*mentorum nomine ea omnia accipienda sunt, quibus causa
*instrui potest: et ideo tam testimonia quam personae instru-
14(15) *mentorum loco habentur.* Fundus eius esse uidetur, cuius
nomine comparatus est, non a quo pecunia numerata est, si
15(12) tamen fundus comparatori sit traditus. *Heredibus debitoris
*aduersus creditorem, qui pignora uel fiducias distraxit,
*nulla actio datur, nisi a testatore inchoata ad eos transmissa

17, 13a = *Dig.* 22, 4, 1 || 17, 15 = *Consultatio* 6, 8

1 officio *L*, de modo id est de spatio *M* || 3 uitium *dett.*, uitio *ML* || 7 si pretium numeratum sit *Vesontinus teste Cuiacio Obseru.* 21, 15: *Huschke hoc comma, quod ad reliquum huius sententiae argumentum non quadrat* (*cf. u. g. Dig.* 19, 1, 13 §§ 10. 13. 18, 6, 7 *pr.*), *post* 10 factus est *transposuit* || seruorum *Cuiacius*, eius *codices* || 10 conpetet *M* || 11 ad *om. codices* || 14 bona fide *dett.*, bonus fide *L*, bonus de *M* || 16 dominus] *expectes* prior dominus *uel* uenditor || et *om. codices* per *dett.*, in *ML* || 17 cogitur *L*, cogetur *M* || 19 in domino *codices* || 20 oblatio *Cuiacius*, obligatio *codices* || desideratur *L*, demonstratur *M* || 21 ueritas *Cuiacius*, uoluntas *codices*

16 *sit.* Electo reo principali fideiussor uel heres eius liberatur. non *idem* in mandatoribus obseruatur.

[XVIII DE LOCATO ET CONDVCTO]

1 Homo liber, qui statum suum in potestate habet, et peio*rem* eum et meliorem facere potest: atque ideo operas suas
2 diurnas nocturnasque locat. Fundi deterioris facti et culturae non exercitatae et aedificiorum non refectorum culpa
3 arbitrio iudicis domino a conductore sarciri potest. *Dominus horreorum effractis et compilatis horreis non tenetur, *nisi custodiam eorum recepit: serui tamen eius cum quo *contractum est propter aedificiorum notitiam in quaestionem
4 *peti possunt. In conducto fundo si conductor sua opera ali*quid necessario uel utiliter auxerit uel aedificauerit uel in*stituerit, cum id non conuenisset, ad recipienda ea quae *impendit ex conducto cum domino fundi experiri potest.
5 *Qui contra legem conductionis fundum ante tempus sine *iusta ac probabili causa deseruerit, ad soluenda*s* totius tem*poris pensiones ex conducto conueniri potest, quatenus loca*tori in id quod eius interest indemnitas seruetur.*

[XIX DE NVPTIIS]

1 Sponsalia tam inter puberes quam inter impuberes con-
2 trahi possunt. Eorum qui in potestate patris sunt sine uoluntate eius matrimonia iure non contrahuntur, sed contracta non soluuntur: contemplati*o* enim publicae utilitatis priua-
3 torum commod*is* prae*fe*rtur. *Inter parentes et liberos iure *ciuili matrimonia contrahi non possunt: nec filiam sororis

18, 3—5 = *Dig.* 19, 2, 55 ‖ 19, 3—5 *Collatio* 6, 3

2 idem *Cuiacius*, enim *codices* ‖ 3 *Schulting ad hunc titulum rettulit Legem Rom. Burgund.* 35: arra pro quibuscumque rebus a uenditore accepta ab eo qui emit uenditionem perfectam esse. pretium tamen postmodum emptor uenditori impleturus (emptore uenditori impleturo *Huschke*), si aut inter ipsos conuenerit aut uirorum bonorum aestimatione constiterit, secundum speciem Pauli ‖ 4 peiorem *dett.*, peiorare *L*, periurare *M* ‖ 5 eum *M*, *om.* *L* ‖ 6 deteriores *M* ‖ 7 exercitati *M* ‖ culpa *dett.*, culpam *ML* ‖ 17 soluenda *F* ‖ 22 sunt sine *M*, *om.* *L* ‖ 23 eius *M*, patris *L* ‖ iure non *M*, iure L^b, *om.* L^a ‖ 24 contemplatio . . . 25 commodis praefertur *Sichardus*, contemplatione . . . commoda praeferuntur *codices* ‖ 25 iure ciuili *ante* 26 nec *collocat Huschke*

*aut neptem uxorem ducere *possumus*: proneptem aetatis
4 *ratio prohibet. Adoptiua cognatio impedit nuptias inter pa-
*rentes ac liberos omnimodo, inter fratres eatenus, quatenus
5 *capitis minutio non interuenit. Nec socrum nec nurum *nec*
*priuignam nec nouercam aliquando citra poenam incesti
*uxorem ducere licet, sicut nec amitam aut materteram. sed
*qui uel cognatam contra interdictum duxerit, remisso mu-
*lieri iuris errore ipse poenam adulterii lege Iulia patitur,
6 *non etiam ducta.* Inter seruos et liberos matrimonium con-
7 trahi non potest, contubernium potest. Neque furiosus neque
furiosa matrimonium contrahere possunt: sed contractum
8 matrimonium furore non tollitur. Vir absens uxorem ducere
9 potest: femina absens nubere non potest. Libertum, qui ad
nuptias patronae uel uxoris filiaeque patroni adfectauerit, pro
dignitate personae metalli poena uel operis publici coerceri
10 placuit. *Si quis officium in aliqua prouincia administrat,
*inde oriundam uel ibi domicilium habentem uxorem ducere
*non potest, quamuis sponsare non prohibeatur: ita scilicet,
*ut, si post officium depositum noluerit mulier nuptias contra-
*here, liceat ei hoc facere arris tantummodo redditis qu*as*
11 *acceperat. Veterem sponsam in prouincia, qua quis admi-
*nistrat, uxorem ducere potest, et dos data non fit caduca.
12 *Qui in prouincia aliquid administrat, in ea prouincia filias
*suas in matrimonium collocare et dotem constituere non pro-
13 *hibetur. Non est matrimonium, si tutor uel curator pupil-
*lam suam intra uicesimum et sextum annum non despon-
*sam a patre nec testamento destinatam ducat uxorem uel
*eam filio suo iungat: quo facto uterque infamatur et pro di-
*gnitate pupillae extra ordinem coercetur: nec interest, filius
14 *sui iuris an in patris potestate sit. Curatoris libertum eam
*pupillam, cuius patronus res administrat, uxorem ducere
satis inciuile est.

[XX DE CONCVBINIS]

1 Eo tempore, quo quis uxorem habet, concubinam habere
non potest. concubina igitur ab uxore solo dilectu separatur.

19, 3—5 = *Collatio* 6, 3 || 19, 10—12 = *Dig.* 23, 2, 38 || 19, 13. 14 = *Dig.* 23, 2, 66

1 possumus] non possumus *codices* || 4 nec priuignam] priuignam *codices* || 7 qui uel *Coll.*^{w}, uel qui *Coll.*^{v}, uel *Coll.*^{p} || 20 quos *F* || 26 desponsam F^1, desponsatam F^2 || 34 concubina *ML* || 35 *ante* concubina igitur *nonnulla intercidisse monuit Huschke*

2 *Concubinam ex ea prouincia, in qua quis aliquid adminis-
trat, habere potest.

[XXIA *DE MVLIERIBVS QVAE SE SERVIS ALIENIS IVNXERINT VEL AD *SENATVS CONSVLTVM CLAVDIANVM]

1 *Si mulier ingenua ciuisque Romana uel Latina alieno se
*seruo coniunxerit, si quidem inuito et denuntiante domino in
2 *eodem contubernio perseuerauerit, efficitur ancilla. Si seruo
*pupilli ingenua mulier se coniungat, denuntiatione tutoris
3 *efficitur ancilla. Mulier et si . . . . . , tamen ei quae se seruo
4 *iunxerit denuntiando adquirit ancillam. Procurator et filius
*familias et seruus iussu patris aut domini denuntiando faci-
5 *unt ancillam. Si peculiari seruo filii familias libera se mu-
*lier coniunxerit, nulla dis*quisit*ione paternae uoluntatis iure
6 *sollemni decurso adquiret ancillam. Liberta sciente patrono
*alieni serui secuta contubernium eius qui denuntiauit effi-
7 *citur ancilla. Liberta si ignorante patrono seruo se alieno
*coniunxerit, ancilla patroni efficitur ea condicione, ne ali-
8 *quando ab eo ad ciuitatem Romanam perducatur. Filii fa-
*milias seruo, quem ex castrensi peculio habet, si se inge-
*nua mulier coniunxerit, eius denuntiatione efficitur ancilla.
9 *Filia familias si inuito uel ignorante patre seruo alieno se
*iunxerit, etiam post denuntiationem statum suum retinet,
*quia facto filiorum peior condicio parentum fieri non potest.
10 *Filia familias si iubente patre inuito domino serui alieni
*contubernium secuta sit, ancilla efficitur, quia parentes de-
11 *teriorem filiorum condicionem facere possunt. Liberta serui
*patroni contubernium secuta etiam post denuntiationem in
*eo statu manebit, quia domum patroni uidetur deserere no-
12 *luisse. Errore quae se putauit ancillam atque ideo alieni
*serui contubernium secuta est, *si* postea liberam se sciens
13 *in contubernio eodem perseuerauerit, efficitur ancilla. Si
*patrona seruo liberti sui se coniunxerit, etiam denuntia-
14 *tione conuentam ancillam fieri non placuit. Mulier ingenua,

20, 2 = *Dig.* 25, 7, 5 || 21A *ex Vesontino restituit Cuiacius Obseru.* 21, 16

9 si * tamen *Cuiacius: perierunt fere* sub tutela sit *(sic Puchta) uel* tutorem habeat || 13 disquisitione *Huschke,* discione *Vesont.* || 14 adquiret] filius adq. *scr.* || 30 si *Rittershusius, om. Vesont.*

*quae se sciens seruo municipum iunxerit, etiam citra de-
*nuntiationem ancilla efficitur: non item, si nesciat. nescisse
*autem uidetur, quae comperta condicione contubernio se
15 *abstinuit, aut libertum putauit. Libera mulier contuber-
*nium eius secuta, qui plures dominos habuit, eius fit ancilla,
16 *qui prior denuntiauit, nisi forte ab omnibus factum sit. Si
*mater seruo filii se iunxerit, non tollit senatus consultum
*Claudianum erubescendam matris etiam in re turpi reue-
*rentiam exemplo eius, quae se seruo liberti sui coniunxerit.
17 *Tribus denuntiationibus conuenta etsi ex senatus consulto
*facta uideatur ancilla, domino tamen adiudicata citra aucto-
*ritatem interpositi per praesidem decreti non uidetur: ipse
18 *enim debet auferre qui dare potest libertatem. Filia fami-
*lias mortuo patre si in serui contubernio perseuerauerit,
*pro tenore senatus consulti Claudiani conuenta efficitur an-
cilla.

[XXI B DE DOTIBVS]

1 Dos aut antecedit aut sequitur matrimonium, et ideo uel
ante nuptias uel post nuptias dari potest: sed ante nuptias
1a data earum expectat aduentum. *Mutus surdus caecus dotis
1b *nomine obligantur, quia et nuptias contrahere possunt. Ma-
*nente matrimonio non perditurae uxori ob has causas dos
*reddi potest: ut sese suosque alat, ut fundum idoneum
*emat, ut in exsilium uel in insulam relegato parenti prae-
*stet alimonia, aut ut egentem uirum, fratrem sororemue
sustineat.

2 Lege Iulia de adulteriis cauetur, ne dotale praedium maritus inuita uxore alienet.

[XXII DE PACTIS INTER VIRVM ET VXOREM]

1 Fructus fundi dotalis constante matrimonio percepti lucro
mariti cedunt, etiam pro rata anni eius, quo factum est diuor-
2 tium. Omnibus pactis stipulatio subici debet, ut ex stipu-
latu actio nasci possit.

21B, 1a. 1b = *Dig.* 23, 3, 73

2 item *Arndts*, idem *Vesont.* || 25 uirum] filium ex alio uiro *Mommsen*

[XXIII DE DONATIONIBVS INTER VIRVM ET VXOREM]

1 Mortis causa donatio est, quae impendentis metu mortis
fit, ut ortu ualetudinis peregrinationis nauigationis uel belli.
2 Manumissionis gratia inter uirum et uxorem donatio fauore
libertatis recepta est, *uel* certe quod nemo ex hoc fiat locu-
pletior: ideoque seruum manumittendi causa inuicem sibi
3 donare non prohibentur. Inter uirum et uxorem nec per in-
4 terpositam personam donatio fieri potest. Inter uirum et uxo-
rem contemplatione donationis imaginaria uenditio contrahi
5 non potest. Superstite eo qui matrimonii tempore donaue-
rat, ante decedente cui fuerat donatum, id quod donatum est
penes donatorem remanet. *quod si simul tam is cui donatum
*est quam is qui donau*it decess*erit, quaestionis decidendae
*gratia magis placuit ualere donationem, quod donator non su-
6 *peruiuat, qui rem condicere possit.* Quocumque tempore
contemplatione mortis inter uirum et uxorem donatio facta
7 est, morte secuta conualescit. *Si quis uxori ea condicione
*donauit, ut quod donauit in dotem accipiat, defuncto eo do-
natio conualescit.

[XXIIIA]

*Mulier si in rem uiri damnum dederit, pro tenore legis
Aquiliae conuenitur.

[XXIV DE LIBERIS AGNOSCENDIS]

1 Si serua conceperit et postea manumissa pepererit, libe-
2 rum *parit*. Si libera conceperit et ancilla facta pepererit,
3 liberum parit: id enim fauor libertatis exposcit. Si ancilla
conceperit et medio tempore manumissa sit, rursus facta an-

23, 5 = *Dig.* 34, 5, 8 || 23, 7 = *Dig.* 24, 1, 59 || 23A = *Dig.* 9, 2, 56

2 impendentis metu *Huschke*, inpendente metu *M*, inpendentis *L* || 3 ortu *dubitanter scripsi*, ort *M*, est *L* || 5 uel *Sichardus*, uelut *codices* || quod *M*, quidem *L* || ex *M*, *om.* *L* || 7 prohibentur *dett.*, prohibitur *M*, prohibetur *L* || 10 superstite *sqq.*] si inter uirum et uxorem donatio facta fuerit, priore defuncto cui donatum est ad eum res redit qui donauerit *Dig.*, *ubi sequuntur quae supra inde a u.* 12 *suppleuimus* || 13 donauit decesserit *Studemund*, donauerit *F* || 18 defuncti *F* || 25 parit] parit id enim fauor libertatis extorsit *codices* (*ex u.* 26)

cilla pepererit, liberum parit: media enim tempora libertati
4 prodesse, *non* nocere possunt. Ex ea muliere natus, quae ex
causa fideicommissi manumitti debuit, si p*ost* moram liber-
5 tati factam nascatur, ingenuus nascitur. Si mulier diuortio
facto grauidam se sciat, intra tricensimum diem uiro denun-
tiare debet uel patri eius, ut ad uentrem inspiciendum ob-
seruandumque custodes mittant: †quo omisso partum mulieris
6 omnimodo coguntur agnoscere. Si praegnantem se *esse* mu-
lier non denuntiauerit uel custodes uentris missos non ad-
miserit, liberum est patri uel auo natum non alere. ceterum
neglegentia matris, quo minus su*us* patri heres sit, obesse
7 non debet. Si mulier se ex uiro praegnantem neget, permit-
8 titur marito uentrem inspicere et uentri custodes dare. Ven-
ter inspicitur per quinque obstetrices, et quod maxima pars
9 earum denuntiauerit, pro uero habetur. Obstetricem, quae
partum alienum attulit, ut supponi possit, summo supplicio
10 adfici placuit. *Necare uidetur non tantum is qui partum
*p*rae*focat, sed et is qui abicit et qui alimonia denegat et is
*qui publicis locis misericordiae causa exponit, quam ipse
non habet.

[XXIV A]

1 *Adoptare quis nepotis loco potest, etiam si filium non
2 *habet. Eum, quem quis adoptauit, emancipatum uel in
adoptionem datum iterum non potest adoptare.

[XXV QVEMADMODVM FILII SVI IVRIS EFFICIVNTVR]

1 Pater ab hostibus captus desinit habere filios in pote-
state: postliminio reuersus tam filios quam omnia sui iuris
in potestatem recipit, ac si numquam ab hostibus captus sit.
2 Singulae mancipationes uel isdem uel aliis testibus fieri pos-
3 sunt, uel eodem die uel intermisso tempore. Emancipatio

24, 10 = *Dig.* 25, 3, 4 || 24A = *Dig.* 1, 7, 37

2 non *scripsi*, non enim *codices* || 3 si post m. libertati factam *Cuiacius*, si per m. libertatis facta *L*, si m. libertati factam *M* || 7 quo omisso *dett.*, omisso *ML*, quibus missis *Sichardus secutus Interpretationem, sed contra Dig.* 25, 3, 1, 11 || 8 omnimodis *codices* || mulier esse *codices* || 11 suus *Sichardus*, suo *codices* || 18 perfocat *F* || 26 desinit *dett.*, desinet *M*ᵇ*L*, desenet *M*ᵃ || 29 § 2 *om. M*

4 etiam die feriato fieri potest. Apud magistratus municipa-
les, si habeant legis actionem, emancipari et manumitti po-
5 test. Filius familias inuitus emancipari non cogitur.

[XXVI DE ADVLTERIIS]

1 *Capite secundo legis Iuliae de adulteriis permittitur pa-
*tri tam adoptiuo quam naturali adulterum cum filia cuius-
*cumque dignitatis domi suae uel generi sui deprehensum sua
2 *manu occidere. Filius familias pater si filiam in adulterio
*deprehenderit, uerbis quidem legis prope est, ut non possit
3 *occidere: permitti tamen ei debet, ut occidat. Capite quinto
*legis Iuliae cauetur, ut adulterum deprehensum uiginti horas
4 *attestando uicinos retinere liceat. Maritus in adulterio de-
*prehensos non alios quam infames et eos qui corpore quaes-
*tum faciunt, seruos etiam, excepta uxore quam prohibetur,
5 *occidere potest. Maritu*m*, qui uxorem deprehensam cum
*adultero occidit, quia hoc impatientia iusti doloris admisit,
6 *lenius puniri placuit. Occiso adultero dimittere statim ma-
*ritus debet uxorem atque ita triduo proximo profiteri, cum
7 *quo adultero et in quo loco uxorem deprehenderit.* In-
uenta in adulterio uxore maritus ita demum adulterum occi-

26, 1—6 *restitutae sunt ex Vesontino* (*Cuiacii Obseru.* 21, 18) *et Vaticano reg.* 1050, *in quo leguntur post* § 17 *praemissa unicuique sententiae uoce* Interpretatio: 26, 1. 2. 4—6 = *Collatio* 4, 12 ‖ 26, 7. 8 = *Collatio* 4, 12, 6. 7

---

4 *numerus tituli* XXXVII *apud Cuiacium Obseru.* 21, 17 *errore pro* XXVII (*computato scilicet titulo* de modo 2, 17, 4) *scriptus est* ‖ 5 secundum legem *Vatic.* ‖ 6 cuicumque *Vatic.*, cuiusque *Coll.* ‖ 7 sui *Coll.*, *om. Vesont. Vatic.* ‖ sua manu *Coll.*, *om. Vesont. Vatic.* ‖ 8 filius] filia *Vatic.* ‖ si in adulterio filia *Vatic.* ‖ 9 uerbis . . . est *om. Vatic.* ‖ ut non] uel *Vatic.* ‖ 10 permitti t. ei debet *Vesont. Vatic.*, permittitur tamen etiam ei *Coll.* ‖ capite *Vatic. et Vesont. secundum Cuiacii editionem* 1586, rursusque capite *Vesont. secundum Cuiacii Obseru.* 21, 18 ‖ 11 horas *Vatic.*, horis *Vesont.* ‖ 12 adtestandos *Vatic.* ‖ deprehensus *Vatic. Coll.*[w] *Coll.*[v] ‖ 13 quae infamis *Vatic.* ‖ 14 seruus *Vatic.* ‖ etiam *Vesont.*, item *Vatic.*, etiam et liberos *Coll.* ‖ quam p. o. potest] non prohibitur occidere *Vatic.* ‖ 15 maritus *Vatic. Coll.*, *de Vesont. non constat* ‖ deprehensa *Vatic.* ‖ 16 adulterio *Vatic.* ‖ 17 lenius *Vesont.? Coll.*, leuius *Vatic.* ‖ maritus statim dimittere *Vatic.*, *de Vesont. non constat* ‖ 19 inuenta in ad. uxore (inuentam ad. uxorem *Coll.*[p]) maritus (-tum *Coll.*[w]) ita demum adulterum maritus (-tum *Coll.*[w]) occidere potest si eum *Coll.*, inuentam in ad. uxorem (-re *L*) maritus ita demum occidere potest, si adulterum *Wisigothi*

8 dere potest, si eum domi suae deprehendat. Eum, qui in
adulterio deprehensam uxorem non statim dimiserit, reum
9 lenocinii postulari placuit. *Serui uero tam mariti quam
*uxoris in causa adulterii torqueri possunt, nec his libertas
10 *sub specie impunitatis data ualebit. Duos uno tempore
*uxoris adulteros accusari posse sciendum est: plures uero
11 *non posse. Cum his, quae publice mercibus uel tabernis
12 *exercendis procurant, adulterium fieri non placuit. Qui
13 *masculum liberum inuitum stuprauerit, capite punitur. Qui
*uoluntate sua stuprum flagitiumque impurum patitur, di-
*midia parte bonorum suorum multatur, nec testamentum ei
14 *ex maiore parte facere licet. Adulterii conuictas mulieres
*dimidia parte dotis et tertia parte bonorum ac relegatione
*in insulam placuit coerceri: adulteris uero uiris pari in in-
*sulam relegatione dimidiam bonorum partem auferri, dum-
15 *modo in diuersas insulas relegentur. Incesti poenam, quae
*in uiro in insulam deportatio est, mulieri placuit remitti:
*hactenus tamen, quatenus lege Iulia de adulteriis non ap-
16 *prehenditur. Ancillarum sane stuprum, nisi deteriores fiant,
17 *aut per eas ad dominam adfectet, citra noxam habetur.* In
causa adulterii dilatio postulata impertiri non potest.

[XXVII DE EXCVSATIONIBVS TVTORVM]

1 Inimicitiae capitales, quas quis cum patre defuncto habuit, a tutelis excusant, ne paterno inimico pupillus commit-

26, 8. 9 = *Collatio* 4, 12, 7. 8 ‖ 26, 10—12 *ex Vesontino et Vatic. reg.* 1050 *restitutae sunt* (*in Vatic. singulis sententiis praemittitur* Interpretatio): 26, 12 = *Collatio* 5, 2, 1 ‖ 26, 13 = *Collatio* 5, 2, 2: *extat etiam in quodam exemplo editionis Cuiacii* 1566 *a nescio quo adscripta* (*cf. Haubold Opuscula* 2 *p.* 915) *praemissis his* ex Paulli lib. sent. tit. XXXVII (*cf. ad* 75, 4) lege Iulia adulterii ‖ 26, 14—16 *ex Vesontino et Vaticano reg.* 1050 *restitutae sunt* (*in Vaticano ante* 16 adulterii *et* 18 adulteris *et* 20 incesti *additur* Interpretatio) ‖ 26, 17 *cf.* 1, 12, 9

2 dimiserit *Coll.*, dimisit *Wisigothi* ‖ 5 specie] spe *Pithoeus* ‖ 6 uxores ad. accusare *Vatic.* ‖ 7 taberne *Vatic.* ‖ 9 struprauerit *Vatic.* ‖ punitur *Vesont.*, puniatur *Vatic. Coll.*[w] *Coll.*[v], punietur *Coll.*[p] ‖ 10 dimidiam partem *codices* ‖ 13 dimidiam partem *Vatic.* ‖ terciam partem *Vatic.* ‖ ac rel. in insulam *Vesont.*, in insule et rel. *Vatic.* ‖ 14 in insule *Vatic.* ‖ 16 relegantur *Vatic.* ‖ quae in uiro in ins. dep. est *Vesont.*, in ins. dep. uiro *Vatic.* ‖ 18 adprehendit *Vatic.* ‖ 19 sane *om. Vatic.* ‖ 20 ad domini iniuriam adfectetur *scr.* ‖ citra *Vesont.*, ea tra *Vatic.* ‖ 23 defuncto *L*[b], defunctum *L*[a], defunctorum *M*

2 tatur. Ad curam eius, cuius quis tutelam administrauit,
3 inuitus uocari non potest. *Quinquaginta dierum spatium
*tantummodo ad contestandas excusationum causas pertinet:
*peragendo enim negotio ex die nominationis continui quat-
4 *tuor menses constituti sunt. Post susceptam tutelam caecus
*aut surdus aut mutus aut furiosus aut ualetudinarius depo-
5 *nere tutelam potest. Paupertas, quae operi et oneri tutelae
6 *impar est, solet tribuere uacationem. Pro t ——————
*ut est Latinus Iunia*nus* —————————— *codi*cillis ad tes-
*tamentum non pertinen*tibus* ——————————.*

[XXVIII DE POTIORIBVS NOMINANDIS]

1 Non recte potiorem uidetur nominare, qui causam nomi-
2 nati potioris non expresserit. Potior quis esse debet non so-
3 lum gradu generis, sed et substantia rei familiaris. *Amicos
*appellare debemus non leui notitia coniunctos, sed quibus
*fuerint in iura cum patre familias honestis familiaritatis
quaesita rationibus.

[XXIX QVI POTIORES NOMINARE NON POSSVNT]

Libertus, quem pater tutorem dedit, si minus idoneus dicatur, excusari quidem non potest, sed adiungi illi curator potest.

[XXX AD ORATIONEM DIVI SEVERI]

Dolo tutoris curatorisue detecto in duplum eius pecuniae condemnatione conueniuntur, qua minorem fraudare uoluerunt.

[XXXA]

*Postumo tutor datus non nato postumo neque tutelae,
*quia nullus pupillus est, neque negotiorum gestorum iudicio

27, 3 = *Dig.* 27, 1, 38 || 27, 4. 5 = *Dig.* 27, 1, 40 || 27, 6 = *Vat.* 172 || 28, 3 = *Dig.* 50, 16, 223, 1 || 30A = *Dig.* 27, 3, 24

5 caecus] factus *addit Mommsen* || 12 nominati *dett.*, nominatim *L*, *deficit M* || 16 in iura . . . familiaritatis] uincula cum p. f. familiaritatis honestis *Mommsen* || 18 potiores *L*, potior *M* || nominare *dett.*, nominari *ML* || possunt *L*, possit *M* || 28 est F^1, est neque pro tutore quia nulla significatio est F^2

*tenetur, quia administrasse negotia eius qui natus non esset *non uidetur: et ideo utilis in eum actio dabitur.*

[XXXI DE FVRTIS]

1 2 Fur est qui dolo malo rem alienam contrectat. Furto-
rum genera sunt quattuor: manifesti, nec manifesti, con-
cepti et oblati. manifestus fur est qui in faciendo deprehen-
sus est et qui intra terminos eius loci, unde quid sustulerat,
deprehensus est, uel antequam ad eum locum quo destinaue-
rat peruenerit. nec manifestus fur est qui in faciendo qui-
dem deprehensus non est, sed eum furtum fecisse negari non
3 potest. Concepti actione is tenetur, apud quem furtum quae-
situm et inuentum est. oblati actione is tenetur, qui rem
4 furtiuam alii obtulit, ne apud se inueniretur. Furti actione
5 is agere potest, cuius interest rem non perdidisse. Concepti
is agere potest, qui rem concepit et inuenit. oblati is agere
6 potest, penes quem res concepta et inuenta est. Manifesti
furti actio et nec manifesti et concepti et oblati heredi qui-
7 dem competit, sed in heredem non datur. Seruus, qui fur-
tum fecerit damnumue dederit, nisi id pro sui quantitate
8 dominus sarcire sit paratus, noxae dedi potest. Si seruus
furtum fecerit, deinde manumissus sit aut alienatus, cum
ipso manumisso uel emptore agi potest: noxa enim caput
9 sequitur. Filius familias si furtum fecerit, deinde emancipe-
tur, furti actio in eum datur, quia in omnibus noxa caput
10 sequitur. Non tantum qui furtum fecerit, sed etiam is, cuius
ope aut consilio furtum factum fuerit, furti actione tenetur.
11 *Rei hereditariae, antequam ab herede possideatur, furtum
12 *fieri non potest.* [Qui meretricem libidinis causa rapuit

31, 1—5 = *Collatio* 7, 5, 2—6 || 31, 7. 8 *cf. Edictum Theoderici* 117. 120 *Lex Rom. Burgund.* 15 || 31, 11 *ex Vesontino restituit Cuiacius Obseru.* 21, 19

1 qui] quia *F* || 4 dolo malo *om. Coll.* || 7 quid (*sic dett.*, quis *ML*) sustulerat deprehensus *Wisigothi*, furatus est comprehensus *Coll.* || 9 est fur *Coll.* || rapiendo *Coll.* || 10 comprehensus *Coll.* || furtum *om. Coll.* || 11 is *om. Coll.* || quaesitum . . . 12 est] est inuentum *Coll.* || 14 cuius *Coll.*, cui *ML* || concepti is] conceptiua autem *Coll.* || 15 et] id est *Huschke* || is *om. Coll.* || 16 et *om. Coll.*, id est *Huschke* || 18 qui *M*, si *L* || 22 manumisso *Cuiacius*, manumissore *codices* || enim *dett.*, *om. ML* || 26 ope *Cuiacius*, opera *codices* || 28 § 12 *Pauli non esse uidit Cuiacius, cf.* § 31 *et Dig.* 47, 2, 39

13 et celauit, eum quoque furti actione teneri placuit.] Furti
manifesti actio praeter quadrupli poenam ipsius rei persecu-
14 tionem genere uindicationis et condictionis continet. Furti
concepti actio †aduersus eum qui obtulit tripli est poena et
15 ipsius rei repetitio. Furti quocumque genere condemnatus
16 famosus efficitur. Quaecumque in caupona uel in meritorio
stabulo diuersorioue perierint, in exercitores eorum furti
17 actio competit. *Si res uendita ante traditionem subrepta
*sit, emptor et uenditor furti agere possunt: utriusque enim
18 *interest rem tradi uel tradere. Si quid in naue rateue peri-
19 *erit, furti actio in exercitorem nauis datur.* Rem pignori
datam debitor creditori subtrahendo furtum facit: quam si
20 et ipse similiter amiserit, suo nomine persequi potest. Pater
uel dominus de ea re, quae filio familias uel seruo subrepta
est, furti agere potest: interest enim ei deferri actionem,
21 qui de peculio conuenitur. Si rem, quam tibi commendaui,
postea subripui, furti actio competere tibi non poterit: rei
22 enim nostrae furtum facere non possumus. *Qui furtum
*quaesiturus est, antequam quaerat, debet dicere, quid quae-
23 *rat, et rem suo nomine et sua specie designare.* Si, cum
furtum quis quaerit, damnum iniuriae dederit, actione legis
24(25) Aquiliae tenebitur. Siue seges per furtum siue quaelibet ar-
bores caesae sint, in duplum eius rei nomine reus conuenitur.
25(24) Ob indicium comprehendendi furis praemium promissum iure
26 debetur. *Si seruum communem quis furatus sit, socio quo-
27 *que actio furti dabitur. Qui pro derelicto rem iacentem
*occupauit, furtum non committit, tametsi a domino *non* dere-
28 *linquendi animo relicta *sit.* Si seruus furtum fecerit cum do-
*mino, praeter rei condictionem furti actio in dominum da-
29 *tur. Fullo et sarcinator, qui polienda uel sarcienda uesti-
*menta accepit, si forte his utatur, ex contrectatione eorum

31, 15 = *Collatio* 5, 5, 1 || 31, 17. 18 *ex Vesontino restituit Cuiacius l. c.* || 31, 22. 26—28 *ex Vesontino restituit Cuiacius l. c.* || 31, 29—31 = *Dig.* 47, 2, 83 *pr.* § 1. 2: *Cuiacius eas hoc loco in Vesontino inuenit, attamen in restituendis eis non uidetur nisi Digestis usus esse*

2 quadrupli poenam praeter *Huschke* || 4 concepti] *secundum ea quae sequuntur et Interpretationem expectes* oblati: *latius tamen mendum latere suadet ipsius rei repetitio, quae non potest ei competere, apud quem furtum conceptum est* || 5 damnatus *Coll.* || 27 non *om. Vesontinus* || 28 relicta sit *duce Huschkio scripsimus*, relictam *Vesontinus*

*furtum fecisse uidetur, quia non in eam causam ab eo ui-
30 *dentur accepta. Frugibus ex fundo subreptis tam colonus
*quam dominus furti agere possunt, quia utriusque interest
31 *rem persequi. Qui ancillam non meretricem libidinis causa
*subripuit, furti actione tenebitur, et si suppressit, poena
32 *legis Fabiae coercetur.* Qui tabulas cautionesue subripuit,
in adscriptam summam furti actione tenebitur: nec interest,
cancellatae nec ne sint, quia ex his debitum dissolutum in-
33 terest comprobari. *Qui seruo fugae consilium dedit, furti
34 *quidem actione non tenetur, sed serui corrupti. Res sub-
*repta si in domini potestatem reuersa sit, cessat furti actio.
35 *Qui furandi animo conclaue effregit uel aperuit, sed nihil
*abstulit, furti actione conueniri non potest, iniuriarum potest.
36 *Qui rem suam furatur, ita demum furti actione non tene-
37 *tur, si alteri ex hoc non noceatur.* Seruus, qui in fuga
est, a domino quidem possidetur, sed dominus furti actione
eius nomine non tenetur, quia in potestate eum non habet.

[XXXII DE OPERIS LIBERTORVM]

Egentem patronum libertus obligatione doni muneris et operarum solutus alere cogendus est pro modo facultatum suarum.

31, 29—32 = *Dig.* 47, 2, 83, *cf. ad p.* 79 || 31, 33—36 *Cuiacius l. c. ex Vesontino restituit* || 31, 37 *cf. Lex Rom. Burgund.* 15

3 possit *F*a *Cuiacius* || 7 interest] refert *Dig.* || 8 cancellatae *dett. cum Dig.*, cancancellatae *M*a, an cancellatae *M*b, hanc ancillate *L* || quia *dett. Dig.*, qua *M*, quae *L* || debitum magis solutum esse comprobari potest *Dig.* || 11 furti actio] *expectes* condictio furtiua

LIBER TERTIVS

[1 A]

1 *Quotiens is, cui bonorum possessio ab altero postulata
*est, furere coeperit, magis probatum ratum eum uideri ha-
*buisse: rati enim habitio ad confirmationem prioris postu-
2 *lati pertinet. Si is, cui ignoranti petita est bonorum posses-
*sio, decesserit, heres eius intra tempora petitionis ratam
eam habere non potest.

[I DE CARBONIANO EDICTO]

Si fratri puberi controuersia fiat, an pro parte impuberis differri causa debeat, uariatum est: sed magis est, ut differri non debeat.

[II DE BONIS LIBERTI]

1 In bonis liberti prior est patronus quam filius alterius
patroni, itemque prior est filius patroni quam nepos alte-
2 rius patroni. Libertus duos patronos heredes instituit: alter
eorum uiuo liberto moritur: is qui superest contra tabulas
3 testamenti bonorum possessionem recte postulat. Liberto-
rum hereditas in capita, non in stirpes diuiditur: et ideo si
unius patroni duo sint liberi et alterius quattuor, singuli
4 uiriles (id est aequales) portiones habebunt. Patronus uel
patroni liberi ex parte dimidia heredes instituti aes alienum
5 liberti pro portionibus exsoluere coguntur. *Sicut testa-
*mento facto decedente liberto potestas datur patrono uel
*libertatis causa imposita petere uel partis bonorum posses-
*sionem, ita et cum intestato decesserit, earum rerum electio
6 *ei manet. Liberto per obreptionem adrogato ius suum pa-
tronus non amittit.

---

1 A, 1 = *Dig.* 37, 1, 16 || 1 A, 2 = *Dig.* 46, 8, 7 || 2, 5 = *Dig.* 37, 14, 20 || 2, 6 = *Dig.* 38, 2, 49

---

4 uideri] *expectes* non uideri, *cf. Dig.* 29, 2, 48 || 10 si . . . impuberis] *expectes* si fratribus puberi et impuberi controuersia fiat, an pro parte puberis *(similiter Cuiacius)* || 16 duos patronos *tuetur Interpretatio, requiritur fere* qui duos patronos habuit, extraneos

[III DE LEGE FABIANA]

Ea, quae in fraudem patroni a liberto quoquo modo alienata sunt, Fabiana formula tam ab ipso patrono quam a liberis eius reuocantur.

[IVA DE TESTAMENTIS]

1 Testamentum facere possunt masculi post impletum quar-
2 tum decimum annum, feminae post duodecimum. Spadones
eo tempore testamentum facere possunt, quo plerique pu-
3 bescunt, id est annorum decem et octo. Filius familias, qui
militauit, de castrensi peculio tam communi quam proprio
iure testamentum facere potest. castrense enim peculium est
quod in castris adquiritur uel quod proficiscenti ad militiam
4 datur. Caecus testamentum facere potest, quia *accire* po-
test adhibitos testes et audire sibi testimonium perhiben-
4ᵃ tes. *Qui manus amisit, testamentum facere potest, quamuis
5 *scribere non possit.* Furiosus tempore intermissi furoris
6 testamentum facere potest. *Et mulieri, quae luxuriose ui-
7 *uit, *bonis* interdici potest.* Moribus per praetorem bonis in-
terdicitur hoc modo: QVANDO TIBI BONA PATERNA AVITAQVE NEQVI-
TIA TVA DISPERDIS LIBEROSQVE TVOS AD EGESTATEM PERDVCIS, OB
8 EAM REM TIBI EA RE COMMERCIOQVE INTERDICO. Qui ab hostibus
captus est, testamentum quasi seruus facere non potest. sane
ualet testamentum id quod ante captiuitatem factum est, si
reuertatur, iure postliminii, aut si ibidem decedat, beneficio
legis Corneliae, qua lege etiam legitimae tutelae heredita-
9 tesque firmantur. In insulam relegatus et in opus publicum
ad tempus damnatus, quia retinent ciuitatem, testamentum
10 facere possunt et ex testamento capere. Plures quam septem

4A, 4ᵃ = *Dig.* 28, 1, 10 ‖ 4A, 6 *extat in LA Paris.* 4408 *Dig.* 27, 10, 15 *pr.*

1 lege] formula *Schulting* ‖ 7 *post* duodecimum *Montispessulanus H* 84 *et Vaticanus* 1023 *addunt* habet in libro tutore auctore, *quod ex glossemate uenire etiam inde colligitur, quod illi codices alias non habent nisi Paulum Wisigothorum* ‖ 11 enim] autem *Sichardus* ‖ 13 accire *Cuiacius*, scire *ML*, adscire *dett.* ‖ 17 *post* potest *rubricam* de eo cui moribus interdicitur *ins. codices* ‖ et *Dig.*, *om. L*, *de A et Paris. non constat* ‖ qui *L* ‖ 18 bonis (*ante* interdici) *Cuiacius*, moribus *L*, *de A et Paris. non constat* ‖ 20 tuos *M*, *om. L* ‖ 21 ea re *Sichardus*, aere *M*, *om. L* ‖ § 8 *rubricam* item (item *om. L*) de testamentis *praemittunt codices* ‖ 27 quia *L*, qui *M*

ad testamentum adhibiti non nocent. superflua enim facta
11 prodesse iuri tantum, nocere non possunt. In aduersa cor-
poris ualetudine mente captus eodem tempore testamentum
12 facere non potest. Prodigus recepta uitae sanitate ad bonos
mores reuersus et testamentum facere potest et ad testamenti
13 sollemnia adhiberi potest. Ex his, qui ad testamentum adhi-
bentur, si qui sint qui Latine nesciant uel non intellegant,
si tamen sentiant, *cui* rei intersint, adhibiti non uitiant te-
14 stamentum. *Repetundarum damnatus nec ad testamentum
15 *nec ad testimonium adhiberi potest. Hermaphroditus an
*ad testamentum adhiberi possit, qualitas sexus incalescen-
16 *tis ostendit. Singulos testes, qui in testamento adhibentur,
*proprio chirographo adnotare conuenit, quis et cuius testa-
mentum signauerit.

[IV B *DE INSTITVTIONE HEREDVM*]

1 Condicionum duo sunt genera: aut enim possibilis est,
aut impossibilis: possibilis, quae per rerum naturam admitti
potest, impossibilis, quae non potest: quarum ex euentu
2 altera expectatur, altera [impossibilis] submouetur. Condi-
ciones contra leges et decreta principum uel bonos mores ad-
scriptae nullius sunt momenti: ueluti SI VXOREM NON DVXERIS,
SI FILIOS NON SVSCEPERIS, SI HOMICIDIVM FECERIS, *SI* LARVALI HABITV
3 PROCESSERIS et his similia. Quotiens non apparet, qui sit he-
res institutus, institutio non ualet: quod euenit, si testator
4 plures amicos unius nominis habeat. Heredes aut instituti
aut substituti dicuntur, institut*i* primo gradu, substitut*i* se-
5 cundo uel tertio scripti. Substituere quis et pure et sub con-
dicione potest, et tam suis quam extraneis, tam puberibus
6 quam impuberibus. In quot uult uncias testator hereditatem
suam diuidere potest. impleto asse sine parte heredes in-
stituti ad prioris assis semissem aequis portionibus ueniunt.

4A, 14. 15 = *Dig.* 22, 5, 15 || 4A, 16 = *Dig.* 28, 1, 30 || 4B, 2 *usque ad u.* 21 momenti = *Consultatio* 4, 8

2 tantum] testamenti *Savigny* || nocere non *M*, noceri *L* || 8 cui *Sichardus*, cuius *codices* || adhibiti *L*, adibitioni *M* || 15 *rubricam ex Consult.* 4, 8 *suppleuimus* || 19 impossibilis *del. Cuiacius* || condiciones] pacta uel cond. *Cons.* || 20 et] uel *Cons.* || adscriptae *om. Cons.* || 22 si laru.] aut laru. *codices* || 23 qui *L*, quidem quid *M* || 26 instituti p. g. substituti *dett.*, instituetur p. g. substituetur *M*, instituitur p. g. substituhitur *L* || 31 assis *dett.*, asse *ML*

7 **Seruus alienus cum libertate heres institutus institutionem
non infirmat: sed libertas ut alieno superuacue data uidetur.**
8 Filio et extraneo aequis partibus heredibus institutis si prae-
terita adcrescat, tantum suo auocabit, quantum extraneo: si
uero duo sint filii instituti, suis tertiam, extraneis dimidiam
9 tollet. Talis postumorum institutio: SI QVI POST MORTEM MEAM
POSTVMI NATI FVERINT, HEREDES SVNTO: si uiuo eo nascantur,
10 rumpunt testamentum. Nepos postumus, qui in locum patris
succedere potest, ab auo aut heres instituendus est aut no-
minatim exheredandus, ne agnascendo rumpat testamentum.
10a *Filius familias si militet, ut paganus nominatim a patre aut
*heres scribi aut exheredari debet, iam sublato edicto diui
*Augusti, quo cautum fuerat, ne pater filium militem exhere-
11 *det.* Qui semel constituit ad se hereditatem pertinere, ac
se eius rebus immiscuit, repudiare eam non potest, etiamsi
12 damnosa sit. *Pater quotiens filio mandat adire, certus esse
*debet, an pro parte an ex asse, et an ex institutione an ex
*substitutione, et an testamento an ab intestato filius suus
13 *heres exsistat. M*u*tus pater uel dominus filio uel seruo he-
*redibus institutis magis est ut, si intellectu non careat,
*nutu iubere possit adire hereditatem, ut ei iure eius com-
*modum quaeri possit: quod facile explicari possit scientia
14 *litterarum. Mutus seruus iussu domini pro herede gerendo
obligat dominum hereditati.

[V AD SENATVS CONSVLTVM SILANIANVM]

1 Hereditas eius, qui a familia occisus esse dicitur, ante
habitam quaestionem adiri non potest neque bonorum pos-
2 sessio postulari. Occisus uidetur non tantum qui per uim
aut per caedem interfectus est, uelut iugulatus praecipitatus,
sed et is qui ueneno necatus dicitur: honestati enim heredis
conuenit qualemcumque mortem testatoris inultam non prae-

4B, 10a = *Dig.* 28, 2, 26 || 4B, 12—14 = *Dig.* 29, 2, 93

3 filio et extraneo *dett.*, filius et extraneus *M*, filio extraneo *L* || 6 talis (tales *L*) p. institutio] *expectes* tali postumorum institutione facta || 7 sunto *Cuiacius*, sumptote *M*, mihi stote *L* || 8 qui *L*, *om.* *M* || 19 matus *F* || 25 *in Appendice* 2, 15 *huius tituli* §§ 10—12a *praemittitur rubrica* ex corpore Pauli sententiarum scheda de quaestionibus in familia habendis aut si ante habitam quaestionem (habita quaestione *codices*) hereditas eius qui dicitur interfectus (-cta *codices*) adita fuerit || 29 uelut *dett.*, uel *ML*

3 termittere. Domino occiso de ea familia quaestio habenda
est, quae intra tectum fuerit, uel certe extra tectum cum
4 domino eo tempore quo occidebatur. Qui occisus dicitur, si
constet eum sibi quoquo modo manus intulisse, de familia
eius quaestio non est habenda, nisi forte prohibere potuit nec
5 prohibuit. Neroniano senatus consulto cauetur, ut occisa
uxore etiam de familia uiri quaestio habeatur, id*em*que iu*s* *in*
6 uxoris familia obseruatur, si uir dicatur occisus. Serui,
qui sub eodem tecto fuerunt, ubi dominus perhibetur occi-
sus, et torquentur et puniuntur, etsi testamento occisi manu-
missi sint. sed et hi torquentur, qui cum occiso in itinere
7 fuerunt. Serui de proximo si, cum poss*e*nt ferre, auditis
8 clamoribus auxilium domino non tulerunt, puniuntur. Ser-
u*os*, qui in itinere circumdatum a latronibus dominum per
fugam deseruerunt, apprehensos et torqueri et summo sup-
9 plicio adfici placuit. Habebitur de familia quaestio et si heres
testatorem occidisse dicatur: nec interest, extraneus an ex
10 liberis sit. *In summa tamen sciendum et de his omnibus
*habend*a*m esse quaestionem, qui in suspicione quacumque
11 *ratione ueniunt. In disponenda eorum quaestione, quo-
*rum dominus dicitur interemptus, h*i*c ordo seruatur, pri-
*mum ut constet occisum dominum, deinde, si *id* liqueat, de
*quibus ea quaestio habenda *sit*, atque ita de reis inqui-
12 *rendis. Etsi percussor certus sit, tamen de familia haben-
da quaestio est, ut caedis mandator inueniri possit.

12ª *Hereditas a fisco ut indignis aufertur his primum, qui,
*cum †suscepta re esset testatoris, apertis tabulis testamenti
*uel ab intestato adi*erunt* hereditatem bonorumue possessionem
*accep*erunt*: amplius his et centum milia sestertiorum poena
*inrogatur. nec refert, a quibus pater familias uel quemad-
13 *modum dicatur *occisus esse*.* Omnibus, qui contra uolunta-

5, 10 = *Appendix* 2, 16 ‖ 5, 11. 12 = *Appendix* 2, 17 ‖ 5, 12ª = *Appendix* 2, 15

7 idque (atque *M*) iuxta uxoris familia (famili *M*ª) *codices* ‖ 11 sint *M*, dicantur *L* ‖ 12 possint *ML* ‖ 13 serui *codices* ‖ 19 habendum *codices* ‖ 21 haec *codices* ‖ 22 deinde (deinde *E*, *om. reliqui*) si aliqua eat *codices* ‖ 23 sit *om. codices* ‖ 27 suscepta re (se *E*) *codices*, suspecta nex *Huschke* ‖ 28 adierunt . . . 29 acceperunt *Cuiacius*, adiit . . . accepit *codices* ‖ 31 occisus esse *om. codices*

tem defuncti faciunt, ut indignis aufertur hereditas, si nihil testamento in fraudem legis fuerit cautum.

14 Siue falsum siue ruptum siue irritum dicatur esse testa-
mentum, salua eorum disceptatione scriptus heres iure in
15 possessionem mitti desiderat. Si inter heredem institutum
et substitutum controuersia sit, magis placet eum in posses-
sionem rerum hereditariarum mitti, qui primo loco scriptus
16 est. Scriptus heres ut statim in possessionem mittatur, iure
17 desiderat. hoc post annum impetrare non poterit. In eo
testamento heres scriptus, quod neque ut oportuit oblatum
nec publice recitatum est, *in* possessionem mitti frustra de-
18 siderat. In possessionem earum rerum, quas mortis tempore
testator non possedit, heres scriptus, priusquam iure ordina-
rio experiatur, improbe mitti desiderat.

[VA]

*Litterae, quibus hereditas promittitur uel animi adfec-*tus exprimitur, uim codicillorum non obtinent.*

[VI DE LEGATIS]

1 Per praeceptionem uni ex heredibus nummi legati, qui
domi non erant, officio iudicis familiae herciscundae a cohe-
2 redibus praestabuntur. Ante heredis institutionem legari
non potest: inter medias heredum institutiones, siue *al*ter
siue ut*er*qu*e* adeat, potest. interdum dimidium, interdum to-
tum debetur: dimidium, si per uindicationem legatum sit:
3 totum, si per damnationem. *Post diem legati cedentem
actio, quae inchoata non est, ad heredem non transmittitur.
4 Communi seruo cum libertate et sine libertate legari potest,
5 totumque legatum socio testatoris adquiritur. Post mortem
heredis legari non potest, quia nihil ab herede heredis re-
6 linqui potest. In mortis tempus tam sua*e* quam heredis eius

5A = *Dig.* 29, 7, 17 ‖ 6, 3 = *Consultatio* 6, 9

6 placet *M*, placuit *L* ‖ 9 impetrare *L*, iure impetrari *M* ‖ 11 in *dett.*, heres scriptus in *ML* ‖ 22 alter siue uterque adeat *Sichardus*, siue aliter (alter *dett.*) siue ut quis adeat (uadeat *M*) *codices* ‖ 24 sit totum si *dett.*, si totum *ML* ‖ 29 ab heredes heredi *L*, ab hh. heredi *M* ‖ 30 suae (sua *ML*[b], suam *L*[a]) q. heredis (-des *ML*) eius] *expectes* legatarii quam heredis

legata conferri possunt hoc modo LVCIO TITIO, CVM MORIETVR,
7 DO LEGO, aut HERES MEVS DARE DAMNAS ESTO. Per uindicationem
legatum etsi nondum constituerit legatarius ad se pertinere,
atque ita post apertas tabulas ante aditam hereditatem deces-
7ª serit, ad heredem suum legatum transmittit. *ILLVD AVT ILLVD
*VTRVM ELEGERIT LEGATARIVS: nullo a legatario electo decedente
*eo post diem legati cedentem ad heredem transmitti pla-
8 *cuit.* Si res obligata creditori, cuius causam testator non
ignorauit, per damnationem legata sit, luitio ad heredis sol-
9 licitudinem spectat. Seruo fataliter interempto legatarii dam-
10 n*um* est, quia legatum nulla culpa heredis intercidit. Dam-
nari heres potest, ut alicui domum extruat aut aere alieno
11 eum liberet. Sinendi modo tam corporales res quam quae
in iure consistunt legari possunt: et ideo debitori id quod
12 debet recte legatur. Eius rei quae legata est exemplo here-
dis partem agnoscere partem repudiare legatarius non potest.
13 Legatum nisi certae rei sit et ad certam personam deferatur,
14 nullius est momenti. Si quis sibi et Titio legat*um* adscrip-
serit, magis est, ut totum legatum ad coniunctum pertineat.
14ª *Vxori legatum in alieno testamento scribere non prohibe-
15 *mur.* Qui se filio testatoris impuberi tutorem adscripserit,
ut suspectus a tutela remouendus est, ad quam ultro uidetur
16 adfectasse. Rem legatam testator si postea pignori uel fidu-
17 ciae dederit, ex eo uoluntatem mutasse non uidetur. Vsus-
fructus uniuscuiusque rei legari potest et aut ipso iure con-
stituetur aut per heredem praestabitur: ex causa damnationis
18 per heredem praestabitur: ipso iure per uindicationem. Fu-
rios*i* et aegrotanti*s* et infanti*s* ususfructus utiliter relinquitur.
horum enim alius resipiscere, alius conualescere, alius cre-
19 scere potest. Ancillae usufructu legato partus eius ad usu-
20 fructuarium non pertinent. Gregis usufructu legato grege

6, 7ª = *Dig.* 33, 5, 19 ‖ 6, 14ª = *Dig.* 48, 10, 18 *pr.* ‖ 6, 15 = *Dig.* 48, 10, 18, 1

1 conferri *M*, conferri confirmari *L* ‖ 2 *post* meus *interciderit* cum morietur ‖ 10 damno *ML* ‖ 13 corporalis *ML* ‖ 18 legata *ML* ‖ 21 adscripserit . . . 23 adfectasse] adscripsit, etsi suspectus esse praesumitur, quod ultro tutelam uidebitur adfectasse, tamen si idoneus esse approbetur, non ex testamento, sed ex decreto tutor dandus est: nec excusatio eius admittetur, quia consensisse uidetur uoluntati testatoris *Dig.* ‖ 24 *ante* § 17 *rubricam* de usufructu *ins. codices* ‖ 27 furiosi et aegrotantis et infantis *Cuiacius*, furioso et aegrotanti et infanti *codices* ‖ 29 resipiscere *dett.*, respicere *ML*

integro manente fetus ad usufructuarium pertinent, saluo eo,
21 ut quidquid gregi deperierit, ex fetibus impleatur. Areae
22 usufructu legat*o* aedificia in ea constitui non possunt. Accessio ab alluuione ad fructuarium fundum, quia fructus fundi
non est, non pertinet: uenationis uero et aucupii reditus ad
23 fructuarium pertinent. Seruos neque torquere neque flagellis caedere neque in eum casum facto suo perducere usufruc-
24 tuarius potest, quo deteriores fiant. Fructu legato si usus
non adscribatur, magis placuit usumfructum uideri adscrip-
25 tum. fructus enim sine usu esse non possunt. Si alteri usus,
alteri fructus legatus sit, fructuarius in usu concurrit, quod
26 in fructu usuarius facere non potest. Coniunctim duobus
usu*s*fructu*s* DO LEGO legatu*s* altero mortuo ad alterum in
27 solidum pertinebit. Vsufructu legato de modo utendi cautio
a fructuario solet interponi, et ideo perinde omnia se usurum,
ac si optimus pater familias uteretur, fideiussoribus oblatis
27^{a} cauere cogitur. *Arbores ui tempestatis, non culpa fructu-
27^{b} *arii euersas ab eo substitui non placet. Quidquid in fundo
*nascitur uel quidquid inde percipitur, ad fructuarium per-
*tinet: pensiones quoque iam antea locatorum agrorum, si
*ipsae quoque specialiter comprehensae sint. sed ad exem-
*plum uenditionis, nisi fuerint specialiter exceptae, potest
27^{c} *usufructuarius conductorem repellere. Caesae harundinis
*uel pali compendium, si in eo quoque fundi uectigal esse
28 *consueuit, ad fructuarium pertinet.* Vsusfructus amissus
ad proprietatem recurrit. amittitur autem quinque modis:
capitis minutione, rei permutatione, non utendo, in iure ces-
29 sione, dominii comparatione. Capitis minutione amittitur, si
in insulam fructuarius deportetur, uel si ex causa metalli
seruus poenae efficiatur, et si statum ex adrogatione uel adop-
30 tione mutauerit. Non utendo amittitur usufructus, si possessione fundi biennio fructuarius non utatur, uel rei mobilis
31 anno. Rei mutatione amittitur ususfructus, si domus legata
incendio conflagrauerit aut ruina perierit, licet postea resti-
32 tuatur. In iure cessione amittitur ususfructus, quotiens do-

6, 27^{a}—27^{c} = *Dig.* 7, 1, 59

3 legatae *codices* || 4 fundum *del.* || 5 est non] est *L* || 13 ususfructus do lego legatus *Arndts* (*cf. Vat.* 57), usumfructum do lego legatum *codices* || 15 et *om. M* || usurum] facturum *Cuiacius* || 17 cogitur *dett.*, cogetur *ML*

33 mino proprietatis eum fructuarius in iure cesserit. Finitur
ususfructus aut morte aut tempore: morte, cum usufructua-
rius moritur: tempore, quotiens ad certum tempus ususfruc-
34 tus legatur, uelut biennio aut triennio. Fundo uel seruo
legato tam fundi instrumentum quam serui peculium ad lega-
35 tarium pertinet. Quaerendorum fructuum causa esse uiden-
tur, qui opus rusticum faciunt, et monitores et uilici et
saltuarii: item boues aratorii, aratra, bidentes et falces pu-
36 tatoriae: frumentum quoque ad sementem repositum. Fruc-
tuum cogendorum causa comparata instrumento cedunt, uelut
corbes, aluei, falces messoriae et fenariae, item molae oliua-
37 riae. Conseruandorum fructuum causa comparata instru-
mento cedunt, uelut dolia, cupae, uehicula rustica, cibaria,
pistores, asini, focariae: item ancillae quae uestimenta ru-
38 sticis faciunt, scutra quoque et sutor continebuntur. Vxores
eorum qui operantur magis est ut instrumento cedant. pecora
quoque et pastores eorum stercorandi causa parata instru-
39 mento continentur. Ea autem, quae custodiae magis causa
quod ad usus patris familias eo delata sunt, instrumenti no-
40 mine non continentur. Vxores uero eorum, qui mercedes
praestare consueuerant, neque instructionis neque instru-
41 menti appellatione continentur. Piscaturae uel uenationis
instrumentum ita demum instrumento fundi continetur, si ex
42 his maxime fundi reditus cogantur. Fructus percepti instru-
mento fundi ita demum cedunt, si ibidem absumi a testatore
43 consueuerant. Fundo cum omni instrumento rustico et ur-
bano et mancipiis quae ibi sunt legato semina quoque et ci-
44 baria debebuntur. Fundo cum omni instrumento rustico et
urbano et mancipiis quae ibi sunt legato tam supellex quam
aeramentum itemque argentum et uestes, quae ibi pater fa-
milias instruendi gratia habere solet, debebuntur: item ea
mancipia, quae usui patris familias esse solent, itemque aues
et pecora, quae instruendarum epularum gratia in fundo com-
parata sunt: exceptis his, quae ibi custodiae causa deposita
45 sunt. Fundo legato ITA VT OPTIMVS MAXIMVSQVE EST retia apra-
ria et cetera uenationis instrumenta continebuntur: quae et-
iam ad instrumentum pertinent, si quaestus fundi ex maxima

5 tam fundi (fundum *L*) instrumentum (-to *ML*) quam] *expectes* nec f. i. nec, *cf. Dig.* 33, 8, 24. 33, 10, 14 || 15 scutra *L*, scodra *M* || 19 quod] quaeue *scr.*, *cf. Dig.* 33, 7, 12, 15 || 22 piscatore *L*, piscatoris *M* || 32 itemque *M*, item *L*

46 parte in uenationibus consistat. Fructus, qui solo cohaere-
bant mortis testatoris tempore, ad legatarium pertinent: ante
47 percepti ad heredem. Fundo legato cum mancipiis et peco-
ribus et omni instrumento rustico et urbano peculium acto-
ris ante testatorem defuncti, si ex eodem fundo fuerit, magis
48 placet ad legatarium pertinere. Actor uel colonus ex alio
fundo in eodem constitutus, qui cum omni instrumento lega-
tus erat, ad legatarium non pertinet, nisi eum ad ius eius
49 fundi testator uoluerit pertinere. Adiunctiones, quas fundo
legato testator ex diuersis emptionibus applicauerat, legata-
50 rio cedere placuit. Instructo praedio legato fabri ferrarii,
item tignarii, putatores et qui instruendi fundi gratia ibidem
51 morabantur, legato cedunt. Instructo fundo legato libri quo-
que et bibliothecae quae in eodem fundo sunt legato continen-
52 tur. Seruos studendi gratia ex eodem fundo, qui cum man-
cipiis fuerat legatus, alio translatos ad legatarium placuit
53 pertinere. Fundo ita ut possederat legato mancipia tam ur-
bana quam rustica, itemque argentum et uestes, quae eodem
tempore in fundo comprehendentur, ad legatarium pertinent.
54 Pascualia, quae postea comparata ad fundum legatum testator
adiunxerat, si eius appellatione contineantur, ad legatarium
55 pertinent. Quidquid in eadem domo, quam instructam lega-
uit pater familias, perpetuo instruendi gratia habuit, le-
56 gatario cedit. Instructa domo legata ea legato continentur,
quibus domus munitior uel tuta ab incendio praestatur: tegu-
lae specularia et uela legato continebuntur: item aeramenta
lecti culcitae pulnini subsellia cathedrae mensae armaria
delphicae pelues conchae aquimanalia candelabra lucernae
57 et similia quacumque materia expressa. Domo legata bal-
neum eius, quod publice praebetur, nisi alias separetur, le-
58 gato cedit. Domo cum omni iure suo sicut instructa est le-
gata urbana familia, item artifices et uestiarii et zetarii et
59 aquarii itidem domui seruientes legato cedunt. Omnibus
quae in domo sunt legatis cautiones debitorum rationesque

5 fundo *M*, *om. L* ‖ 7 eodem] eo *scr.* ‖ 12 et putatores qui *Huschke* ‖ 15 seruus *M*, seruo *L* ‖ 16 translatus *ML*ᵇ ‖ 18 argentum *L*, agrum *M* ‖ 20 pascualia *M*, pascuaria *L* ‖ 23 instruendi *L*, instruendi se *M* ‖ 27 puluini *M*, puluine *L* ‖ 28 conchae *dett.*, concaea *L*, *om. M* ‖ aquimanalia *dett.*, aquimanulia *M*, aquaminilia *L*, aquiminalia *alii: cf. Mommsen ad Dig.* 33, 10, 3 *pr.* ‖ 31 cedunt *codices* ‖ 32 ostiarii *Cuiacius* ‖ 33 itidem *scripsi*, et idem *M*, et eidem *L*

60 seruorum legato cedunt. Monilibus legatis aurum uel argen-
tum non debetur, nisi de his quoque manifeste sensisse testa-
61 torem possit ostendi. Instrumento cauponio legato ea deben-
tur, *quae* cauponis usui parata sunt, uelut uasa, in quibus
uinum defunditur: escaria quoque et popul*aria* uasa debentur.
62 sane ministri earum rerum legato non cedunt. Instrumento
medici legato collyria et emplastra et apparatus omnis con-
ficiendorum medicamentorum, itemque ferramenta legato ce-
63 dunt. Instrumento pictoris legato colores penicilli cauteria
64 et temperandorum colorum uasa debebuntur. Pistoris in-
strumento legato cribra asini molae et serui qui pistrinum
exercent, item machinae, quibus farinae subiguntur, legato
65 cedunt. Instrumento balneatorio legato balneator ipse et
scamna et hyp*opo*dia, fistulae, miliaria, epitonia, rotae aqua-
riae, iumenta quoque quibus ligna deferuntur legato cedunt.
66 Instrumento piscatoris legato et retia et nassae et fuscinae et
nauicula*e*, hami quoque et cetera eiusmodi usibus destinata
67 debentur. Supellectile legata capsae armaria, n*isi* solum li-
brorum aut uestis ponendae gratia paratae sint, debebuntur,
sed et bu*x*ina et cristallina et argentea et uitrea uasa tam esca-
68 ria quam pocularia, et uestis stratoria legato cedunt. Villis
69 uel agris separatim legatis alterum alteri cedit. Seruis DO
LEGO legatis ancillae quoque debebuntur: non item serui le-
gatis ancillis: sed ancillarum appellatione tam uirgines quam
seruorum pueri continentur: his scilicet exceptis, qui fidu-
70 ciae dat*i* sunt. Seruis *a*manuensibus legatis omnes qui ex
conuersatione urbana et in ministerio fuerint debebuntur,
nisi ex his aliqui perpetuo ad opus rusticum transferantur.
71 Venatores serui uel aucupes an inter urbana ministeria con-

1 monilibus *dett.*, mouilibus *M*, mobilibus *L* || 4 quae *dett.*, quae in *ML* || 5 pocularia *Cuiacius*, pocula *L*, pecula *M*, pocula et *dett.* || 9 pensulli *M*, pinecelle *L* || 14 hypodia *codices* || epitonia *M*, ytomia *L* || 17 nauicula *ML* || 18 capsae et arm. *Schulting* || nisi *Huschke*, non *codices*, *cf. Dig.* 33, 10, 3, 2 || 19 uestes *L*, uestium *M* || 20 buxina *Bynkershoek*, byssina *codices* || 21 uestis *M*, uestes *L* || 24 sed *L*, et *M* || sed tam ancillarum appellatione *scr.*: *male Interpres sententiam sic explicuit:* ancillarum autem appellatione tam uirgines quam puberes uel impuberes accipiendae sunt || 25 qui *M*, quae *L* || 26 datae *ML*: *fortasse* dati dataeue *scr.* || *post* amanuensibus (adman. *codices*) *intercidisse uidetur definitio amanuensium, quam talia fere exceperint:* ministeriis uero urbanis legatis non ei tantum serui qui intra urbem ministrauerunt, sed etiam si qui extra urbem ex conuersatione urbana in ministerio fuerint

tineantur, dubium remansit: et ideo uoluntatis est quaestio.
tamen si instruendarum cotidianarum epularum gratia haben-
72 tur, debentur. Muliones et insti*to*res inter urbana ministeria
continentur: item opsonatores et uestiarii et cellararii et cu-
bicularii et arcarii et coqui plac*e*ntarii tonsore*s* pistores lec-
73 ticarii. Pecoribus legatis quadrupedes omnes continentur,
74 quae gregatim pascuntur. Iumentis legatis boues non con-
tinentur: equis uero legatis equas quoque placuit contineri.
ouibus autem legatis agni non continentur, nisi annuales sint.
75 76 Grege ouium legato arietes etiam continentur. Auibus lega-
tis anseres phasiani gallinae et auiaria debebuntur: an autem
77 phasianarii et pastores anserum, uoluntatis est quaestio. Dul-
cibus legatis sapa, defrut*um*, muls*um*, dulce etiam uin*um*,
palmae, caricae, uuae passae debebuntur. sed in hoc quo-
que uoluntatis est quaestio, quia et in specie pomorum com-
78 prehendi possunt. Frugibus legatis tam legumina quam hor-
79 deum et triticum continentur. Veste legata ea cedunt, quae
ex lana et lino texta sunt: item serica et bombycina, quae
tamen indutui uel operiendi cingendi sternendi iniciendique
causa parata sunt: pelles quoque indutoriae continebuntur.
80 Veste uirili legata ea tantummodo debentur, quae ad usum
uirilem saluo pudore uirilitatis attinent. stragula quoque
81 huic legato cedunt. Muliebri ueste legata omnia quae ad
82 usum muliebrem spectant debebuntur. Lana legata, siue
sucida siue lota sit siue pectinata siue uersicoloria, legato
cedit: purpura uero aut stamen subtemenue hoc nomine non
83 continentur. Mundo muliebri legato ea cedunt, per quae mun-
dior mulier lautiorque efficitur, uelut speculum conchae si-
tuli, item pyxides unguent*a* et uasa, in quibus ea sunt: item
84 sella balnearis et cetera huiusmodi. Ornamentis legatis ea
cedunt, per quae ornatior mulier efficitur, ueluti anuli catenae
reticuli et cetera, quibus collo uel capite uel manibus mulieres
85 ornantur. Argento legato massae tantummodo debebuntur:
uasa enim, quae proprio nomine separantur, legato non ce-
86 dunt, quia nec lana legata uestimenta debentur. Vasis ar-

2 habentur debentur *dett.*, his debentur *M*, habentur *L* ‖ 3 institutores *codices* ‖ 4 cellarii *M*[a], cellariarii *L* ‖ 5 placontarii *ML* ‖ tonsores] t. et *ML* ‖ lecticarii] lect. stabularii *Sichardus* ‖ 13 defruto (defreto *ML*) mulso dulce etiam uino *codices* ‖ 15 specie *dett.*, spe *L*, spem *M* ‖ 19 indutui *M*, indui *L* ‖ 26 subtemenue *dett.*, subtimen uel *M*, subtimine uel *L* ‖ 29 pyxides *L*, bubrides *M* ‖ unguentum *codices*

genteis legatis ea omnia continentur, quae capacitati alicui
praeparata sunt, et ideo tam potoria quam escaria, item mi-
nisteria omnia debebuntur, ueluti urceoli lances patinae pi-
perataria: cochlearia quoque itemque trullae calices scyphi
87 et his similia. Libris legatis tam chartae uolumina uel mem-
branae et phily*r*ae continentur: codices quoque debentur:
librorum enim appellatione non uolumina chartarum, sed
88 scripturae modus qui certo fine concluditur aestimatur. Auro
legato gemmae quoque inclusae itemque margaritae *et* sma-
ragdi legato cedunt. sed magis est uoluntatis esse quaestio-
nem: †infectum enim aurum debebitur: factum enim orna-
89 mentorum genere continetur. Vasis argenteis legatis em-
90 blemata quoque ex auro infixa legato cedunt. Argento potorio
legato omnia quae ad poculorum speciem comparata sunt de-
bebuntur, ueluti paterae calices scyphi urceoli oenophoria et
91 conchae. Carruca cum iunctura legata mulae quoque lega-
tae, *non* et mulio uidetur, propter cotidianam loquendi con-
91ª suetudinem. *Heres seruum proprium, quem testator lega-
*uerat, manumittendo nihil agit, quia scientiae uel ignorantiae
91ᵇ *eius nullam placuit admitti rationem. Libertus, qui in priore
*parte testamenti legatum acceperat et ingratus postea eadem
*scriptura a testatore appellatus est, commutata uoluntate
92 *actionem ex testamento habere non potest.* Prolatis codi-
cillis uel alio testamento, quibus ademptum est legatum uel
certe rescissum, perperam solut*a* repetuntur.

[VII DE MORTIS CAVSA DONATIONIBVS]

1 Mortis causa donat qui ad bellum proficiscitur et qui na-
uigat, ea scilicet condicione, ut, si reuersus fuerit, sibi re-
2 stituatur, si perierit, penes eum remaneat cui donauit. Do-

6, 91ª = *Dig.* 40, 9, 28 ‖ 6, 91ᵇ = *Dig.* 34, 4, 29

2 potiora *M*, potatoria *L* ‖ 3 patinae *M*, patene *L* ‖ peperataria *M*, piperatoria *L* ‖ 4 cocliaria *ML* ‖ 6 philyrae *Cuiacius*, phyllidae *codices* ‖ 9 margaritae asmaragdi *ML* ‖ 11 enim *post* factum *delet Huschke: sed uidentur nonnulla intercidisse* ‖ 15 enoferia *L*, enoferaria *M* ‖ 17 non] nec non *L*, *om. M*: mulio autem non debetur *Interpretatio* ‖ 24 adempto est legato *ML* ‖ 25 solutis *ML*

natio mortis causa cessante ualetudine et sequente sanitate, paenitentia etiam reuocatur: morte enim tantummodo conualescit.

[VIII AD LEGEM FALCIDIAM]

1 Exhausta legatis aut fideicommissis uel mortis causa do-
nationibus hereditate auxilio Falcidiae institutus heres qua-
2 drantem retinere potest. Quotiens de modo quartae retinen-
dae quaeritur, propter periculum plus petendi officio iudicis
omnibus aestimatis quarta facienda est, quae apud heredem
remaneat, aut certe exigenda cautio a legatario, ut quod plus
3 dodrante perceperit restituat. Ea, quae mater uiua filio do-
3a nauit, in quartam non imputantur. *Aeris alieni loco dedu-
*cuntur non solum pretia eorum quibus libertas data est et
*eorum qui supplicio sunt adfecti, sed et eius quem praetor
*propter indicium proditae mortis uel detectae eorum con-
4 *iurationis libertate donauit.* Ex mora praestandorum fidei-
commissorum uel legatorum fructus et usurae peti possunt:
mora autem fieri uidetur, cum postulanti non datur.

[IX]

*Si nullae sint res hereditariae, in quas legatarii uel *fideicommissarii mittantur, in rem quidem heredis mitti non *possunt, sed per praetorem denegatas heredi actiones ipsi *persequantur.*

[X]

*In bonis curatoris priuilegium furiosi furiosaeue serua- *tur: prodigus et omnes omnino, etiamsi in edicto non fit eo- *rum mentio, in bonis curatoris decreto priuilegium conse- *quuntur.*

8, 3a = *Dig.* 35, 2, 39 || 9 = *Dig.* 36, 4, 10 || 10 = *Dig.* 27, 10, 15, 1: *huic autem loco haec sententia ideo restituta est, quia ueram eius sedem intra hunc librum ignoramus*

1 sequente *M*, secuta *dett.*, *deficit L* || 7 quartae *L*, partis *M* || 8 iudicis *L*, iudicantis *M*

LIBER QVARTVS

[I DE FIDEICOMMISSIS]

1 Ab uxore, cui uir dotem praelegauit, fideicommissum
relinqui non potest, quia non ex lucratiua causa testamento
2 aliquid capit, sed proprium recipere uidetur. A postumo he-
3 rede instituto fideicommissum dari potest. Ab imperatore
4 herede instituto legatum et fideicommissum peti potest. A
surdo uel muto, siue legatum acceperit siue heres institutus
sit uel ab intestato successerit, fideicommissum relinquitur.
4ª *A patre uel domino relictum fideicommissum, si hereditas
*ei non quaeratur, ab emancipato filio uel seruo manumisso
*utilibus actionibus postulatur: penes eos enim quaesitae he-
5 *reditatis emolumentum remanet.* Qui fideicommissum re-
linquit, etiam cum eo loqui potest cui relinquit, uelut PETO,
GAI SEI, CONTENTVS SIS ILLA RE, aut VOLO TIBI ILLVD PRAESTARI.
6 Fideicommittere his uerbis possumus ROGO, PETO, VOLO, MANDO,
DEPRECOR, CVPIO, INIVNGO. DESIDERO quoque et IMPERO uerba
utile faciunt fideicommissum. RELINQVO uero et COMMENDO
6ª nullam fideicommissi pariunt actionem. *Nutu etiam relin-
*quitur fideicommissum, dummodo is nutu relinquat, qui et
loqui potest, nisi superueniens morbus ei impedimento sit.
7 Tam nostras res quam alienas per fideicommissum relinquere
possumus: sed nostrae statim, alienae autem aestimatae aut
8 redemptae praestantur. Si alienam rem tamquam suam tes-
tator per fideicommissum reliquerit, non relicturus, si alie-
nam scisset, ut solet legatum, ita inutile erit fideicommissum.
9 Testator superuiuens si eam rem quam reliquerat uendiderit,
10 extinguitur fideicommissum. Codicillis, qui testamento con-
firmati non sunt, adscriptum fideicommissum iure debetur.
11 Filio quibuscumque uerbis a patre fideicommissum relictum
iure debetur: sufficit enim inter coniunctas personas quibus-
cumque uerbis ut in donatione uoluntas expressa. et ideo
12 etiam PRIDIE QVAM MORIETVR recte relictum uidetur. In tem-
pus emancipationis uel CVM SVI IVRIS ERIT fideicommissum re-

1, 4ª = *Dig.* 32, 4 ‖ 1, 6ª = *Dig.* 32, 21 *pr.*

7 peti *L*, *om. M* ‖ 17 inpetro uerba utilia *codices* ‖ 31 sufficit *M*, sufficiet *L*

lictum quocumque modo patria potestate liberato debetur.
13 Rogati inuicem sibi, si sine liberis decesserint, hereditatem
restituere, altero decedente sine liberis hereditas ad eum
peruenit qui superuixit: nec ex eo pacisci contra uoluntatem
14 testatoris possunt. Heres ante aditam hereditatem, legata-
rius antequam legatum accipiat, fideicommissum praestare
15 non possunt. Rem fideicommissam si heres uendiderit eam-
que sciens compararit, nihilo minus in possessionem eius
16 fideicommissarius mitti iure desiderat. Quotiens libertis fidei-
commissum relinquitur, ad eos tantummodo placuit pertinere,
qui manumissi sunt uel qui in eodem testamento libertatem
17 intra numerum legitimum consecuti sunt. Cui ab herede
fideicommissum non praestatur, non solum in res heredita-
18 rias, sed et in proprias heredis inducitur. Ius omne fidei-
19 commissi non in uindicatione, sed in petitione consistit. *Fi-
*deicommissum relictum et apud eum cui relictum est ex
*causa lucratiua inuentum extingui placuit, nisi defunctus
20 *aestimationem quoque eius praestari uoluit. Columnis ae-
*dium uel tignis per fideicommissum relictis ea tantummodo
*amplissimus ordo praestari uoluit nulla aestimationis facta
mentione, quae sine domus iniuria auferri possunt.

[II DE SENATVS CONSVLTO TREBELLIANO]

Senatus consulto Trebelliano prospectum est, ne solus heres omnibus hereditariis actionibus oneretur. et ideo quotiens hereditas ex causa fideicommissi restituitur, actiones eius in fideicommissarium transferuntur, quia unicuique damnosam esse fidem suam non oportet.

[III DE SENATVS CONSVLTO PEGASIANO]

1 Inter heredem et fideicommissarium, cui ex Pegasiano
hereditas restituitur, partis et pro parte stipulatio interponi-
tur, ut heredi instituto pro quarta actiones, pro ceteris uero
2 portionibus fideicommissario competant. Totam hereditatem
restituere rogatus si quartam retinere nolit, magis est, ut eam
ex Trebelliano debeat restituere: tunc enim omnes actiones

1, 19. 20 = *Dig.* 32, 21, 1. 2

25 restituitur *dett.*, restituetur *ML* || 26 eius *M*, eius non *L*

3 in fideicommissarium dantur. Lex Falcidia itemque senatus
consultum Pegasianum deducto omni aere alieno deorumque
donis quartam residuae hereditatis ad heredem uoluit perti-
4 nere. Qui totam hereditatem restituit, cum quartam retinere
ex Pegasiano debuisset, si non retineat, repetere eam non
potest. nec enim indebitum soluisse uidetur qui plenam fidem
defuncto praestare maluit.

[IV DE REPVDIANDA HEREDITATE]

1 Recusari hereditas non tantum uerbis, sed et re potest
2 et alio quouis indicio uoluntatis. Heres per magistratus mu-
nicipales ex auctoritate praesidis fideicommissario postulante
3 hereditatem adire et restituere compellitur. Fideicommis-
sarius si adfirmet heredem nolle adire hereditatem, absente
eo interponi decretum et in possessionem mitti iure deside-
4 rat. Suspectam hereditatem adire compulsus omnia ex Tre-
belliano restituit.

[V DE INOFFICIOSI QVERELLA]

1 Inofficiosum dicitur testamentum, quod frustra liberis
exheredatis non ex officio pietatis uidetur esse conscript*um*.
2 Post factum a matre testamentum filius procreatus, non mu-
tata ab ea cum posset uoluntate, ad exemplum praeteriti in-
3 officiosi querellam recte instituit. Testamentum, in quo impe-
rator heres scriptus est, inofficiosum argui potest: eum enim
qui leges facit pari maiestate legibus obtemperare conuenit.
4 Qui inofficiosum dicere non potest, hereditatem petere non
5 prohibetur. Ex asse heres institutus inofficiosum dicere non
potest: nec interest, exhausta nec ne sit hereditas, cum apud
eum quarta aut legis Falcidiae aut senatus consulti Pegasiani
6 beneficio sit remansura. Quartae portionis portio liberis de-
ducto aere alieno et funeris impensa praestanda est, ut ab
inofficiosi querella excludantur. libertates quoque eam por-
7 tionem minuere placet. Filius iudicio patris si minus quarta

4, 1 = *Dig.* 29, 2, 95

5 si non retineat *del. Cuiacius* || 19 conscriptum *dett.*, conscripta *ML* || 21 possit *L*, sit *M* || 24 conuenit *L*, conueniet *M* || 25 non *ante* potest *del. Sichardus uix recte* || 32 placet *M*, placuit *L*

portione consecutus sit, ut quart*a* sibi a coheredibus citra in-
8 officiosi querellam impleatur, iure desiderat. Pactio talis,
ne de inofficioso testamento dicatur, querellam super iudicio
futuram non excludet: meritis enim liberos quam pactioni-
9 bus adstringi placuit. Rogatus hereditatem restituere etsi
inofficiosi querellam instituerit, fideicommisso non fit iniuria:
quartam enim solummodo hereditatis amittit, quam beneficio
10 senatus consult*i* habere potuisset. Heres institutus habens
substitutum si de inofficioso dixerit nec obtinuerit, non id ad
fiscum, sed ad substitutum pertinebit.

[VI DE VICESIMA]

1 Tabulae testamenti aperiuntur hoc modo, ut testes uel
maxima pars eorum adhibeatur, qui signauerint testamen-
tum: ita ut agnitis signis rupto lino aperiatur et recitetur at-
que ita describendi exempli fiat potestas ac deinde signo
publico obsignatum in archiuum redigatur, ut, si quando exem-
2 plum eius interciderit, sit, unde peti possit. Testamenta in
municipiis coloni*is* oppidis praefectura uico castello concilia-
bulo facta in foro uel basilica praesentibus testibus uel hones-
tis uiris inter horam secundam et decimam diei *aperiri* reci-
tarique debebunt, exemploque sublato ab isdem rursus [ma-
gistratibus] obsignari, quorum praesentia constat apertum.
2a *Qu*i* aliter aut alibi, quam ubi lege praecipitur, testamentum
*aperuerit recitaueritue, poena sestertiorum quinque milium
3 *tenetur.* Testamentum lex statim post mortem testatoris
aperiri uoluit. et ideo, quamuis sit rescriptis uariatum, ta-
men a praesentibus intra triduum uel quinque dies ape-
riendae sunt tabulae: *ab* absentibus quoque intra eos dies,
cum superuenerint: nec enim oportet t*am* heredibus et le-
gatariis aut libertatibus quam necessario uectigali moram
fieri.

6, 2a = *extat in E et Rosambino*

1 quartam *ML* ‖ 8 consulto *ML* ‖ 14 signis *dett.*, signitis *M*, sigillis suis *L* ‖ 18 colonia *codices* ‖ 20 aperiri *om. codices, suppl. Rittershusius* ‖ 21 magistratibus *del.*, *cf. Dig.* 29, 3, 7 ‖ 22 quorum *sqq.*] *expectes fere* in quorum praesentia aperta sunt ‖ 23 qualiter *codices* ‖ legem percipitur *Ros.* ‖ 24 ue *om. Ros.* ‖ poenae *E* ‖ 25 teneatur *Ros.* ‖ 28 ab *om. ML* ‖ 29 tam *Rittershusius*, testamentum *codices*

[VII DE LEGE CORNELIA]

1 Qui testamentum falsum scripserit recitauerit subiecerit
signauerit suppresserit amouerit resignauerit deleuerit, poena
legis Corneliae de falsis tenebitur, id est in insulam depor-
2 tatur. Non tantum is, qui testamentum subiecit suppressit
deleuit, poena legis Corneliae coercetur, sed et is qui sciens
3 dolo malo id fieri iussit faciendum*u*e curauit. Testamentum
supprimit, qui sciens prudensque tabulas testamenti in frau-
dem heredum uel legatariorum fideiuecommiss*ari*orum aut
4 libertatium non profert. Supprimere tabulas uidetur, qui
5 cum habeat et proferre possit, eas proferre non curat. Codi-
cilli quoque si lateant nec proferantur, supprimi uidebuntur.
6 Edicto perpetuo cauetur, ut, si tabulae testamenti non appa-
reant, de earum exhibitione interdicto reddito intra annum
agi possit, quo ad exhibendum compellitur qui supprimit.
tabularum autem appellatione chartae quoque et membranae
continentur.

[VIII DE INTESTATORVM SVCCESSIONE]

1 *Intestati dicuntur, qui testamentum facere non possunt,
*uel ipsi linum, ut intestati decederent, abruperunt, uel ii
*quorum hereditas repudiata est, cuiusue condicio defecerit.
2 *[Sine] iure praetorio factum testamentum *o*biecta doli ex*cep*-
2a *tione obtinebit. *Quorum* testamenta rumpuntur aut inrita
*fiunt, ipso quidem iure testati decedunt, sed per consequen-
3 *tias sublato testamento intestati decedunt. Intestatorum he-
*reditas lege duodecim tabularum primum suis heredibus,
*deinde agnatis et aliquando quoque genti*li*bus deferebatur.
*sane consanguinei, *quos* lex non apprehenderat, interpre-

8, 1—19 = *Collatio* 16, 3

3 suppresserit a. resign. *L*, *om. M*, *cf.* 5, 25, 1 || 5 subiecit *L*, *om. M* || 7 faciendumue *dett.*, faciendumque *M*, faciendoque *L* || 9 fideiuecommissorum *M*, fideiquecommissorum *L* || 10 profert *dett.*, proferet *L*, proferre *M* || 16 autem *L*, quoque *M* || 18 successione *Wisigothi*, successionibus *Coll. et Lex Rom. Burg.* 28, 3, hereditatibus *Appendix* 1, 7. 17 || 20 hii *Coll.*P, hic *Coll.*w *Coll.*v || 21 cuiusue *fortasse ex* institutionisue *corruptum est* || 22 sine *del.* || abiecta doli expectatione (-nem *Coll.*w) *codices* || 23 quorum] eorum quorum *codices* || 27 gentilibus *Pithoeus*, gentibus *codices* || 28 consanguinei quos *Cuiacius*, consanguineis *codices*

*tatione prudentium primum inter agnatos locum acceperunt.
4 *Sui heredes sunt *hi*: primo loco filius filia in potestate pa-
*tris constituti: nec interest, *a*doptiui sint an naturales et
*secundum legem Iuliam Papiamue quaesiti: modo maneant
5 *in potestate. Qui sui heredes sunt, ipso iure heredes etiam
*ignorantes constituuntur, ut furiosi aut infantes et peregri-
*nantes: quibus bonorum possessionis propter praetoriam
6 *actionem non erat necessaria. In suis heredibus adeo a
*morte testatoris rerum hereditariarum dominium continua-
*tur, ut nec tutoris auctoritas pupillis nec furiosis curator sit
*necessarius, nisi forte soluend*o* sit hereditas: quamuis etiam
*furiosus, si resipuerit, et pupillus, si adoleuerit, abstinere
7 *possint. Post mortem patris natus uel ab hostibus reuersus
*aut ex primo secundoue mancipio manumissus, cuiusue er-
*roris causa probata, licet non fuerint in potestate, sui tamen
8 *patri heredes efficiuntur. Post filios filias ad intestatorum
*successionem inter suos ueniunt nepotes neptes pronepotes
*proneptes ac deinde masculino sexu post filium descenden-
*tes, si nullus parentum impedimento ipsi*s* in aui potestate
*uel proaui familia remanserit: parentes enim liberis suis,
*cum quibus in potestate fuerunt ipsi, ordine successionis
9 *obsistunt. Fili*i si* cum nepotibus ex alio filio susceptis in
*familia retinentur, ad intestati patris successionem cum fra-
*tris filiis uocantur. quibus in patris sui pa*r*tem uenientibus
*hereditas in stirpes, non in capita diuiditur, ita ut unus
*filius e*t* plures nepotes singulos semisses habeant. idemque
*euenit, si auo ex duobus filiis impari numero nepotes suc-
10 *cesserint. Ex filia nepotes sui heredes non sunt: in aui
*enim materni potestate alienam familiam sequentes ipsa ra-
11 *tione esse non possunt. Eo tempore suus heres constituen-
*dus est, quo certum est aliquem intestatum decessisse: quod

8, 3—20 = *Collatio* 16, 3, 3—20

---

2 hi] hoc *codices* || 3 adoptiui] si ad. *codices* || an nat. et *Coll.*P, tam nat. eos *Coll.*w *Coll.*v || 4 papiamque *Schulting* || 7 possessionis *Coll.*P *Coll.*v, possessiones *Coll.*w: possessionis petitio *requiritur* || 8 erit *Pithoeus* || 11 *post* forte *intercidisse uidentur talia:* in hoc ut abstineant, si non || soluenda *codices* || 15 probata] probata est *scr.* || 19 ipsi *codices* || 22 filius cum *codices* || 23 ad intestati *Coll.*w *Coll.*v, ab intestato *Coll.*P || 24 uocatur *Coll.*w *Coll.*v || partem] parentem *Coll.*P, parentes *Coll.*w *Coll.*v || 26 et] ex *codices*

*ex euentu deficientis condicionis et ortu nepotis, qui uiuo
12 *auo post mortem patris natus *est*, *def*iniri potest. *Quem*
*filius emancipatus suscepit uel adoptauit, sui heredis locum
*in aui successione, sicut ipse pater, obtinere non potest.
*adoptiuus tamen ne*c* quasi cognatus bonorum possessionem
13 *eius petere potest. Si sui heredes non sunt, ad agna-
*tos legitima hereditas pertinebit, inter quos primum locum
*consanguinei obtinent. agnati autem sunt cognati uirilis
*sexus per uirilem *sexum* descendentes, sicut filius fratris
14 *et patruus et deinceps tota successio.* Inter agnatos et co-
gnatos hoc interest, quod in agnatis etiam cognati continen-
tur, inter cognatos uero agnati non comprehenduntur. et
ideo patruus et agnatus est et cognatus, auunculus autem
15 cognatus tantummodo. *Consanguinei sunt eodem patre nati,
*licet diuersis matribus, qui in potestate fuerunt mortis tem-
*pore: adoptiuus quoque frater, si non sit emancipatus, et
*hi qui post mortem patris nati sunt uel causa*m* probauerunt.
16 *Soror iure consanguinitatis tam ad fratris quam ad sororis
17 *hereditatem admittitur. Consanguineis non exsistentibus
*agnatis defertur hereditas, prout quis alterum grad*u* praeces-
*serit: quod si plures eodem gradu consistunt, simul admit-
18 *tuntur.* Si sint fratres defuncti et fratris filii uel nepotes
19 fratre non exsistente, filius fratris nepoti praefertur. *Sed si
*duorum fratrum sint liberi, non in stirpes, sed in capita he-
*reditas distribuitur, scilicet ut pro numero singulorum uiri-
20(22) *tim distribuatur hereditas.* Feminae ad hereditates legitimas
ultra consanguineas successiones non admittuntur: idque iure

8, 11—20 = *Collatio* 16, 3, 11—20

2 est definiri] iniri *Coll.*[P], siniri *Coll.*[w] *Coll.*[v] || quem] cuius *Coll.*[P] *Coll.*[w], cum *Coll.*[v] || 5 ne quasi *Coll.*[P] *Coll.*[w], neque si *Coll.*[v] || 9 sexum *om. codices* || 11 quod *om. Coll.* || 13 et agnatus] agnatus *Coll.* || 14 tantummodo] tantummodo est *Coll.* || 17 causa *codices* || 20 gradum *codices* || 22 si sint fratres defuncti et fratres filii uel nepotes *ML*, si sit frater defuncti et fratris filius et nepos *Coll.:* si sint fratris defuncti et filius et nepos *scr.* || 26 *post* § 19 *edd. ex Epitoma Aegidiana inserunt haec:* filius fratris intestati filio sororis praefertur, *deinde supplent ex Appendice* 1, 7: legitimi heredes iure gallico intra centesimum diem nisi adierint hereditatem, ad proximos eadem successio transfertur, *utrumque non Pauli, sed Interpretis* || feminae . . . 27 admittuntur] *ad hoc comma pertinent uerba Appendicis* 1, 9: feminae etsi ultra consanguineas hereditates ad successionem legitimam non admittuntur, proximitatis tamen ad successionem petere non prohibentur, *quae non sunt Pauli, sed Interpretis, licet non eiusdem, quem Wisigothi exscripserunt* || 27 idque *ML*, id quod *Coll.*[P], hi quod *Coll.*[w]

ciuili Voconiana ratione uidetur effectum. ceterum lex duode-
21(23) cim tabularum nulla discretione sexus cognatos admittit. In
hereditate legitima successioni locus non est. et ideo fratre
decedente, antequam adeat aut repudiet hereditatem, fratris
filius admitti non potest, quia omissa successio proximiori
22(24) defertur. Ab hostibus captus neque sui neque legitimi he-
redis ius amittit postliminio reuersus. quod et circa eos,
qui in insulam deportantur uel serui poenae effecti sunt, pla-
cuit obseruari, si per omnia in integrum indulgentia prin-
23(25) cipali restituantur. Pro herede gerere est destinatione fu-
turi dominii aliquid ex hereditariis rebus usurpare: et ideo
pro herede gerere uidetur, qui fundorum hereditariorum cul-
turas rationesque disponit, et qui seruis hereditariis, iumen-
24(26) tis rebusue aliis utitur. Ex pluribus heredibus isdemque
legitimis si qui omiserint hereditatem uel in adeundo ali-
qua ratione fuerint impediti, his qui adierunt uel eorum he-
redibus omittentium portiones adcrescunt. quod in herede
instituto [eum] qui acceperat substitutum euenire non poterit:
diuersa enim causa est scripti et legitimi.

[IX AD SENATVS CONSVLTVM TERTVLLIANVM]

1 Matres tam ingenuae quam libertinae ciues Romanae,
ut ius liberorum consecutae uideantur, ter et quater pepe-
2 risse sufficit, dummodo uiuos et pleni temporis pariant. Quae
semel uno partu *tres* filios edidit, ius liberorum non conse-
quitur: non enim ter peperisse, sed semel partum fudisse
3 uidetur: nisi forte per interualla pariat. Mulier si monstruo-

9, 3. 4 = *Dig.* 1, 5, 14 (*u. i.*)

1 uoconia narratione *codices*, uoconia rationem *Coll.*P, coniurationem *Coll.*W || 2 nulla] sine ulla *Coll.* || cognatos] *expectes* agnatos || 5 omissa *tuetur Interpretatio,* omnis *Cuiacius: fuerit fortasse* quia non nisi proximiori successio defertur || 18 eum *del. Faber* || 20 *rubricam post* § 7 *collocant codices, huic loco restituit Cuiacius:* de intestatorum successionibus ad senatus cons. tert. *Lex Rom. Burg.* 28, 8: *in Appendice* 1, 8. 17 *ea quae titulo X continentur sub rubrica* de intestatorum hereditatibus *citantur* || 23 sufficit *L*, sufficiet *M* || 24 simul *Faber* || tres *Cuiacius*, tres uel duos *codices* || 26 — p. 103, 5 §§. 3. 4 *in Dig. sic leguntur:* non sunt liberi, qui contra formam humani generis conuerso more procreantur: ueluti si mulier monstrosum aliquid aut prodigiosum enixa sit. partus autem, qui membrorum humanorum officia ampliauit, aliquatenus uidetur effectus et ideo inter liberos connumerabitur: *cf. praef. p.* 42 || 26 monstruoso a. a. prodigioso *codices*

sum aliquid aut prodigios*um* enixa sit, nihil proficit: non
sunt enim liberi, qui contra formam humani generis conuerso
4 more procreantur. Partum, qui membrorum humanorum
officia duplicauit, quia hoc ratione aliquatenus uidetur effec-
5 tum, matri prodesse placuit. Septimo mense natus matri
prodest: ratio enim Pythagorae*i* numeri hoc uidetur admit-
tere, ut aut septimo pleno aut decimo mense partus maturior
6 uideatur. Aborsus et abactus uenter partum efficere non
7 uidetur. Libertina ut ius liberorum consequi possit, quater
8 eam peperisse ut ingenuam sufficit. Latina ingenua ius Qui-
ritium consecuta si ter peperit, ad legitimam filii heredita-
9 tem admittitur: non est enim manumissa. Ius liberorum ma-
ter habet, quae tres filios aut habet aut habuit aut neque
habet neque habuit. habet, cui supersunt: habuit quae ami-
sit: neque habet neque habuit, quae beneficio principis ius
10 liberorum consecuta est. *Mater per fratrem excluditur et
*in successione frater cum sorore aequa sorte succed*it*. quod
*si frater defuerit, mater et filiae, quantae fuerint, aequales
capiunt portiones.

[x]

1 *Filii uulgo quaesiti ad legitimam matris hereditatem
*adspirare non prohibentur, quia pari iure, *ut* ipsorum *here-*
2 **ditates* matribus, ita ipsis matrum deferri debuerunt. Ad
*filiam ancillam uel libertam ex senatus consulto Claudiano
*effectam legitima matris intestatae hereditas pertinere non
*potest, quia neque serui neque liberti matrem ciuilem ha-
3 *bere intelleguntur. Ad legitimam intestatae matris here-
*ditatem filii ciues Romani, non etiam Latini admittuntur.
*ciues autem Romanos eo tempore esse oportet, quo eis de-

9, 3. 4 = *Dig.* 1, 5, 14 || 9, 10 = *Lex Rom. Burgund.* 28, 2. 3, *quae tamen non ipsa Pauli uerba, sed argumentum sententiae refert* || 10, 1—3 = *Appendix* 1, 17—19

4 hoc *M*, hec L || 6 pythagorae *codices* || 9 libertina] libertina Latina *Huschke* || 10 ut ingenuam *del. Cuiacius* || sufficit *dett.*, suffecit *M*, sufficiet *L* || 17 succedunt *codices Legis Rom. Burg.* || 20 *rubricam* de intestatorum hereditatibus (= *tit.* 8) *citat Appendix: Cuiacius rubricam* ad senatus consultum Orfitianum restituit || 22 ut *Cuiacius*, in *uel* hi ut *codices* || hereditates *om. codices*

*fertur et ab iis legitima hereditas aditur. perinde autem
*matris certiores filii fiunt, non nuntio accepto, sed pro li-
4 *quido comperto, quod intestata decesserit. Filius maternam
*hereditatem eandemque legitimam nisi adeundo quaerere
non potest.

[XI DE GRADIBVS]

1a *Στέμματα cognationum directo limite in duas lineas se-
*parantur, quarum altera superior, altera inferior: ex supe-
*riore autem et secundo gradu transuersae lineae pendent,
*quas omnes latiore tractatu habito in librum singularem con-
1 *tex*u*imus.* Primo gradu superiori linea continentur pater
mater, inferiori filius filia: quibus nullae aliae personae iun-
2 guntur. Secundo gradu continentur superiori linea auus auia,
inferiori nepos neptis, transuersa frater soror. quae personae
duplicantur: auus enim et auia tam ex patre quam ex matre,
nepos neptis tam ex filio quam ex filia, frater soror tam ex
patre quam ex matre accipiuntur. quae personae sequenti-
bus quoque gradibus similiter pro substantia earum, quae
3 in quoque gradu consistunt, ipso ordine duplicantur. Tertio
gradu ueniunt supra proauus proauia: infra pronepos pronep-
tis: ex obliquo fratris sororisque filius filia, patruus amita,
id est patris frater et soror, auunculus matertera, id est ma-
4 tris frater et soror. Quarto gradu ueniunt supra abauus ab-
auia: infra abnepos abneptis: ex obliquo fratris et sororis ne-
pos neptis, frater patruelis soror patruelis, id est patrui filius
filia, consobrinus consobrina, id est auunculi et materterae
filius filia, amitinus amitina, id est amitae filius filia: item-
que consobrini, qui ex duabus sororibus nascuntur. quibus
adcrescit patruus magnus amita magna, id est aui paterni
frater et soror: auunculus magnus matertera magna, id est

10, 4 = *Appendix* 1, 8 ‖ 11, 1a = *Dig.* 38, 10, 9 ‖ 11 = *Lex Wisigothorum* 4, 1

---

1 ab . . . 2 matris] *haec sic restitue:* ab iis hereditas aditur. non ante autem matris legitima hereditas adiri potest quam ‖ 10 quas . . . contexuimus (conteximus *F*) *addiderint Iustiniani* ‖ 17 quae] itemque *scr.* (itemque hae *Huschke*) ‖ 18 earum quae in quoque *M*, eorum in quorum *L*, earumque in quo *uel* eorumque in quoquo *codices optimi Legis Wisig.* ‖ 21 amita] et amita *Lex Wisig.* ‖ 22 matertera] et mat. *Lex Wisig.* ‖ 25 frater *Lex Wisig.*, *om. ML* ‖ 26 filia *ML*, filiaue *Lex Wisig.* ‖ consobrinus . . . 27 filia *post* 27 amitae filius filia *collocat Huschke, cf.* §§ 5. 6

5 auiae tam paternae quam maternae frater et soror. Quinto
gradu ueniunt supra quidem atauus atauia: infra adnepos
adneptis: ex obliquo fratris et sororis pronepos proneptis,
fratris patruelis sororis patruelis amitini amitinae consobrini
consobrinae filius filia, prop*i*us sobrin*o* sobrina, id est pa-
trui magni amitae magnae auunculi magni materterae ma-
gnae filius filia. his adcrescunt propatruus proamita, hi sunt
proaui paterni frater et soror: proauunculus promatertera,
hi sunt proauiae paternae maternaeque frater et soror pro-
6 auique materni. Sexto gradu ueniunt supra tritauus tritauia.
infra trinepos trineptis: ex obliquo fratris et sororis abne-
pos abneptis, fratris patruelis sororis patruelis, amitini ami-
tinae, consobrini consobrinae, patrui magni amitae magnae
auunculi magni materterae magnae nepos neptis, prop*i*oris
sobrin*o* filius filia, qui consobrini appellantur. quibus ex
latere adcrescunt propatrui proamitae proauunculi promater-
terae filius filia: a*b*patruus a*b*amita, hi sunt abaui paterni
frater et soror: abauunculus abmatertera, hi sunt abauiae
7 paternae maternaeque frater et soror abauique materni. Sep-
timo gradu qui sunt cognati recta linea supra infraque, pro-
priis nominibus non appellantur: sed ex transuersa linea
continentur fratr*i*s soror*i*sue adnepotes adneptes, consobrini
8 filii filiaeque. Successionis idcirco gradus septem constituti
sunt, quia ulterius per rerum naturam nec nomina inueniri
nec uita succedentibus prorogari potest.

[XII DE MANVMISSIONIBVS]

1 Seruum communem unus ex dominis manumittendo La-
tinum facere non potest nec magis quam ciuem Romanum:
cuius portio eo casu, quo, si proprius esset, ad ciuitatem Ro-
2 manam perueniret, socio adcrescit. Mutus et surdus seruum
uindicta liberare non possunt: inter amicos tamen et per
epistulam manumittere non prohibentur. ut autem ad iustam

11 = *Lex Wisigothorum* 4, 1

5 proprius sobrinus *codices cum Lege Wisig.* || 14 proprioris (proprii *L*) sobrini *ML cum Lege Wisig.* || 15 consobrini] sobrini *Contius, cf. Dig.* 38, 10, 10, 17 (*ed. Mommsen p.* 359, 9) || 17 adpatruus (apatruus *M*ª, adpatruos *L*) adamita *codices cum Lege Wisig.* || 22 fratres sororesue (-que *L*) *codices cum Lege Wisig.* || adnepotes adneptes *M cum Lege Wisig.*, adnepos adneptis *L* || sobrini *Contius* || 23 idcirco] autem idcirco *Lex Wisig.* || 28 nec] non *scr.* || 30 peruenerit *ML*

libertatem peruenire possit, condicione uenditionis excipi
3 potest. Tormentis apud praesidem subiectus et de nulla culpa
4 confessus ad iustam libertatem perduci potest. Fideicom-
missa libertas data facto heredis non mutatur, si seruum,
5 quem manumittere iussus est, uinxerit. Communem seruum
unus ex sociis uinciendo futurae libertati non nocebit: inter
pares enim sententia clementior seueriori praefertur: et certe
humanae rationis est fauere miserioribus, pro*pe* et innocen-
tes dicere, quos absolute nocentes pronuntiare non possunt.
6 Debitor creditorue seruum pignoris uinciendo dediticium fa-
cere non possunt: alter enim sine altero causam pignoris de-
7 teriorem facere non potest. Seruus furiosi domini uel pu-
pilli iussu uinctus dediticiorum numero non efficitur, quia
8 neque furiosus neque pupillus exacti consilii capax est. Non
tantum si ipse dominus uinciat, nocet libertati, sed et si uin-
ciri iubeat aut uincientis procuratoris actorisue factum com-
probet. quod si, antequam sciret uinctum, solutionis eius
causas approbauerit, libertati futurae uincula non nocebunt.
9 Caeco curator dari non potest, quia ipse sibi procuratorem
instituere potest.

[XIII DE FIDEICOMMISSIS LIBERTATIBVS]

1 Ea condicione heres institutus SI LIBEROS SVOS EMANCIPA-
VERIT omnimodo eos emancipare cogendus est: pro condi-
2 cione enim hoc loco emancipatio uidetur adscripta. Dece-
dente eo, a quo fideicommissa libertas relicta est, heredes
3 eius eam praestare cogendi sunt. Decedens seruis suis liber-
tatem ita dedit: ILLVM ET ILLVM LIBEROS ESSE VOLO EOSQVE FILIIS
MEIS TVTORES DO: impeditur fideicommissa libertas, quia pu-
pilli sine tutoris auctoritate manumittere non possunt et ha-
bentibus tutores tutor dari non potest. sed interim uice ab-
sentium pupilli habebuntur, ut ex decreto amplissimi ordinis
primum libertas ac deinde tutela competere possit.

[XIV AD LEGEM FVFIAM CANINIAM]

1 Nominatim serui testamento manumitti secundum legem
Fufiam possunt. nominatim autem manumittere intellegitur

---

3 fideicommisso *dett.* ‖ 6 libertatis *ML* ‖ 8 prope et *scripsi*, probet *ML*, probe *dett.* ‖ 13 iussu *dett.*, iussum *ML* ‖ 23 omnimodis *codices* ‖ 34 nominatim] non nisi nominatim *scr.* (*similiter Huschke*)

hoc modo STICHVS LIBER ESTO. cum autem OPSONATOREM,
uel QVI EX ANCILLA ILLA NASCETVR, LIBERVM ESSE VOLO, ex Or-
fitiano senatus consulto perinde libertas competit, ac si no-
minatim data sit: officiorum enim et artium appellatio nihil
de significatione nominum mutat: nisi forte plures sint, qui
eo officio designentur: tunc enim nomen adiungendum est,
2 ut eluceat, de quo testator sensisse uideatur. Codicillis tes-
tamento confirmatis datae libertates cum his quae tabulis
testamenti datae sunt concurrunt, et siue antecedant siue se-
quantur testamentum, nouissimo loco adhibentur, quia ex
3 testamento utraeque confirmantur. Quotiens numerus ser-
uorum propter legem Fufiam Caniniam ineundus est, fugitiui
quoque, quorum semper possessio animo retinetur, compu-
4 tandi sunt. Lege Fufia Caninia cauetur, ut certus seruorum
numerus testamento manumittatur. subductis igitur duobus
usque ad decem pars dimidia, a decem usque ad triginta pars
tertia, *a triginta* usque ad centum pars quarta, a centum us-
que ad quingentos pars quinta. plures autem quam centum
ex maiori numero seruorum manumitti non licet.

[XIVA]

Nec filio patroni inuito libertus natalibus suis restitui potest: quid enim interest ipsi patrono an filiis eius fiat iniuria?

LIBER QVINTVS

[I DE LIBERALI CAVSA]

1 Qui contemplatione extremae necessitatis aut alimento-
rum gratia filios suos uendiderint, statui ingenuitatis eorum
non praeiudica*nt*: homo enim liber nullo pretio aestimatur.
idem nec pignori ab his aut fiduciae dari possunt: ex quo
facto sciens creditor deportatur. operae tamen eorum locari

14A = *Dig.* 40, 11, 4 ‖ 1, 1 *u.* 29 idem ... 30 deportatur = *Dig.* 20, 3, 5 *(u. i.)*

2 nascetur *Huschke*, nascitur *codices* ‖ 10 adhibetur *ML* ‖ 17 a triginta *om. codices* ‖ 28 praeiudicat *codices* ‖ nullo *L*, nulli dari (dar* *M*[a]) nullo *M* ‖ 29 idem ... 30 deportatur] creditor, qui sciens filium familias a parente pignori accepit, relegatur *Dig.*

2 possunt. Veritati et origini ingenuitatis manumissio quocum-
3 que modo facta non praeiudicat. Descriptio ingenuorum ex
officio fisci inter fiscalem familiam facta ingenuitati non prae-
4 iudicat. Qui metu et impressione alicuius terroris apud acta
praesidis seruum se esse mentitus est, postea statum suum
5 defendenti non praeiudicat. Post susceptum liberale iudi-
cium si adsertor causam deseruerit, in alium adsertorem omne
iudicium transferri placuit: in priorem uero, quod prodendae
libertatis gratia factum est, extra ordinem uindicatur: non
enim oportet susceptam status causam nulla cogente necessi-
6 tate destitui. *Cui necessitas probandi de ingenuitate sua
*non incumbit, ultro si ipse probare desideret, audiendus
7 *est. Qui de ingenuitate cognoscunt, de calumnia eius, qui
*temere controuersiam mouit, ad modum exsilii possunt ferre
8 *sententiam. Tutores uel curatores pupillorum, quorum tu-
*telam et res administrauerunt, postea status quaestionem
9 *facere non possunt. Maritus uxori eidemque libertae status
quaestionem inferre non prohibetur.

[1A]

1 *Locatio uectigalium, quae calor licitantis ultra modum so-
*litae conductionis inflauit, ita demum admittenda est, si fide-
*iussores idoneos et cautionem is qui licitatione uicerit offerre
2 *paratus sit. Ad conducendum uectigal inuitus nemo compel-
*litur et ideo impleto tempore conductionis elocanda sunt.
3 *Reliquatores uectigalium ad iterandam conductionem, ante-
*quam superiori conductioni satisfaciant, admittendi non sunt.
4 *Debitores fisci itemque rei publicae uectigalia conducere pro-
*hibentur, ne ex alia causa eorum debita onerentur: nisi forte
*tales fideiussores obtulerint, qui debitis eorum satisfacere
5 *parati sint. Socii uectigalium si separatim partes adminis-
*trent, alter ab altero minus idoneo in se portionem trans-
6 *ferri iure desiderat. Quod illicite publice priuatimque ex-
*actum est cum altero tanto passis iniuriam exsoluitur: per

1, 6—9 = *Dig.* 40, 12, 39 || 1A, 1—9 = *Dig.* 39, 4, 9

20 quae] quam *Gebauer* || calor *F*[1], calore *F*[2] || 24 elocanda *F*[1], ea locanda *F*[2] || 31 transferre iure *F*[2], transferretur *F*[a], transferretur e *F*[b]

*uim uero extortum cum poena tripli restituitur: amplius ex-
*tra ordinem plectuntur: alterum enim utilitas priuatorum,
7 *alterum uigor publicae disciplinae postulat. Earum rerum
*uectigal, quarum numquam praestitum est, praestari non
*potest. quod si praestari consuetum indiligentia publicani
8 *omiserat, alius exercere non prohibetur. Res exercitui pa-
9 *ratas praestationi uectigalium subici non placuit. Fiscus ab
*omnium uectigalium praestationibus immunis est. merca-
*tores autem, qui de fundis fiscalibus mercari consuerunt,
*nullam immunitatem soluendi publici uectigalis usurpare
10 *possunt. Cotem ferro subigendo necessariam hostibus quo-
*que uenumdari, ut ferrum et frumentum et sales, non sine
11 *periculo capitis licet. Agri publici, qui in perpetuum lo-
*cantur, a curatore sine auctoritate principali reuocari non
12 *possunt. Dominus nauis si illicite aliquid in naue uel ipse
*uel uectores imposuerint, nauis quoque fisco uindicatur.
*quod si absente domino [id] a magistro uel gubernatore aut
*proreta nautaue aliquo id factum sit, ipsi quidem capite puni-
*untur commissis mercibus, nauis autem domino restituitur.
13 *Illicitarum mercium persecutio heredem quoque adfligit.
14 *Eam rem, quae commisso uindicata est, dominus emere non
*prohibetur uel per se uel per alios quibus hoc mandauerit.
15 *Qui maximos fructus ex redemptione uectigalium conse-
*quuntur, si postea tanto locari non possunt, ipsi ea priori-
bus pensionibus suscipere compelluntur.

[II DE VSVCAPIONE]

1 Possessionem adquirimus et animo et corpore: animo
utique nostro, corpore uel nostro uel alieno. sed nudo animo
adipisci quidem possessionem non possumus, retinere tamen
nudo animo possumus, sicut in saltibus hibernis aestiuisque
2 contingit. Per liberas personas, quae in potestate nostra non
sunt, adquiri nobis nihil potest. sed per procuratorem ad-
quiri nobis possessionem posse utilitatis causa receptum est.

14, 6—9 = *Dig.* 34, 4, 9 || 1A, 10—15 = *Dig.* 39, 4, 11

4 praestari] postulari *Mommsen* || 11 quoque hostibus *Mommsen* || 17 id *del. Mommsen* || 20 adfligit F^1, adficit F^2 || 22 per (pre F^1) se] per nos uel per se F^2

absente autem domino comparata non aliter ei, quam si rata
3 sit, quaeritur. Longi autem temporis praescriptio inter prae-
sentes continui decennii spatio, inter absentes uicennii com-
4 prehenditur. Viginti annorum praescriptio etiam aduersus
rem publicam prode*st* ei, qui iustum initium possessionis ha-
buit nec medio tempore interpellatus est. actio tamen quanti
eius interest aduersus eos rei publicae datur, qui ea negotia
5 defendere neglexerunt. Si post motam intra tempora quaes-
tionem res ad nouum dominum emptione transierit, nec is
per uiginti annos fuerit inquietatus, auelli ei possessionem
non oportet.

[III DE HIS QVAE PER TVRBAM FIVNT]

1 In eos, qui per turbam seditionemue damnum alicui de-
derint dandumue curauerint, si quidem res pecuniaria est,
aestimatione dupli sarcitur: quod si ex hoc corpori alicuius,
2 uitae membrisue noceatur, extra ordinem uindicatur. Quid-
quid ex incendio ruina naufragio nauique expugnata raptum
susceptum suppressumue erit, eo anno in quadruplum eius
rei, quam quis suppresserit celauerit rapuerit, conuenitur,
3 postea in simplum. Hi qui aedes alienas uillas*ue* expilaue-
rint effregerint expugnauerint, si quidem id turba cum telis
coacta fecerint, capite puniuntur. telorum autem appella-
tione omnia, ex quibus saluti hominis noceri possit, acci-
4 piuntur. Receptores adgressorum itemque latronum eadem
poena adficiuntur, qua ipsi latrones: sublatis enim suscepto-
5 ribus grassantium cupido conquiescit. Fures uel raptores bal-
nearum plerumque in metallum aut in opus publicum dam-
nantur: nam nonnumquam pro frequentia admissorum iu-
6 dicantis sententia temperatur. Incendiarii, qui consulto

3, 3 = *Dig.* 48, 6, 11 *pr.* § 1

---

1 quam si ei *fortasse scr.* || rata *M*, grata *L* || 2 quaeritur *dett.*, quaerere *L*, inaerere *M* || 3 spatium *ML* || 4 uiginti] decem uel uig. *Huschke* || 5 prodesse *codices* || 9 is *M*, ipse *L* || 14 dandumue *dett.*, damnum *M*, iniuriamue *L*b, iniuriamueue *L*a || 16 membrisue *dett.*, membrisque *ML* || 20 postea *L*, postea uero *M* || alienas *Dig.*, aliquas *ML*, aliquas alienas *dett.* || uillasque *codices*, aut uillas *Dig.* || 21 si quid in turba cum telis fecerint *Dig.* || 23 saluti h. noceri possit (nocere possunt *L*) *ML*, singuli homines noceri (nocere *F*) possunt *Dig.* || 28 nam *M*, *om.* *L*

incendium inferunt, summo supplicio adficiuntur. quod si per incuriam ignis euaserit, dupli compendio damnum eiusmodi sarcir*i* placuit.

[IV DE INIVRIIS]

1 Iniuriam patimur aut in corpus aut extra corpus: in corpus uerberibus et illatione stupri, extra corpus conuiciis et famosis libellis, quod ex adfectu uniuscuiusque patientis et
2 facientis aestimatur. Furiosus itemque infans adfectu doli et captu contumeliae carent: idcirco iniuriarum agi cum his
3 non potest. Si liberis qui in potestate sunt aut uxori fiat iniuria, nostra interest uindicare: ideoque per nos actio inferri potest, si modo is qui fecit *in* iniuriam nostram id fecisse
4 doceatur. Corpori iniuria infertur, cum quis pulsatur cui*ue* stuprum infertur aut de stupro interpellatur. quae res extra ordinem uindicatur, ita ut pulsatio pudoris poena capitis uin-
5 dicetur. Sollicitatores alienarum nuptiarum itemque matrimoniorum interpellatores et si effectu sceleris potiri non possint, propter uoluntatem perniciosae libidinis extra ordinem
6 puniuntur. Iniuriarum actio aut lege aut more aut mixto iure introducta est. lege duodecim tabularum de famosis car-
7 minibus, membris ruptis et ossibus fractis. Moribus, quotiens factum pro qualitate sui arbitrio iudicis aestimatur, con-
8 gruentis poenae supplicio uindicatur. Mixto iure actio iniuriarum ex lege Cornelia constituitur, quotiens quis pulsatur, uel cuius domus introitur ab his, qui uulgo directarii appellantur. in quos extra ordinem animaduertitur, ita ut prius ingruentis consilium pro modo commentae fraudis poena uin-
9 dicetur exilii aut metalli aut operis publici. Iniuriarum ciuiliter damnatus eiusque aestimationem inferre iussus famo-
10 sus efficitur. Atrox iniuria aestimatur aut loco aut tempore

4, 5 = *Dig.* 47, 11, 1 *pr.*

2 per incuriam *L*, incuria eorum *M* || dupli *M*, duplo *L* || 3 sarcire *ML* || 6 et *M*, aut *L* || 11 per *M*, plenius per *L* || 12 in *om. codices* || 13 cuiue *Cuiacius*, cuique *codices* || 14 aut de stupro interpellatur *fortasse ex* § 14 *addita sunt* || 17 possint *L*, possit *M*, possunt *Dig.* || 22 congruentis] aut congr. *Huschke* || 25 domus] domus ui *Huschke: uidentur tamen plura aut hoc loco aut post* introitur *intercidisse* || 26 prius ingruentes *M:* furis inruentis *scr. (similiter Huschke)* || 27 commentae *dett.*, conmenti *M*, committente *L*

aut persona: loco, quotiens in publico inrogatur: tempore,
quotiens interdiu: persona, quotiens senatori uel equiti Ro-
mano decurioni*ue* uel alias spectatae auctoritatis uiro: et si
plebeius uel humili loco natus senatori uel equiti Romano,
decurioni uel magistratui uel aedili uel iudici, quilibet ho-
11 rum, uel si his omnibus plebeius. Qui per calumniam iniu-
riae actionem instituit, extra ordinem punitur: omnes enim
calumniatores exilii uel insulae relegatione aut ordinis amis-
12 sione puniri placuit. Iniuriarum non nisi praesentes accu-
sare possunt: crimen enim, quod uindictae aut calumniae iu-
13 dicium expectat, per alios intendi non potest. Fit iniuria
contra bonos mores, ueluti si quis fimo corrupto aliquem per-
fuderit, caeno, luto oblinierit, aquas spurcauerit, fistulas la-
cus quidue aliud in iniuriam publicam contaminauerit: in
14 quos grauiter animaduerti solet. Qui puero praetextato stu-
prum aliudue flagitium abducto ab eo uel corrupto comite
persuaserit, mulierem puellamue interpellauerit, quidue pu-
dicitiae corrumpendae gratia fecerit, donum praebuerit pre-
tiumue, quo id persuadeat, dederit, perfecto flagitio capite
punitur, imperfecto in insulam deportatur: corrupti comites
15 summo supplicio adficiuntur. *Qui carmen famosum in in-
*iuriam alicuius uel alia quaelibet cantica, quo agnosci possit,
*composuerit, ex auctoritate amplissimi ordinis in insulam
*deportatur: interest enim publicae disciplinae opinionem
16 *uniuscuiusque a turpi carminis infamia uindicare.* Psalte-

4, 13. 14 = *Dig.* 47, 11, 1, 1. 2 || 4, 15 *extat in A Paris.* 4409 *Paris. S. Germani* 366 *Vaticano reg.* 1048 *Bernensi* 263: *in Germ. praemittitur* Interpr.

1 publicum *codices* || 3 ue *om. codices* || uiro et si . . . 6 plebeius] *corrupta haec fortasse sic restituenda sunt* uiro plebeius uel humili loco natus iniuriam facit uel magistratui uel aedili uel iudici quilibet (*similiter Huschke*, *cf. Gai.* 3, 225) || 10 quod uind. aut *dett.*, quod uind. per *M*, aut uind. aut *L* || 13 aquas purgauerit *codices*, aquas spurgauerit *Dig.* || fistulas *Dig.*, fistulam *codices* || 14 in ini. *M*, ad ini. *Dig.*, ini. *L* || 15 praetextato *om. Dig.* || 16 aliudue flagitium *om. Dig.* || 17 mulierem] aut m. *Dig.* || pudicitiae corrumpendae] impudicitiae *Dig.* || 19 id] is *Dig.* || punitur capite *Dig.* || 21 carnem *Bern.* || famosam *Bern.*[a] || in iniuriarum *A*, iniuriarum *Bern.* || 22 qualibet *Bern.* || 25 a *Germ.?*, *om. reliqui* || infamiam *Bern.* || *post* uindicare *codices addunt* carmen facit non tantum qui satiras et epigrammata (sytiras sed epygrammas *Bern.*), sed illegitimam (sed uel legit. *codices*) insectandi alicuius causam (causa *Bern.*) quidue aliud alio genere componit. de ratione et de personarum dignitate nihil (et desperatione nil *A Vat.*, et

rium, quod uulgo canticum dicitur, in alterius infamiam com-
positum et publice cantatum tam in eos qui hoc cantauerint
quam in eos qui composuerint, extra ordinem uindicatur: eo
acrius, si personae dignitas ab hac iniuria defendenda sit.
17 In eos auctores, qui famosos libellos in contumeliam alterius
proposuerint, extra ordinem usque ad relegationem insulae
18 uindicatur. Conuicium iudici ab appellatoribus fieri non
19 oportet: alioquin infamia notantur. Maledictum itemque
conuicium publice factum ad iniuriae uindictam reuocatur.
20 quo facto condemnatus infamis efficitur. Non tantum is, qui
maledictum aut conuicium ingesserit, iniuriarum conuictus
famosus efficitur, sed et is, cuius ope consilioue factum esse
21 dicitur. *Conuicium contra bonos mores fieri uidetur, si ob-
*scaeno nomine aut inferiore parte corporis nudatus aliquis
*insectatus sit. quod factum contemplatione morum et causa
*publicae honestatis uindictam extraordinariae ultionis ex-
22 *pectat.* Seruus, qui iniuriam aut contumeliam fecerit, si
quidem atrocem, in metallum damnatur, si uero leuem, fla-
gellis caesus sub poena uinculorum temporalium domino re-
stituitur.

[VA DE EFFECTV SENTENTIARVM ET FINIBVS LITIVM]

1 Res iudicatae uidentur ab his, qui imperium potestatemque habent uel qui ex auctoritate eorum inter partes dantur, itemque *a* magistrat*ibus* municipal*ibus* usque ad summam, qua ius dicere possunt, itemque ab his, qui ab imperatore extra ordinem petuntur. ex compromisso autem iudex sumptus rem iudicatam non facit: sed si poena inter eos promissum sit, poena r*e* in iudicium deducta ex stipulatu

4, 18 = *Dig.* 47, 10, 42 || 4, 21 *extat in Parisiensibus* 4409. 4410 *Vaticano reg.* 1048 *Bernensi* 263

disperatione dialectione nil *Bern.*) cauetur, quoniam omnimodo deformanda est (est *om. A*) eius persona, contra quem uenimus. sed in hoc modus (modo *A Bern.*) quidam et ratio adhibenda est: aestimatio enim etiam hoc modo laeditur (legitur *A Vat.*), *quae Cuiacius non Pauli sed Interpretis esse uidit*

4 defendenda *M*, uindicanda *L* || 6 usque *L*b, quoque *M*, *incertus* *L*a || 13 obscine *Bern.* || 14 inferiori *Paris.* 4409 || 24 a magistratibus municipalibus *Cuiacius*, magistratus municipales *codices* || 27 si sub poena inter eos compromissum sit *scr.* || 28 re in *Huschke*, rei in *M*, rem *L* || deducta L, deductae M

2 peti potest. Confessi debitores pro iudicatis habentur, ideo-
que ex die confessionis tempora solutioni praestituta compu-
3 tantur. Confiteri quis in iudicio non tantum sua uoce, sed
et litteris et quocumque modo potest: conuinci autem non
4 nisi scriptura aut testibus potest. Eorum, qui de debito con-
5 fessi sunt, pignora capi et distrahi possunt. Ea, quae altera
5 (6) parte absente decernuntur, uim rerum iudicatarum non ob-
$5^{a}(6^{a})$ tinent. *De unoquoque negotio praesentibus omnibus, quos
*causa contingit, iudicari oportet: aliter enim iudicatum tantum
5^{b} *inter praesentes tenet. Qui apud fiscum causam defendere
*[saepius conuenti] neglexerint, rebus iudicatis subiciendi sunt.
*quod eo apparet, si saepe conuenti praesentiam suam facere
6 (7) *noluerint.* Trinis litteris uel edictis aut uno pro omnibus
dato aut trina denuntiatione conuentus nisi ad iudicem, ad
quem sibi denuntiatum est aut cuius litteris uel edicto con-
uentus est, uenerit, quasi in contumacem dicta sententia auc-
toritatem rerum iudicatarum obtinet: quin immo nec appel-
6^{a} lari ab *ea* potest. Ab ea sententia, quae aduersus contumaces
lata est, neque appellari neque in duplum reuocari potest.
7 (5) *Confessionem suam reus in duplum reuocare non potest.*
8 Res olim iudicata post longum silentium in iudicium deduci
non potest nec eo nomine in duplum reuocari. longum au-
tem tempus exemplo longae praescriptionis decennii inter prae-
9 sentes, inter absentes uicennii computatur. In causa capi-
tali absens nemo damnatur neque absens per alium accusare
10 aut accusari potest. Falsis instrumentis religione iudicis cir-
cumducta, si iam dicta sententia prius de crimine admisso
11 constiterit, eius causae instauratio iure deposcitur. *Ratio
*calculi saepius se patitur supputari atque ideo potest quo-
cumque tempore retractari, si non longo tempore euanescat.

5A, 5^{a}. 5^{b} = *Dig.* 42, 1, 47 || 5A, 6. 6^{a}. 7 = *Appendix* 2, 8—10 || 5A, 11 = *Appendix* 1, 16

2 solutioni *Cuiacius*, solutionis *codices* || 5 de *M*, *om. L* || 11 saepius conuenti *del. Mommsen* || 15 edictis *Appendix* || 18 ea potest *Sichardus*, eo potest *codices (Wisig. et Appendix)* || 19 lata *Appendix*, data *ML* || 24 inter *M*, et inter *L* || computatur *L*, *om. M* || 25 accusare aut *M*, *om. L* || 26 religione *dett.*, religio *ML* || 27 iam dicta *L*, indicta *M*

[VB]

1 *Pupillus si non defendatur, in possessione creditoribus
*constitutis minoribus ex his usque ad pubertatem alimenta
2 *praestanda sunt. Eius qui ab hostibus captus est bona ue-
nire non possunt, quamdiu reuertatur.

[VI DE INTERDICTIS]

1a *Neque muri neque portae habitari sine permissu prin-
1b *cipis propter fortuita incendia possunt. Concedi solet, ut
*imagines et statuae, quae ornamento rei publicae sunt fu-
1 *turae, in publicum ponantur.* Retinendae possessionis gratia
comparata sunt interdicta, per quae eam possessionem quam
iam habemus retinere uolumus, quale est VTI POSSIDETIS de
rebus soli et VTRVBI de re mobili. et in priore quidem is po-
tior est, qui redditi interdicti tempore nec ui nec clam nec
precario ab aduersario possedit: in altero uero potior est qui
maiore parte anni retrorsum numerati nec ui nec clam nec
2 precario possedit. Vt interdictum, ita et actio proponitur,
ne quis uia publica aliquem prohibeat. cuius rei sollicitudo
ad uiarum curatores pertinet, a quarum munitione nemo ex-
ceptus est. si quis tamen in ea aliquid operis fecerit, quo
3 commeantes impediantur, demolito opere condemnatur. Non
tantum si ipse dominus possessione deiciat, utile interdictum
est, sed etiam si familia eius. familiae autem nomine etiam
4 duo serui continentur. Vi deicitur non tantum qui oppressu
multitudinis aut fustium aut telorum aut armorum metu ter-
retur, sed et is qui uiolentiae opinione comperta possessione
5 cessit, si tamen eam aduersarius ingressus sit. De naui ui
deiectus hoc interdicto experiri non potest: sed utilis ei actio
de rebus recuperandis exemplo ui bonorum raptorum datur.

5B = *Dig.* 42, 5, 39 *(ex his, non ex Pauli aliquo codice hunc titulum hausisse emendationesque in Cuiacii Obseru.* 24, 17 *commendatas recepisse editorem Geneuensem a.* 1586 *perspexit Mommsen)* || 6, 1a = *Dig.* 43, 6, 3 || 6, 1b = *Dig.* 43, 9, 2

2 pupillo *editor Geneuensis (u. s.)* || possessione] possessione bonorum *Geneu.* || 3 minoribus *F, om. Geneu.:* bonorum eius *Mommsen* || 9 ornamenta *F* || 15 possedit *L*, possidetur *M*, possidet *dett.* || 19 pertinet. ab uiarum *Huschke* || 21 *ante* § 3 *rubricam* de interdicto utrubi (utrum ui *L*) *codices inserunt* || 22 possessione] possessione utruui *L* || deiciat *Cuiacius*, deiciatur *codices* || 24 oppresso *ML* || 25 terretur *M*, territus *L* || 27 eam *dett.*, ea *L*, *om. M* || 29 ui *L*, de ui *M*

id*em*que in eo dicendum est, qui carruca aut equo deicitur:
6 quibus non abductis iniuriarum actio datur. Vi deiectus ui-
detur et qui in praedio ui retinetur et qui in uia territus est,
7 ne ad fundum suum accederet. Qui ui aut clam aut precario
8 possidet ab aduersario, impune deicitur. Ex rebus ui pos-
sessis si aliquae res arserint uel serui decesserint, licet id
sine dolo eius qui deiecit factum sit, aestimatione tamen con-
8a demnandus est, qui ita uoluit adipisci rem iuris alieni. *Cu-
*iuscumque fundi usufructuarius prohibitus aut deiectus de
*restitutione omnium rerum simul occupatarum agit: sed et
*si medio tempore ali*quo* casu interciderit ususfructus, aeque
8b *de perceptis antea fructibus utilis actio tribuitur. Si fun-
*dus, cuius ususfructus petitur, non a domino possideatur,
*actio redditur. et ideo si de fundi proprietate inter duos
*quaestio sit, fructuarius nihilo minus in possessione esse
*debet satisque ei a possessore cauendum est, quod non sit
*prohibiturus frui eum, cui ususfructus relictus est, quamdiu
*de iure suo probet. sed si ipsi usufructuario quaestio mo-
*ueatur, interim ususfructus eius *di*ffertur: sed caueri de
*restituendo eo, quod ex his fructibus percepturus est, uel si
8c *satis non detur, ipse frui permittitur. Si de uia itinere actu
*aquaeductu agatur, huiusmodi cautio praestanda est, quam-
*diu quis de iure suo doceat, non se impediturum agentem
*et aquam ducentem et iter facientem. quod si neget ius
*esse aduersario agendi aquae ducend*ae*, cauere sine prae-
*iudicio amittendae seruitutis debebit, donec quaestio finie-
8d *tur, non se usurum. .... fructuarius, licet suo nomine.
8e 8f *.... siue ad fundum nostrum facit siue ex fundo. Serui-
*tute usus non uidetur nisi is, qui suo iure uti se credidit:
*ideoque si quis pro uia publica uel pro alterius seruitute
9 *usus sit, nec interdictum nec actio utiliter competit.* Si
inter uicinos ex communi riuo aqua ducatur, induci prius

6, 8a. 8b = *Dig.* 7, 1, 60 || 6, 8c = *Dig.* 43, 20, 7 || 6, 8d = *Dig.* 8, 6, 21 || 6, 8e = *Dig.* 8, 6, 23 || 6, 8f = *Dig.* 8, 6, 25

1 idemque *Sichardus*, idque *codices* || 8 qui *L*, quia *M* || 11 alio *F* || 19 differtur *dett.*, offertur *F* || caueri] cauetur ei *Mommsen* || 25 agendi] eundi agendi *Mommsen* || ducendi *F* || 27 §§ 8d. 8e *Scaeuolae regulis sic insertae sunt:* usu retinetur seruitus, cum ipse cui debetur utitur... aut fructuarius — fructuarius licet suo nomine. — denique quicumque quasi debita uia usus fuerit — siue ... ex fundo — ... retinebitur seruitus || 32 induci (interdici *dett.*) prius debet] *requiruntur fere talia:* inquiri prius debet quibus uicibus singuli ante controuersiam motam aquam duxerint

debet, et his uicibus, quibus a singulis duci consueuit,
ducenti uis fieri prohibetur: alienam autem aquam usurpanti
nummaria poena inrogatur. cuius rei cura ad sollicitudinem
10 praesidis spectat. Redditur interdicti actio, quae proponi-
tur ex eo, ut quis quod precarium habet restituat. nam et
ciuilis actio huius rei sicut commodati competit: eo uel ma-
xime, quod ex beneficio suo unusquisque iniuriam pati non
11 debet. Precario possidere uidetur non tantum qui per epi-
stulam uel qualibet alia ratione hoc sibi concedi postulauit,
sed et is qui nullo uoluntatis indicio, patiente tamen domino
12 possidet. Heres eius, qui precariam possessionem tenebat,
si in ea manserit, magis dicendum est clam uideri possidere:
nullae enim preces eius uidentur adhibitae. et ideo perse-
13 cutio eius rei semper manebit nec interdicto locus est. Ar-
bor, quae in alienas aedes imminet uel in uicini agrum, nisi
a domino sublucari non potest, isque conueniendus est ut
eam sublucet. quod si conuentus dominus id facere nolue-
rit, a uicino luxuries ramorum compescitur: idque qualis-
14 cumque dominus facere non prohibetur. Aduersus eum, qui
hominem liberum uinxerit suppresserit incluserit operamue
ut id fieret dederit, tam interdictum quam legis Fabiae super
ea re actio redditur: et interdicto quidem id agitur, ut ex-
hibeatur is qui detinetur, lege autem Fabia, *ut* etiam poena
15 nummaria coerce*atur*. Bene concordans matrimonium sepa-
rari a patre diuus Pius prohibuit, itemque a patrono liber-
tum, a parentibus filium filiamque: nisi forte quaeratur, ubi
16 utilius morari debeat. Omnibus bonis, quae habet quaeque
habiturus est, obligatis nec concubina nec filius naturalis nec
alumnus nec quae in usu cotidiano habet obligantur: ideo-
que de his nec interdictum redditur.

[VII DE OBLIGATIONIBVS]

1 Obligationum firmandarum gratia stipulationes inductae
sunt, quae quadam uerborum sollemnitate concipiuntur, et
appellatae, quod per eas firmitas obligationum constringitur:
2 stipulum enim ueteres firmum appellauerunt. Verborum ob-
ligatio inter praesentes, non etiam inter absentes contrahitur.

1 et *dett.*, *om. ML* || 2 ducenti *Cuiacius*, ducenti autem *codices* || 13 eius *M*, *om. L* || 16 isque *dett.*, is qui *ML* || 18 conpescetur *M* || 21 fabiae super ea re actio *M*, fabiae ut super ea re accusatio L || 23 ut . . . 24 coerceatur *Cuiacius*, aut . . . cohercetur *codices* || 31 de] de uerborum *Schulting*

quod si scriptum fuerit instrumento promisisse aliquem, per-
inde habetur, atque si interrogatione praecedente respon-
2a sum sit. *Si sub una significatione diuersis nominibus ea
*res quae in stipulatum deducitur appellatur, non infirmat
2b *obligationem, si alter altero uerbo utatur. Si, qui uiam ad
*fundum suum dari stipulatus fuerit, postea fundum par-
*temue eius ante constitutam seruitutem alienauerit, euanes-
3 *cit stipulatio.* Fructuarius seruus si quid ex re fructuarii
aut ex operis suis adquirit, ad fructuarium pertinet. quid-
quid autem aliunde uel ex re proprietarii adquirit, domino
4 proprietatis adquirit. Cum facto promissoris res in stipula-
tum deducta intercidit, perinde agi ex stipulatu potest, ac si
ea res extaret: ideoque promissor aestimatione eius punitur,
maxime si in dolum quoque eius concepta fuerit stipulatio.

[VIII DE NOVATIONIBVS]

Non solum per nosmet ipsos nouamus quod nobis debetur, sed etiam per eos, per quos stipulari possumus, uelut per filiam familias uel per seruum iubendo uel ratum habendo. procurator quoque noster ex iussu nostro receptum est ut nouare possit.

[IX DE STIPVLATIONIBVS]

1 Substitutus heres ab instituto, qui sub condicione scrip-
tus est, utiliter sibi institutum hac stipulatione cauere com-
pellit, ne petita bonorum possessione res hereditarias demi-
nuat: hoc enim casu ex die interpositae stipulationis duplos
fructus praestare compellitur. huius enim praeiudicium a
superiore differt, quo quaeritur, an ea res de qua agitur
maior sit centum sestertiis: ideoque in longiorem diem con-
2 cipit*ur*. Ex die accepti iudicii dupli fructus computantur.
et tam dantes quam accipientes, heredes quoque eorum,
procuratores cognitorumque personae, itemque sponsores
eadem stipulatione comprehenduntur: eorum quoque, quo-

7, 2a. 2b = *Dig.* 45, 1, 136

---

1 perinde *dett.*, proinde *L*, aut inde *M* || 9 adquiret *L* || 10 adquirit *dett.*, adquiret *ML* || 11 adquiret *M*a*L* || 14 concepta *L*, gratu *M* || 20 nouare *dett.*, nouari *ML* || 21 de stip. praetoriis *Cuiacius* || 28 concipitur *Cuiacius*, concipit *M*, concepit *L* || 30 dantes ... 32 quorum] dantis quam accipientis (accipientis *L*a?) heredes, procuratorum quoque eorum cogn. pers. eadem stip. compr., itemque sponsores eorum, quorum *scr.*

3 rum nomine promittitur. Quotiens iudicatum solui stipula-
tione satisdatur, omissa eius actio rei iudicatae persecutionem
4 non excludit. Emancipati liberi praeteriti si uelint miscere
se paternae hereditati et cum his qui in potestate remanserunt
communis patris diuidere hereditatem, antequam bonorum
possessionem petant, de conferendo cauere cum satisdatione
debebunt. quod si satisdare non possunt, statim ex fide bo-
norum con*fus*ionem excepto peculio castrensi facere cogendi
sunt.

[X DE CONTRAHENDA AVCTORITATE]

1 Ob metum impendentis damni uicino satisdar*i* debet da-
2 tis sponsoribus super eo quod damni acciderit. De communi
pariete utilitatis causa hoc coepit obseruari, ut aedificet qui-
dem, cui*us* aedificare interest, cogatur uero socius portionis
suae impensas agnoscere.

[XI DE DONATIONIBVS]

1 Species extra dotem a matre in honorem nuptiarum prae-
sente filia genero traditae donationem perfecisse uidentur.
2 Probatio traditae uel non traditae possessionis non tam in
iure quam in facto consistit: ideoque sufficit ad probationem,
3 si rem corporaliter teneant. Pater si filio familias aliquid
donauerit et in ea uoluntate perseuerans decesserit, morte
4 patris donatio conualescit. Cum unius rei in duo*s* donatio
confertur, potior est ille, cui res tradita est: nec interest,
posterior *is* an pri*or* acceperit, et exceptae nec ne per-
5 sonae sint. Inuitus donator de euictione rei donatae pro-
mittere non cogitur, nec eo nomine, si promiserit, oneratur,
quia lucratiuae rei possessor ab euictionis actione ipsa iuris
5ª ratione depellitur. *Si pater emancipati filii nomine dona-

11, 5ª. 6 = *Dig.* 39, 5, 34

8 confusionem *scripsimus ad Interpretationem*, conpititionem *M*, competionem *L* ‖ 10 *expectes rubricam* de damno infecto ‖ 11 satisdare *codices* ‖ datis *M*, additis *L* ‖ 13 ut *dett.*, ut ea *M*, ut hoc *L* ‖ 14 cui *codices* ‖ 17 a *om. M* ‖ matre *M*, patre *L* ‖ 18 uidentur *dett.*, uidetur *M*, uideatur *L* ‖ 19 uel non trad. *om. M* ‖ 21 teneant *L*, teneat *M*, teneam *Rittershusius* ‖ 23 duobus *codices* ‖ 25 is an prior *scripsi*, quis an prius *M*, quis an qui primus *L*: *expectes etiam* donationem *ante* acceperit

*tionis animo pecuniam feneraauit eamque filius stipulatus
6 *est, ipso iure perfectam donationem ambigi non potest.* Ei,
qui aliquem a latrunculis uel hostibus eripuit, in infinitum
donare non prohibetur (si tamen donatio et non merces exi-
mii laboris appellanda est), quia contemplationem salutis
certo modo aestimari non placuit.

[XII DE IVRE FISCI ET POPVLI]

1a *In fraudem fisci non solum per donationem, sed quo-
*cumque modo res alienatae reuocantur. idemque iuris
*est et si non quaeratur: aeque enim in omnibus fraus puni-
1b *tur. Bona eorum, qui in custodia uel in uinculis uel com-
*pedibus decesserunt, heredibus eorum non auferuntur,
1c *siue testato siue intestato decesserunt. Eius bona, qui sibi
*mortem consciuit, non ante ad fiscum coguntur, quam prius
1 *constiterit, cuius criminis gratia manus sibi intulerit.* Eius
bona, qui sibi ob aliquod admissum flagitium mortem con-
sciuit et manus intulit, fisco uindicantur. quod si id taedio
uitae aut pudore aeris alieni uel ualetudinis alicuius impa-
tientia admisit, non inquietabuntur, sed ordinariae succes-
1d sioni relinquuntur. *A debitore fisci in fraudem datas liber-
*tates retrahi placuit. sane ipsum ita ab alio emere mancipium,
*ut manumittat, non est prohibitum: ergo tunc et libertatem
2 *praestare possit.* Ei etiam uelut indigno aufertur heredi-
tas qui adfinem uel cognatum, cui ipse ab intestato successu-
rus erat, testamentum facere prohibuit aut ne iure subsiste-
2a ret operam dedit. *Portiones quoque eorum fisco uindicantur,
*qui mortem libertorum suspecto decedentium non defende-
*runt: omnes enim heredes uel eos qui loco heredis sunt of-

12, 1a—1c = *Dig.* 49, 14, 45 *pr.* §§ 1. 2 || 12, 1 = *Dig.* 49, 14, 45, 2 || 12, 1d = *Dig.* 49, 14, 45, 3, *cf. fr. de iure fisci* § 19 || 12, 2a = *Dig.* 34, 9, 21

---

2 est] et *F* || ei qui *sqq.*] si quis aliquem a latrunculis uel hostibus eripuit et aliquid pro eo ab ipso accipiat, haec donatio inreuocabilis est: non merces eximii laboris appellanda est, quod contemplatione salutis certo modo aestimari non placuit *Dig.* || 5 contemplationem *dett.*, contemplatione *ML cum Dig.* (*u. s.*) || 16 mortem consciuit et manus intulit] *Dig.*, morte constia intulit *L*, morte consciuit *M* || 17 id taedium *L*, id *dio *Ma*, id odio *Mb*, i taedio *Dig.* || 19 admisit *Dig.*, hoc admisit *codices* || ordinariae] suae *Dig.*

3 *ficiose agere circa defuncti uindictam conuenit.* Si pater
uel dominus id testamentum, quo filius eius uel seruus he-
redes instituti sunt aut legatum acceperunt, falsum redar-
4 guant nec obtineant, fisco locus est. Aetati eius, qui accusat
testamentum, si non obtineat, succurri solet in id quod ita
amisit: maxime si tutoris aut curatoris consilio actio instituta
4ª sit. *Minor uiginti quinque annis omissam allegationem per
5 *in integrum restitutionis auxilium repetere potest.* In ea
prouincia, ex qua quis originem ducit, officium fiscale admi-
nistrare prohibetur, ne aut gratiosus aut calumniosus apud
6 suos esse uideatur. Quotiens sine auctoritate iudicati officia-
les alicuius bona occupant uel describunt uel sub obserua-
tione esse faciunt, adito procuratore iniuria submouetur et
rei huius auctores ad praefectos praetorio puniendi mittun-
7 tur. Litem in perniciem priuatorum fisco donari non opor-
8 tet nec ab eodem donatam suscipi. Imperatorem litis causa
heredem institui inuidiosum est: nec enim calumniandi fa-
9 cultatem ex principali maiestate capi oportet. Ex nuda pol-
licitatione nulla actio nascitur: ideoque eius bona, qui se he-
redem imperatorem facturum esse iactauerat, a fisco occupari
9ª non possunt. *Ex imperfecto testamento legata uel fidei-
*commissa imperatorem uindicare inuerecundum est: decet
*enim tantae maiestati eas seruare leges, quibus ipse solutus
9ᵇ *esse uidetur. Quod si ea bona, ex quibus imperator heres
*institutus est, soluendo non sint, re perspecta consulitur im-
*perator: heredis enim instituti in adeundis uel repudiandis
10 *huiusmodi hereditatibus uoluntas exploranda est.* Priui-
legium fisci est inter omnes creditores primum locum reti-
11 nere. Quicumque a fisco conuenitur, non ex indice et ex-
emplo alicuius scripturae, sed ex authentico conueniendus est,
et ita, si contractus fides possit ostendi: ceterum calumniosam
scripturam uim iustae petitionis in iudicio obtinere non con-
12 uenit. Eius bona, qui falsam monetam percussisse dicitur,

12, 4ª = *Dig.* 4, 4, 36, *quae rectius fortasse titulo* 5, 5A *restituitur* ‖ 12, 8 = *Dig.* 28, 5, 92 ‖ 12, 9 *inde a u.* 19 eius = *Dig.* 28, 1, 31 ‖ 12, 9ª = *Dig.* 32, 23 ‖ 12, 9ᵇ = *Dig.* 1, 19, 2 ‖ 12, 11 = *Dig.* 22, 4, 2

8 *ante* § 5 *codices rubricam* de fisci aduocato *inserunt* ‖ 14 praefecto *M*, praefectus *L* ‖ 16 donata *codices* ‖ 17 nec calumnia *Dig.* ‖ 19 imperat. fact. heredem *Dig.* ‖ 31 et ita *Dig. secundum Graecos*, ita *Dig. F*, et *codices Wisigothi* ‖ 32 iustae pet. *om. Dig.*

fisco uindicantur. quod si serui ignorante domino id fecisse
dicantur, ipsi quidem summo supplicio adficiuntur, domino
tamen nihil aufertur, quia peiorem domini causam serui fa-
13 cere, nisi forte scierit, omnino non possunt. *Ex his bonis,
*quae ad fiscum delata sunt, instrumenta uel chirographa,
*acta etiam ad ius priuatorum pertinentia restitui postulanti-
14 *bus conuenit. Neque instrumenta neque acta a quoquam
15 *aduersus fiscum edi oportet. Ipse autem fiscus actorum suo-
*rum exempla hac condicione edit, ut is, cui describendi fit
*potestas, aduersus se uel rem publicam his actis *ne* utatur:
*de quo cauere compellitur, ut, si usus is contra interdictum
16 *fuerit, causa cadat. Quotiens apud fiscum agitur, actorum
*potestas postulanda est, ut merito his uti liceat, eaque manu
*commentariensis adnotanda sunt. quod si ea aliter profe-
17 *rantur, is qui ita protulerit causa cadit. Quotiens iterum
*apud fiscum eadem causa tractatur, priorum actorum, quo-
*rum usus non fuerat postulatus, ex officio recitatio iure pos-
18 *cetur. Qui pro alio a fisco conuentus debitum exsoluit, non
*inique postulat persecutionem bonorum eius pro quo soluit:
19 *in quo etiam adiuuari per officium solet. Fiscalibus debito-
*ribus petentibus ad comparandam pecuniam dilationem ne-
*gari non placuit. cuius rei aestimatio ita arbitrio iudican-
*tis conceditur, ut in maioribus summis non plus quam tres
*menses, in minoribus uero non plus quam duo prorogentur:
*prolixioris autem temporis spatium ab imperatore postulan-
20 *dum est. Si principalis rei bona ad fiscum deuoluta sint,
*fideiussores liberantur: nisi forte minus idonei sint et in
21 *reliquum non exsolutae quantitatis accesserint. Si plus ser-
*uatum est ex bonis debitoris a fisco distractis, iure ac merito
22 *restitui postulatur. Conductor ex fundo fiscali nihil trans-
*ferre potest nec cupressi materiam uendere uel oliuae non
*substitutis aliis ceterasque arbores pomiferas caedere: et
23 *facta eius rei aestimatione in quadruplum conuenitur. Mi-
*noribus uiginti quinque annis neque fundus neque uecti-
galia locanda sunt, ne aduersus ea beneficio aetatis utantur.

12, 13—23 = *Dig.* 49, 14, 45, 4—14

10 ne *Mommsen, om. F* ‖ 27 minus idonei sint et] minus idoneo *Mommsen* ‖ 33 eius F^2, eis F^1

[XIII DE DELATORIBVS]

1 Omnes omnino deferre alterum et causam pecuniariam
fisco nuntiare prohibentur: nec refert, mares istud an femi-
nae faciant, serui an ingenui an libertini, an suos an extra-
2 neos deferant: omni enim modo puniuntur. Serui fiscales,
qui causam domino prodere ac nuntiare contendunt, deferre
non uidentur. subornati sane reum prodere coguntur, ne
qui quod per se non potest per alium deferat. perinde au-
3 tem subornatores ac delatores puniuntur. Damnati serui,
siue post sententiam siue ante sententiam dominorum faci-
nora confessi sint, nullo modo audiuntur, nisi forte reos de-
ferant maiestatis.

[XIV DE QVAESTIONIBVS HABENDIS]

1 In criminibus eruendis quaestio quidem adhibetur: sed
non statim a tormentis incipiendum est, ideoque prius argu-
mentis quaerendum, et si suspicione aliqua reus urgueatur,
adhibitis tormentis de sociis et sceleribus suis confiteri com-
2 pellitur. Vnius facinoris plurimi rei ita audiendi sunt, ut
ab eo primum incipiatur, qui timidior et tenerae aetatis esse
3 uideatur. *Reus euidentioribus argumentis oppressus repeti
*in quaestionem potest, maxime si in tormenta animum cor-
4 *pusque durauerit. In ea causa, in qua nullis reus argumen-
*tis urguebatur, tormenta non facile adhibenda sunt: sed in-
*standum accusatori, ut id quod intendat comprobet atque
5 *conuincat. Testes torquendi non sunt conuincendi menda-
cii aut ueritatis gratia, nisi cum facto interuenisse dicuntur.

[XV DE TESTIBVS]

1 Suspectos gratiae testes, et eos uel maxime, quos accusator de domo produxerit uel uitae humilitas infamarit, interrogari non placuit: in teste enim et uitae qualitas spectari

14, 2—5 = *Dig.* 48, 18, 18 *pr.* §§ 1—3 || 15, 1 = *Collatio* 9, 3, 1: *ex parte* = *Dig.* 22, 5, 24

16 urgeatur *M*, arguatur *L* || 19 et] est uel *Dig.* || aetatis uidetur *Dig.* || 27 testibus] testibus et de (de *om.* 9, 3) quaestionibus *Coll.* 8, 3. 9, 3: *cf. ad p.* 125, 10 || 28 gratiae *om. Coll.* || 29 eduxit *Coll.*P, deduxit *Coll.*W *Coll.*V || interrogari *dett. Coll. Dig.*, interrogatus *ML* || 30 testibus *Coll.*

2 debet et dignitas. In adfinem uel cognatum inuiti testes in-
3 terrogari non possunt. Aduersus se inuicem parentes et li-
beri, itemque liberti nec uolentes ad testimonium admittendi
sunt, quia rei uerae testimonium necessitudo personarum
4 plerumque corrumpit. Testes, cum de fide tabularum nihil
5 dicitur, aduersus scripturam interrogari non possunt. Qui
falso uel uarie testimonia dixerunt uel utrique parti prodi-
derunt, aut in exilium aguntur aut in insulam relegantur
6 aut curia submouentur. In re pecuniaria tormenta, nisi cum
de rebus hereditariis quaeritur, non adhibentur: alias autem
iureiurando aut testibus explicantur.

[XVI DE SERVORVM QVAESTIONIBVS]

1 Seruum de facto in se interrogari posse ratio aequitatis
ostendit: nec enim obesse ei debet, qui per seruum aliquid
2 sine cautione commodat *uel* deponit. Iudex tutelaris item-
que centumuiri, si aliter de rebus hereditariis uel de fide
generis instrui non possunt, poterunt de seruis hereditariis
3 habere quaestionem. Serui alieni in alterius caput non nisi
singuli torqueri possunt. et hoc inuito domino non est per-
mittendum, nisi delator, cuius interest quod intendit pro-
bare, pretia eorum quanti dominus taxauerit inferre sit pa-
4 ratus, uel certe deterioris facti serui subire taxationem. Seruo
qui ultro aliquid de domino confitetur, fides non accommo-
datur: nec enim oportet in rebus dubiis salutem dominorum
5 seruorum arbitrio committi. Serui in caput domini neque a
praeside neque a procuratore, neque in pecuniariis quam in
6 capitalibus causis interrogari possunt. Communis seruus in
7 caput alterius ex dominis torqueri non potest. Qui seruum
ideo comparauit, ne in se torqueretur, restituto pretio pote-
8 rit interrogari. Seruus in caput eius domini, a quo distractus
est cuique aliquando seruiuit, in memoriam prioris dominii

15, 2. 3 = *Collatio* 9, 3, 2. 3 || 15, 5 = *Collatio* 8, 3 *Dig.* 22, 5, 16 || 16, 2 = *Dig.* 48, 18, 18, 4 || 16, 4 = *Dig.* 48, 18, 18, 5 || 16, 8—8b = *Dig.* 48, 18, 18, 6—8

3 nec *dett. cum Coll.*, nisi *M*, *om. L* || 6 dicitur] *fortasse* obicitur *scr.* || 13 facto] facto suo *Cuiacius cum Interpretatione* || 15 commodat uel *Studemund*, commodatum *codices* || 22 seruo *dett. cum Dig.* seruus *ML* || 24 neque *Dig.* || in rebus dubiis *om. Dig.* || 28 potest *M*, opotet L^a, oportet L^b || qui] si quis *Schulting*

8a interrogari non potest. *Seruus nec si a domino ad tormenta
8b *offeratur, interrogandus est. Sane quotiens quaeritur, an
*serui in caput domini interrogandi sint, prius de eorum do-
9 *minio oportet inquiri.* Si seruus ad hoc fuerit manumissus,
ne torqueatur, quaestio de eo nihilo minus haberi potest.

10 Quaestioni eius latronis, quem quis obtulit, cum de eo
confitetur, fidem accommodari non conuenit: nisi id forte ue-
landae conscientiae suae gratia, quam cum reo habuit, fecisse
doceatur.
11 Neque accusator per alium accusare neque reus per ali-
um defendi potest, nisi ingratum libertum patronus accuset
11a aut rei absentia defendatur. *. . . alii propter suspicionem ca-
lumniae, ut illi qui falsum testimonium subornati dixerunt.
12 Si pecunia data iudici reus absolutus esse dicatur idque in
eum fuerit comprobatum, ea poena damnatur, qua reus dam-
13 nari potuisset. In conuictum reum, siue torqueri possit siue
14 non possit, pro modo admissi sceleris statuendum est. Reis
suis edere crimina accusatores cogendi sunt: scire enim
15 oportet, quibus sint criminibus responsuri. *Cogniturum de
*criminibus praesidem oportet ante diem palam facere custo-
*dias se auditurum, ne hi, qui defendendi sunt, subitis accu-
*satorum criminibus opprimantur: quamuis defensionem quo-
*cumque tempore postulante reo negari non oportet, adeo ut
16 *propterea et differantur et proferantur custodiae. Custodiae
*non solum pro tribunali, sed et de plano audiri possunt at-
17 *que damnari. In pecuniariis causis omni*bu*s dilatio singulis
*causis plus semel tribui non potest: in capitalibus autem
*reo tres dilationes, accusatori duae dari possunt: sed utrum-
que causa cognita.

16, 11a = *Dig.* 48, 2, 9 ‖ 16, 15. 16 = *Dig.* 48, 18, 18, 9. 10 ‖ 16, 17 = *Dig.* 2, 12, 10

10 *inde a* § 11 *expectes rubricam* de accusationibus: *cum tamen Iustiniani* §§ 15. 16 *titulo* de quaestionibus *subdiderint, Paulus titulos Wisigothorum* 14—16 *uidetur unico titulo* de quaestionibus habendis *complexus esse* ‖ 12 § 11a *in Dig.* 48, 2, 8 *his continuatur:* prohibentur accusare alii propter sexum uel aetatem *rel.* ‖ 14 si pecunia data iudici *L*, si postea data a iudici *M* ‖ 23 postulanti *Mommsen* ‖ 26 omnis *F*

[XVII DE ABOLITIONIBVS]

1 (2) Post abolitionem publicam a delatore suo reus intra tri-
2 (3) censimum diem repeti potest, postea non potest. Summa sup-
plicia sunt crux crematio decollatio: mediocrium autem delictorum poenae sunt metallum ludus deportatio: minimae relegatio exilium opus publicum uincula. sane qui ad gladium dantur, intra annum consumendi sunt.

[XVIII DE ABACTORIBVS]

1 Abactores sunt, qui unum equum, duas equas totidemque boues uel capras decem aut porcos quinque abegerint. quidquid uero intra hunc numerum fuerit ablatum, in poena furti pro qualitate eius aut in duplum aut in triplum conuenitur, uel fustibus caesus in opus publicum unius anni datur
2 aut sub poena uinculorum domino restituetur. *Atroces pe-
*corum abactores plerumque ad gladium uel in metallum, *nonnumquam autem in opus publicum dantur. atroces au-
*tem sunt, qui equos et greges ouium de stabulo uel de pas-
*cuis abigunt, uel si id saepius aut ferro conducta manu fa-
3 *ciunt.* Si ea pecora, de quibus quis litigat, abegerit, ad
forum remittendus est atque ita conuictus in duplum uel in
4 triplum furis more damnatur. *Qui bouem uel equum er-
*rantem quodue aliud pecus abduxerit, furem magis eum *quam abactorem constitui placuit.*

[XIX DE SACRILEGIS]

Qui noctu manu facta praedandi ac depopulandi gratia templum inrumpunt, bestiis obiciuntur: si uero per diem leue aliquid de templo abstulerint, uel deportantur honestiores uel humiliores in metallum damnantur.

18, 1 = *Collatio* 11, 3 ‖ 18, 2 = *Collatio* 11, 2 ‖ 18, 3. 4 = *Collatio* 11, 4. 5

2 *editiones in fronte tituli* 17 *uice* § 1 *ex Epitoma Aegidiana hoc glossema addunt:* abolitio est deletio obliuio uel extinctio accusationis ‖ 4 sunt *L*, hae sunt *M* ‖ 8 abigeatoribus *Coll.* 11, 2 ‖ 9 duas] uel duas *Coll.* ‖ 10 aut *om. Coll.* ‖ 11 in poena *Wisigothi*, inponat *Coll.*, in poenam *Cuiacius* ‖ 13 uel] aut *Coll.* ‖ 18 ferro] a ferro *codices*, ferro aut *Faber* ‖ 19 litigauerat *Coll.*[P] *Coll.*[W], litigauerit *Coll.*[V]

[XIXA]

*Rei sepulchrorum uiolatorum, si corpora ipsa extraxe-*rint uel ossa eruerint, humilioris quidem fortunae summo *supplicio adficiuntur, honestiores in insulam deportantur: *alias autem relegantur aut in metallum damnantur.*

[XX DE INCENDIARIIS]

1 *Incendiarii, qui quid in oppido praedandi causa faciunt,
2 *capite puniuntur. Qui casam aut uillam inimicitiarum gra-
*tia incenderunt, humiliores in metallum aut in opus publi-
3 *cum damnantur, honestiores in insulam relegantur. For-
*tuita incendia, quae casu uenti ferente uel incuria ignem
*supponentis ad usque uicini agros euadunt, si ex eo seges
*uel uinea uel oliuae uel fructiferae arbores concrementur,
4 *datum damnum aestimatione sarciatur. Commissum uero
*seruorum, si domino uideatur, noxae deditione sarcitur.
5 *Messium sane per dolum incensores, uinearum oliuarumue
*aut in metallum humiliores damnantur, aut honestiores in
6 *insulam relegantur.* Qui noctu frugiferas arbores manu
facta ceciderint, ad tempus plerumque in opus publicum
damnantur aut honestiores damnum sarcire coguntur uel cu-
ria submouentur uel relegantur.

[XXI DE VATICINATORIBVS ET MATHEMATICIS]

1 Vaticinatores, qui se deo plenos adsimulant, idcirco ci-
uitate expelli placuit, ne humana credulitate publici mores
ad spem alicuius rei corrumperentur, uel certe ex eo popu-
lares animi turbarentur. ideoque primum fustibus caesi ci-
uitate pelluntur: perseuerantes autem in uincula publica
coniciuntur aut in insulam deportantur uel certe relegantur.
2 Qui nouas sectas uel ratione incognitas religiones inducunt,

19A = *Dig.* 47, 12, 11 ‖ 20, 1—5 (= *Collatio* 12, 4. 2. 3) *in Vesontino inuenit et inde ordinem quem sequimur restituit Cuiacius Obseru.* 21, 21

3 humiliores *F* ‖ 7 incendiarii qui quid] incendia qui (si qui *Huschke*) *scr.* ‖ 8 capite *Vesont.*, facile capite *Coll.* ‖ 11 ferente *Vesont.*, fuerint his *Coll.*[p], furentis *Coll.*[w] *Coll.*[v] ‖ 13 oliua *Coll.*[p], oliueta *Coll.*[w], oliuas *Coll.*[v] ‖ concrement *Vesont.* ‖ 15 sarciatur *Vesont.* ‖ 16 per dolum *Vesont.*, perdum *Coll.*[p] *Coll.*[v], perdunt *Coll.*[w] ‖ 29 sectas *L*, et usu *M*

ex quibus animi hominum moueantur, honestiores deportan-
3 tur, humiliores capite puniuntur. Qui de salute principis uel
summa rei publicae mathematicos hariolos haruspices uati-
cinatores consulit, cum eo qui responderit capite punitur.
4 Non tantum diuinatione quis, sed ipsa scientia eiusque li-
bris melius fecerit abstinere. quod si serui de salute domi-
norum consuluerint, summo supplicio, id est cruce, ad-
ficiuntur: consulti autem si responsa dederint, aut in metal-
lum damnantur aut in insulam relegantur.

[XXI A]

1 *Si quis aliquid ex metallo principis uel ex moneta sacra
2 *furatus sit, poena metalli et exilii punitur. Transfugae ad
*hostes uel consiliorum nostrorum renuntiatores aut uiui exu-
runtur aut furcae suspenduntur.

[XXII DE SEDITIOSIS]

1 Auctores seditionis et tumultus uel concitatores populi pro qualitate dignitatis aut in crucem tolluntur aut bestiis obiciuntur aut in insulam deportantur.

2 Qui terminos effodiunt uel exarant arboresue terminales
euertunt, si quidem id serui sua sponte fecerint, in metallum
damnantur: humiliores in opus publicum, honestiores in in-
sulam amissa tertia parte bonorum relegantur aut exulare
3 coguntur. Ciues Romani, qui se Iudaico ritu uel seruos suos
circumcidi patiuntur, bonis ademptis in insulam perpetuo
4 relegantur: medici capite puniuntur. Iudaei si alienae na-
tionis comparatos seruos circumciderint, aut deportantur aut

---

21 A = *Dig.* 48, 19, 38 *pr.* § 1 ‖ 22, 1 = *Dig.* 48, 19, 38, 2 ‖ 22, 2 *extat in Gromaticorum codicibus* (*Lachmann I p.* 270)

---

1 deportantur *M*, exilio dep. *L* ‖ 5 non ... 6 abstinere *aut in fine* § 4 *aut ante* § 3 *collocanda sunt* ‖ 7 cruci *codices* ‖ 8 consulti] sed cons. *codices* ‖ 9 relegantur] deportantur *Buchardus* ‖ 10 *Paulus ea quae hoc et sequenti titulo continentur fortasse rubrica* de poenis (*cf. ad u.* 19) *complexus est* ‖ 16 uel concitatores populi] populo concitato *Dig.* ‖ 17 crucem] furcam *Dig.* ‖ 19 *Gromaticorum codices praemittunt* Pauli sententiarum libro V titulo de poenis ‖ arbores uel *codices cum Gromatic.* (arbores uel finales *Grom. Erfurt.*) ‖ 20 id *om. Grom.* ‖ 21 damnabuntur *Grom.* ‖ 22 aut exulare (-ri *ML*[b]) cog. *om. Grom.*

5 capite puniuntur. *Qui nondum uiripotentes uirgines cor-
*rumpunt, humiliores in metallum damnantur, honestiores in
6 *insulam relegantur aut in exilium mittuntur. Qui se suis
*nummis redemptum non probauerit, libertatem petere non
*potest: amplius eidem domino sub poena uinculorum red-
ditur, uel, si ipse dominus malit, in metallum damnatur.

[XXIII AD LEGEM CORNELIAM DE SICARIIS ET VENEFICIS]

1 Lex Cornelia poenam deportationis infligit ei qui homi-
nem occiderit eiusue rei causa furtiue faciendi cum telo fue-
rit, et qui uenenum hominis necandi causa habuerit uendi-
derit parauerit, falsum testimonium dixerit, quo quis periret,
mortisue causam praestiterit. quae omnia facinora in ho-
nestiores poena capitis uindicari placuit, humiliores uero
2 in crucem tolluntur aut bestiis obiciuntur. *Homicida est
*qui aliquo genere teli hominem occidit mortisue causam
3 *praestitit.* Qui hominem occiderit, aliquando absoluitur,
et qui non occidit, ut homicida damnatur: consilium enim
uniuscuiusque, non factum puniendum est. ideoque qui,
cum uellet occidere, id casu aliquo perpetrare non potuit, ut
homicida punitur: et is, qui casu iactu teli hominem impru-
4 denter occidit, absoluitur. *Quod si in rixa percussus homo
*perierit, quoniam ictus quoque ipsos contra unumquemque
*contemplari oportet, ideo humiliores in ludum aut in me-
*tallum damnantur, honestiores dimidia parte bonorum mul-
5 *tati relegantur. Causa mortis idonea non uidetur, cum cae-
*sus homo post aliquot dies officium diurnae uitae retinens
*decessit, nisi forte fuerit ad necem caesus aut letaliter uul-
6 *neratus. Seruus si plagis defecerit, nisi id dolo fiat, domi-

22, 5. 6 = *Dig.* 48, 19, 38, 3. 4 || 23, 1 = *Collatio* 1, 2. 8, 4 || 23, 2 = *Collatio* 1, 4 || 23, 3 = *Collatio* 1, 7, 1 || 23, 4 = *Collatio* 1, 7, 2 *Dig.* 48, 8, 17 *(u. i.)* || 23, 5 = *Collatio* 2, 7 || 23, 6 = *Collatio* 3, 2

9 eius uel *ML*, eiusque *Coll.* || 11 falsumue *Coll.* || 12 causam *Coll.*, causas *ML* || quae *Coll.*, ob quae *ML* || 13 uero] uero aut *Coll.* || 14 subiciuntur *Coll.* || 16 occidit *Coll.* || 18 qui *ML*, si *Coll.*w *Coll.*v, *om. Coll.*p || 19 id *om. Coll.* || 20 puniatur *Coll.* || iactu *om. Coll.* || 21 occidit] ferierit *Coll.* || quod si . . . 25 relegantur] si in rixa percussus homo perierit, ictus uniuscuiusque in hoc collectorum contemplari oportet *Dig.* || 22 perierit *Dig.*, ferierit *Coll.*v, fuerit *Coll.*p *Coll.*w

*nus homicidii reus non potest postulari: modum enim casti-
7 *gandi et in seruorum coercitione placuit temperari. Qui
*telum tutandae salutis causa gerit, non uidetur hominis
*occidendi causa portare. teli autem appellatione non
*tantum ferrum continetur, sed omne quod nocendi causa
8 *portatum est.* Qui latronem caedem sibi inferentem uel
†alias quemlibet stupro occiderit, puniri non placuit: alius
enim uitam, alius pudorem publico facinore defenderunt.
9 *Si quis furem nocturnum uel diurnum, cum se telo defende-
*ret, occiderit, hac quidem lege non tenetur: sed melius fe-
*cerit, si eum comprehensum transmittendum ad praesidem
10 (11) *magistratibus obtulerit.* Mandatores caedis perinde ut ho-
11 (10) micidae puniuntur. Iudex, qui in caput fortunasque homi-
nis pecuniam acceperit, in insulam bonis ademptis deportatur.
12 Si putator, ex arbore cum ramum deiceret, non proclama-
uit, ut uitaretur, atque ita praeteriens eiusdem ictu perierit,
13 etsi in legem non incurrit, in metallum datur. Qui hominem
inuitum libidinis aut promercii causa castrauit castrandumue
curauit, siue is seruus siue liber sit, capite punietur, hone-
14 stiores publicatis bonis in insulam deportantur. Qui abor-
tionis aut amatorium poculum dant, etsi id dolo non faciant,
tamen quia mali exempli res est, humiliores in metallum,
honestiores in insulam amissa parte bonorum relegantur:
quod si ex hoc mulier aut homo perierit, summo supplicio
15 adficiuntur. Qui sacra impia nocturnaue, ut quem obcan-
tarent defigerent obligarent, fecerint faciendaue curauerint,
16 aut cruci suffiguntur aut bestiis obiciuntur. Qui hominem
immolauerint exue eius sanguine litauerint, fanum templumue
polluerint, bestiis obiciuntur, uel si honestiores sint, capite
17 puniuntur. Magicae artis conscios summo supplicio adfici
placuit, id est bestiis obici aut cruci suffigi. ipsi autem magi
18 uiui exuruntur. Libros magicae artis apud se neminem ha-

23, 7 = *Collatio* 1, 18 *et usque ad u.* 4 portare = *Dig.* 48, 6, 11, 2 || 23, 9 = *Collatio* 7, 2 || 23, 14 = *Dig.* 48, 19, 38, 5

3 salutis] sal. suae *Dig.* || gerit *Coll.*w *Coll.*v, ageret *Coll.*p, gerunt *Dig.* || uideatur *Coll.*, uidentur *Dig.* || 7 alias queml. (quaml. *L*) stupro] *expectes* alium quemlibet stupro se petentem || 9 defendere *codices* || 15 deiecerit *codices* || 19 punietur *M*, puniuntur *L* || 21 id *om.* *Dig.* || 22 quia *Dig.*, *om.* *codices* || 24 ex hoc] eo *Dig.* || 26 defigerent *dett.*, defecerent *M*, deficerint *L* || obligarent *M*, obligarint *L* || 28 immolauerit *codices* || litauerint *M*, letauerit *L* || 32 exurantur *L*

bere licet: et penes quoscumque reperti sint, bonis ademptis, ambustis his publice, in insulam deportantur, humiliores
capite puniuntur. [non tantum huius artis professio, sed
19 etiam scientia prohibita est.] Si ex eo medicamine, quod ad
salutem hominis uel ad remedium datum erat, homo perierit, is qui dederit, si honestior sit, in insulam relegatur, humilior autem capite punitur.

[XXIV AD LEGEM POMPEIAM DE PARRICIDIIS]

Lege Pompeia de parricidiis [tenentur] qui patrem matrem auum auiam fratrem sororem patronum patronam occiderint, etsi antea insuti culleo in mare praecipitabantur, hodie tamen uiui exuruntur uel ad bestias dantur.

[XXV AD LEGEM CORNELIAM TESTAMENTARIAM]

1 Lege Cornelia testamentaria [tenentur:] qui testamentum
quodue aliud instrumentum falsum sciens dolo malo scripserit recitauerit subiecerit suppresserit amouerit resignauerit deleuerit, quodue signum adulterinum sculpserit fecerit expresserit amouerit reserauerit, quiue nummos aureos argenteos adulterauerit lauerit conflauerit raserit corruperit uitiauerit, uultuue principum signatam monetam praeter adulterinam reprobauerit: honestiores quidem in insulam deportantur, humiliores autem aut in metallum dantur aut in crucem tolluntur: serui autem post admissum manumissi
1a capite puniuntur. *Qui falsam monetam percusserint, si id
*totum formare noluerunt, suffragio iustae paenitentiae ab-
1b *soluuntur. Accusatio suppositi partus nulla temporis prae-
*scriptione depellitur, nec interest, decesserit nec ne ea quae
2 *partum subdidisse contenditur.* Qui ob falsum testimo-

25, 1a. 1b = *Dig.* 48, 10, 19 || 25, 2 = *Collatio* 8, 5

1 et *L*, et si *M* || sint *M*, fuerint *L* || 2 ambustis (conbustis *L*) his publice *ante* 1 bonis *collocat Huschke* || 3 non . . . 4 est *non uidentur Pauli esse, sed ex Interpretatione* § 17 *huc aberrasse* || 6 sit *L*, fuerit *M* || 10 occiderit *codices* || 13 *ex hoc ni fallor titulo Lex Rom. Burg.* 39, 2 *hanc sententiam citat:* si nouos quicumque terminos occulte posuerit, poena falsarii teneatur || 16 recitauerit *L*, *om. M* || 18 reserauerit *dett.*, reseruauerit *M*, designauerit *L* || 22 humiliores autem in metallum dantur, serui autem in crucem tolluntur aut post *scr.* || 24 id] in *Mommsen* || 28 qui] his qui *Coll.*w, hii qui *Coll.*p, hi qui *Coll.*v

nium perhibendum uel uerum non perhibendum pecuniam
acceperit dederit iudicemue, ut sententiam ferat uel non fe-
rat, corruperit corrumpendumue curauerit, humiliores capite
puniuntur, honestiores publicatis bonis cum ipso iudice in
3 insulam deportantur. *Falsum est, quidquid in ueritate non
4 *est, sed pro uero adseueratur.* Iudex, qui contra sacras
principum constitutiones contraue ius publicum, quod apud
5 se recitatum est, pronuntiat, in insulam deportatur. Qui ra-
tiones acta libellos album propositum testationes cautiones
chirographa epistulas sciens dolo malo in fraudem alicuius
deleuerit mutauerit subiecerit subscripserit, quiue aes inaura-
uerit argentauerit, quiuę, cum argentum aurum poneret, aes
6 stannumue subiecerit, falsi poena coercetur. Amplissimus ordo
decreuit eas tabulas, quae publici uel priuati contractus scrip-
turam continent, adhibitis testibus ita signa*ri*, ut in summa
marginis ad mediam partem perforatae triplici lino constringan-
tur atque posit*ae* supra linum cerae signa imprimantur, ut
exterior*i* scripturae fidem interio*r* seruet. aliter tabulae pro-
6ᵃ latae nihil momenti habent. *Testamentum, quod nullo iure
*ualet, impune supprimitur: nihil est enim, quod ex eo aut
7 *petatur aut consistere possit.* Qui uiui testamentum ape-
ruerit recitauerit resignauerit, poena legis Corneliae tenetur:
et plerumque aut humiliores in metallum dantur aut hone-
8 stiores in insulam deportantur. Si quis instrumenta litis suae
a procuratore uel cognitore aduersario prodita esse conuice-
rit, tam procurator quam cognitor, si humiliores sunt, in
metallum damnantur, si honestiores sunt, adempta dimidia
9 (10) parte bonorum in perpetuum relegantur. Qui falsis instru-
mentis actis epistulis rescriptis sciens dolo malo usus fuerit,
poena falsi coercetur: ideoque humiliores in metallum dam-
10 (9) nantur, honestiores in insulam deportantur. Instrumenta

25, 3 = *Collatio* 8, 6 ‖ 25, 6ᵃ = *Dig.* 48, 19, 38, 6 ‖ 25, 7. 8 = *Dig.* 48, 19, 37, 7. 8 ‖ 25, 10 = *Dig.* 48, 19, 38, 9

1 uel u: n. perh. *om. Coll.* ‖ 11 aes *dett. cum Interpretatione, om. ML* ‖ 15 signauerit *codices* ‖ 16 tripl. lino *M*, et tripl. nodo *L* ‖ 17 impositae *Salmasius*, impositum *codices* ‖ 18 exteriori s. f. interior seruet *Huschke*, exterioris s. f. interior reseruaret *M*, exterioris s. f. interiori seruauerit *L* ‖ 22 legis *om. Dig.* ‖ 23 humiliores aut *Dig.* ‖ damnantur *Dig.* ‖ 24 instrumentum *Dig.* ‖ litis *Dig.*, utilitatis *codices* ‖ 25 proditum *Dig.* ‖ 26 sunt . . . 27 honestiores sunt] *ad* sint . . . honestiores *ducunt Dig.* ‖ 27 parte bonorum dimidia *Dig.* ‖ 29 actis *dett.*, acceptis *L*, *om. M*

penes se deposita quicumque alteri altero absente reddiderit
uel aduersario prodiderit, pro personae eius condicione aut
11 in metallum damnatur aut in insulam relegatur. Qui sibi
falsum nomen imposuerit, genus parentesue finxerit, quo
quid alienum interciperet caperet possideret, poena legis Cor-
12 neliae de falsis coercetur. Qui insignibus altioris ordinis
utuntur militiamque confingunt, quo quem terreant uel
concutiant, humiliores capite puniuntur, honestiores depor-
13 tantur. Si qui de iudicis amicitiis uel familiaritate mentien-
tes euentus sententiarum eius uendunt, quidue obtentu no-
minis eius agunt, conuicti pro modo delicti aut relegantur aut
capite puniuntur.

[XXVI AD LEGEM IVLIAM DE VI PVBLICA ET PRIVATA]

1 Lege Iulia de ui publica damnatur, qui aliqua potestate
praeditus ciuem Romanum antea ad populum, nunc impera-
torem appellantem necauerit necariue iusserit, torserit uer-
berauerit condemnauerit inue publica uincula duci iusserit.
cuius rei poena in humiliores capit*is* in honestiores insulae
2 deportatione coercetur. Hac lege excipiuntur, qui artem lu-
dicram faciunt, iudicati etiam et confessi *et* qui ideo in carce-
rem duci iubentur, quod ius dicenti non obtemperau*erin*t quid-
ue contra disciplinam publicam fecerint: tribuni etiam militum
et praefecti classium alarumue, ut sine aliquo impedimento
3 legis Iuliae per eos militare delictum coerceri possit. Lege
Iulia de ui priuata tenetur, qui quem armatis hominibus pos-
sessione domo uilla agroue deiecerit expugnauerit obsederit
cluserit, idue ut fieret homines commodauerit locauerit con-
duxerit: quiue coetum concursum turbam seditionem incen-
dium fecerit, funerari sepeliriue aliquem prohibuerit, funusue
eripuerit turbauerit: et qui eum, cui aqua et igni interdic-
tum est, receperit celauerit tenuerit: quiue cum telo in pu-
blico fuerit, templa portas aliudue quid publicum armatis
obsederit cinxerit clauserit occupauerit. quibus omnibus

2 prout personae condicio est *Dig.* || 3 relegatur] deportatur *Dig.* || 4 quo quid alienum *dett.*, quod qui alienum *L*, quodque aliut *M* || 5 interciperet caperet possideret *dett.*, interceperit ceperit possederit *ML* || 9 uel *M*, et *L* || 16 necariue *dett.*, *om.* *ML* || 18 capitis *Cuiacius*, capite *codices* || 19 coercetur] *in L adduntur haec:* qui hominem ingenuum uel ciue romanum uim ferit flagellauerit humiliores capite puniuntur honestiores in insulam, *cf.* 5, 30b, 1 || 20 et *Cuiacius, om. codices* || 21 obtemperauit *codices*

conuictis, si honestiores sunt, tertia pars bonorum eripitur et in insulam relegantur: humiliores in metallum damnantur.
4 Creditor chirographarius si sine iussu praesidis per uim debitoris sui pignora, cum non haberet obligata, ceperit, in legem Iuliam de ui priuata committit. fiduciam uero et pignora apud se deposita persequi et sine auctoritate iudicis uindicare non prohibetur.

[XXVII AD LEGEM IVLIAM PECVLATVS]

Si quis fiscalem pecuniam attrectauerit subripuerit mutauerit seu in suos usus conuerterit, in quadruplum eius pecuniae quam sustulit condemnatur.

[XXVIII AD LEGEM IVLIAM REPETVNDARVM]

Iudices pedanei si pecunia corrupti dicantur, plerumque a praeside aut curia submouentur aut in exilium mittuntur aut ad tempus relegantur.

[XXIX AD LEGEM IVLIAM MAIESTATIS]

1 Lege Iulia maiestatis tenetur is, cuius ope consilio aduersus imperatorem uel rem publicam arma mota sunt exercitusue eius in insidias deductus est, quiue iniussu imperatoris bellum gesserit dilectumue habuerit, exercitum comparauerit sollicitauerit, deseruerit imperatorem. his antea in perpetuum aqua et igni interdicebatur: nunc uero humiliores bestiis obiciuntur uel uiui exuruntur, honestiores capite puniuntur. quod crimen non solum facto, sed et uerbis
2 impiis ac maledictis maxime exacerbatur. In reum maiestatis inquiri prius conuenit, quibus opibus, qua factione, quibus hoc auctoribus fecerit: tanti enim criminis reus non obtentu adulationis alicuius, sed ipsius admissi causa puniendus est, et ideo, cum de eo quaeritur, nulla dignitas a tormentis excipitur.

[XXXA AD LEGEM IVLIAM AMBITVS]

Petiturus magistratus uel prouinciae sacerdotium si turbam suffragiorum causa conduxerit, seruos aduocauerit ali-

3 per *dett.*, aut *M* ‖ 9 subripuerit *om. M*

amue quam multitudinem conduxerit, conuictus ut uis publicae reus in insulam deportatur.

[XXXB *AD LEGEM FABIAM*]

1 *Lege Fabia tenetur, qui ciuem Romanum ingenuum,
*libertinum seruumue alienum celauerit uendiderit uinxerit
*comparauerit. et olim quidem huius legis poena nummaria
*fuit, sed translata est cognitio in praefectum urbis, itemque
*praesidis prouinciae extra ordinem meruit animaduersionem.
*ideoque humiliores aut in metallum dantur aut in crucem tol-
*luntur, honestiores adempta dimidia parte bonorum in per-
2 *petuum relegantur. Si seruus sciente domino alienum ser-
*uum subtraxerit uendiderit celauerit, in ipsum dominum
*animaduertitur. quod si id domino ignorante commiserit,
in metallum datur.

[XXXI DE POENIS MILITVM]

1 Si pecunia accepta miles custodiam dimiserit, capite pu-
niendus est. et certe quaeritur, cuius criminis reus dimis-
2 sus esse uideatur. Qui custodiam militi prosequenti magna
3 manu excusserunt capite puniuntur. *Qui metu criminis,
*in quo iam reus fuerat postulatus, nomen militiae dedit, sta-
4 *tim sacramento soluendus est. Miles turbator pacis capite
5 *punitur. Miles, qui ex carcere dato gladio erupit, poena
*capitis punitur. eadem poena tenetur et qui cum eo quem
6 *custodiebat deseruit. Miles, qui sibi manus intulit nec fac-
*tum peregit, nisi impatientia doloris aut morbi luctusue ali-
*cuius uel alia causa fecerit, capite puniendus est: alias cum
ignominia mittendus est.

[XXXII QVANDO APPELLANDVM SIT]

Quotiens iusiurandum postulatur, eo tempore appellandum est, quo defertur, non quo iuratur.

30B = *Collatio* 14, 2: *cf. Lex Rom. Burg.* 20 || 31, 3. 4 = *Dig.* 49, 16, 16 || 31, 5. 6 = *Dig.* 48, 19, 38, 11. 12

6 nummaria *Cuiacius*, summaria *codices* || 7 prefecto *codices* || 10 dimidiam partem *codices* || 18 prosequente iam magna *M* || 22 dato gladio erupit] erupit datus ad gladium *Mommsen*

[XXXIII DE CAVTIONIBVS ET POENIS APPELLATIONVM]

1 Ne liberum quis et solutum haberet arbitrium retractandae
et reuocandae sententiae, et poenae et tempora appellatoribus
praestituta sunt. quod nisi iuste appellauerint, tempora ad
cauendum in poena appellationis quinque dierum praestituta
sunt. igitur *m*oran*s* in eo loco, ubi appellauit, cauere debet,
ut ex die acceptarum litterarum continui quinque dies compu-
tentur: si uero longius, salua dinumeratione interim quinque
2 dies cum eo ipso quo litteras acceperit computantur. Ne quis
in captionem uerborum in cauendo incidat, expeditissimum
est poenam ipsam uel quid aliud pro ea deponere: necesse
enim non habet sponsorem quis uel fideiussorem dare aut
praesens esse: et si contra eum fuerit pronuntiatum, perdit
3 quod deposuit. Quotiens in poena appellationis cauetur,
tam unus quam plures fideiussores, si idonei sint, dari pos-
sunt: sufficit enim etiam per unum idoneum indemnitat*i* poe-
4 nae consuli. Si plures appellant, una cautio sufficit, et si
5 unus caueat, omnibus uincit. Cum a pluribus sententiis pro-
uocatur, singulae cautiones exigendae sunt et de singulis poe-
6 nis spondendum est. Modus poenae, in qua quis cauere de-
bet, specialiter in cautione exprimendus est, ut sit, in qua
stipulatio committatur: aliter enim recte cauisse non uidetur.
7 Adsertor si prouocet, in eius modi tertiam cauere debet, quanti
8 causa aestimata est. *In omnibus pecuniariis causis magis
est, ut in tertiam partem eius pecuniae caueatur.

[XXXIV DE LITTERIS DIMISSORIIS]

1 Ab eo, a quo appellatum est, ad eum, qui de appella-
tione cogniturus est, litterae dimissoriae diriguntur, quae
uulgo apostoli appellantur: quorum postulatio et acceptio in-
2 tra quintum diem ex officio facienda est. Qui intra tempora
praestituta dimissorias non postulauerit uel acceperit uel red-
diderit, praescriptione ab agendo submouetur et poenam ap-
pellationis inferre cogetur.

33, 8 *restituta est ex AE et ex codice Vesontino* (*Cuiacii Obseru.* 21, 22)

3 poena *M* ‖ 6 morans *Cuiacius*, ignorans si *codices* ‖ 8 interim *M*, integri *dett.*, itineri *Cuiacius* ‖ 13 si *om. M* ‖ 16 per *dett.*, in *M* ‖ indemnitati *Cuiacius*, indemnitatis *codices* ‖ 18 uincet *M* ‖ 21 in *dett.*, *om. M* ‖ 24 omnis *E* ‖ 25 pecunia cauetur *A*

[XXXV DE REDDENDIS CAVSIS APPELLATIONVM]

1 Meritum appellationis causae capitalis et ipsam rationem
status non nisi per nosmet ipsos prosequi possumus: nemo
2 enim absens aut duci in seruitutem potest aut damnari. Mo-
ratorias appellationes et eas, quae ab exsecutoribus et confes-
3 sis fiunt, recipi non placuit. Eum qui appellat cum conuicio
ipsius iudicis appellare non oportet: ideoque ita factum ar-
bitrio principis uindicatur.

[XXXVI POST PROVOCATIONEM QVID OBSERVANDVM EST]

1 Quotiens possessor appellat, fructus medii temporis de-
poni conuenit. quod si petitor prouocet, fructus in causa
depositi esse non possunt nec recte eorum nomine satisdatio
2 postulatur. Si propter praedia urbana uel mancipia appel-
letur, pensiones eorum uel mercedes, uecturae etiam, si de
naui agatur, deponi solent.

[XXXVII DE MERITIS APPELLATIONVM]

Omnimodo pon*e*ndum est, ut, quotiens iniusta appellatio pronuntiatur, sumptus, quos dum sequeretur aduersarius impendit, reddere cogatur, non simplos, sed quadruplos.

17 poniendum *uel* puniendum *codices*

FRAGMENTA MINORA

SAECVLORVM P. CHR. N. SECVNDI

ET TERTII

M. VALERII PROBI

DE NOTIS IVRIS FRAGMENTA

In Probi opusculo de notis iuris edendo Mommsenianam editionem alteram secuti sumus, quae partem facit Grammaticorum Latinorum ab H. Keilio collectorum (Lipsiae uol. IV 1864 p. 271 sqq.). pendet autem crisis in Probo restituendo exercenda, ut Mommsen perspexit, ex duobus subsidiorum generibus: quorum alterum ipsis eis codicibus efficitur, quorum qui hodie periit archetypus Probi de notis opus plus minusue integrum continuerat. ex his codicibus Mommseniana editio duobus potissimum nititur saeculo XV exeunte uel XVI incipiente conscriptis: Ambrosiano J 115 sup. et Romano Chigiano I. VI. 204, qui Probi collectionem in fine mutilam tradunt. alterum subsidiorum genus primus et detexit et adhibuit Mommsen: qui cum additamenta, quibus in codice Einsidlensi 326 saec. X notarum sylloge quae uulgo Papiani dicitur aucta est, ex Probo sumpta esse intellexisset, hunc codicem non solum ad emendandas eas partes Probi operis, quas supra dicti codices complectuntur adhibuit, sed etiam eas Probi notas, quae in Einsidlensibus additamentis solis inueniuntur et ex integriore eis qui hodie extant Probi codice auctorem Einsidlensis collectionis hausisse demonstrant, collecta supplementi modo addidit. quo supplemento ut recte utamur, tenendum est Einsidlensis collectionis auctorem Probi notas passim in binas uel ternas discerpsisse et secundum litterarum ordinem, quem tota collectio Einsidlensis cum Papiano sequitur, Papianis notis inseruisse. ita u. g. notae Probi 3, 14 *S· Q· S· S· E· Q· N· I· S· R· E· H· L· N· R· si quid sacri sancti est, quod non iure sit rogatum, eius hac lege nihil rogatur* in Einsidlensi haec tria fragmenta extant, sub littera S: *S· Q· S· S· E· si quis sacri sancti est,* sub littera Q: *Q· S·*

S· E· quid sacris sancti est, item sub littera Q: *Q· N· I· S· R· quod non iure sit rogatum*. quamobrem Mommsen spreto ordine in codice Einsidlensi obseruato ea quae inter se cognata esse uiderentur iuxta posuit: isque Mommseni ordo in hac editione a nobis retentus est.

A = Ambrosianus J 115 sup. saec. XV—XVI
R = Romanus Chigianus I. VI. 204 saec. XV—XVI
E = Einsidlensis 326 saec. X

VALERII PROBI

[DE IVRIS NOTARVM]

1 Est etiam circa perscribendas uel paucioribus litteris notandas uoces studium necessarium. quod partim pro uoluntate cuiusque fit, partim pro usu publico et obseruatione communi. namque apud ueteres cum usus notarum nullus esset, propter scribendi *diffi*cultatem, maxime in senatu qui scribendo aderant, ut celeriter dicta comprehenderent, quaedam uerba atque nomina ex communi consensu primis litteris notabant, et singulae litterae quid significarent, in promptu erat. quod *in* praenominibus legibus publicis pontificumque monumentis et in iuris ciuili*s* libris etiam nunc manet. ad quas notationes publicas accedit etiam studiosorum uoluntas. sed unusquisque familiares sibi notas pro uoluntate *quas signarit*, comprehendere infinitum est: publicae sane tenendae, quae in monumentis plurimis et in historiarum libris sacris-
2 que publicis reperiuntur, ut P· Publius: C· Gaius: M· Marcus: *C*N· Gnaeus: Q· Quintus: M'· Ma*n*ius: TI· Tiberius: CL· Claudius: SP· Spurius: SEX· Sextus: SER· Seruius: OP· Opiter: A· V· C· ab urbe condita: P· R· E· post reges exactos: P· C· patres conscripti: S· P· Q· R· senatus populusque Romanus: EQ· R· eques Romanus: V· R· urbs Rom*a*: C· R· ciuis Romanus: COL· coloni*a*e uel coloni: MVN· muni-

2 de A^a, *om.* A^bR: *titulum* de iuris notarum *suppositum esse probauit Mommsen in Grammaticis Latinis* 4 *p.* 268 || 7 propter] postea propter *Mommsen* || difficultatem *Mommsen*, facultatem *codices* || 11 in *dett.*, non in *AR* || 12 ciuilis *dett.*, ciuilibus *AR* || 14 sed *Mommsen*, et *AR* || quas signarit *Mommsen*, signaret quas *codices* || 17 c· *dett.*, g· *AR* || 18 gn· *codices* || m'· manius *Mommsen*, ma· macunius (macuuius *dett.*) *codices* || 22 roma] romana *codices* || 23 colone uel *AR*

cipia uel municipes: N· L· nominis Latini: L· C· Latini colonarii: S· N· L· socii nominis Latini: et similia. secundum haec curiarum nomina, tribuum, comitiorum, sacerdotiorum, potestatum, magistratuum, praefecturarum, sacrorum, ludorum, rerum urbanarum, rerum militarium, collegiorum, decuriarum, fastorum, numerorum, mensurarum, [iuris ciuilis] et similium ceterorum notationes proprias habent.

LITTERAE SINGVLARES IN IVRE CIVILI DE LEGIBVS ET PLEBISCITIS:

3 1 P· I· R· P· Q· I· S· I· F· P· R· E· A· D· P· populum iure rogauit populusque iure *sciu*it in foro pro rostris ex ante diem pridie
2 E· H· O· L· N· R· eius hac †omnibus lege nihilum rogatur
3 S· R· L· R· I· C· Q· O· R· E· siremps lex res ius causaque omnium rerum esto
4 S· N· L· socii nominis Latini
5 L· P· C· R· Latini prisci ciues Romani
6 M· E· M· D· D· E· municipi*bus* eius municipii dare damnas esto
7 C· E· C· colonis eius coloniae
8 Q· E· R· F· E· D· quod eius recte factum esse dicetur
9 L· I· D· A· C· lex Iulia de adulteriis cohercendis
10 V· D· P· R· L· P· unde de plano recte legi possit
11 A· A· A· F· F· aere argento auro flando fer*i*undo
12 I· N· Q· Q· iustis nuptiis quaesitos quaesitas
13 S· Q· S· S· E· Q· N· I· S· R· E· H· L· N· R· si quid sacri sancti est, quod non iure sit rogatum, eius hac lege nihil rogatur
14 V· P· R· ueteri possessori redditum
15 V· A· ueterano adsignatum
16 V· F· usus fructus
17 S· C· senatus consultum
18 P· S· plebi scitum

1 municipes *E*, municeps *AR* ‖ colonarii *codices: cf. Vlp.* 19, 4 ‖ 6 iuris ciuilis *del. Mommsen* ‖ 8 *post* plebiscitis *desiderari* et de senatus consultis *monuit Mommsen* ‖ 10 sciuit *edd.*, suscepit *codices* ‖ 11 pride *A* ‖ 13 siremps *Cuiacius*, si rem *codices* ‖ res *dett.*, rex *EAR* ‖ ius *E*, eius *AR* ‖ 16 ciues romani *Marcanoua*, ciues romanorum *E*, ciuis romanus *AR* ‖ 17 municipibus *edd.*, municipis *AR*, municipes *E* ‖ 23 feriundo *dett.*, fertundo *A*, ferrundo *R* ‖ 24 quaesitas *E*, quesitus *AR* ‖ 31. 32 S· C· P· S· senatus consultum plebi scitum *codices*

19 Q· D· E· R· F· P· D· E· R· V· I· C· quid de ea re fieri placeret, de ea re uniuersi ita censuerunt
20 Q· F· E· quod factum est
21 I· S· F· in senatu fuerunt
22 D· C· S· de consilii sententia
23 S· Q· M· D· E· R· A· P· P· V· L· O· E· COS· PR· TR· PL· Q· N· S· Q· E· V· A· P· P· V· F· *Q· S· N· T· COS· PR· TR· PL· Q· D· E· Q· E· V· A· P· P· V· F·* si quid †mee de ea re ad populum plebemue lato opus est, cos. praetores tribuni plebis qui nunc sunt, quod eis uidebitur, ad populum plebemue ferant: quod si non tulerint, cos. praetores tribuni plebis qui deinceps erunt, quod eis uidebitur, ad populum plebemue ferant
24 S· F· S· sine fraude sua

4 IN LEGIS ACTIONIBVS HAEC :

1 A· T· M· D· O· aio te mihi dare oportere
2 Q· N· T· S· Q· P· quando negas, te sacramento quingenario prouoco
3 Q· N· *Q·* A· N· Q· N· quando neque ais neque negas
4 E· I· M· C· V· ex iure manum consertum uocauit
5 S· N· S· Q· si negat, sacramento quaerito
6 S· S· C· S· D· E· T· V· secundum suam causam sicut dixi ecce tibi uindicta
7 Q· I· I· T· C· P· A· F· A· quando in iure te conspicio, postulo, anne far auctor
8 T· PR· I· A· V· P· V· D· te praetor iudicem arbitrumue postulo uti des
9 I· D· T· S· P· in diem tertium siue perendinum
10 A· L· A· arbitrum liti aestimandae
11 Q· B· F· quare bonum factum

1 D· E· *et infra* de ea *ER*, E· D· *et* ea de *A* || quid *dett.*, quod *EAR* || 2 placere *codices* || 3. 4 Q· F· E· I· S· F· quod factum est in senatu fuerunt *codices* || 5 consiliis *A* || 7 Q· S· N· ... 8 V· F· *om. codices* || 8 mee *AR*, me *dett.* || 9 plebemue lato *dett.*, plebum ualeto *AR* || consules praetores *dett.*, conspreto *AR* || 10 eis *dett.*, eius *AR* || 11 plebemue *dett.*, plebis *AR* || cos· *Mommsen*, eps *codices* || 12 tribui A^a || 15 actionibus *Marcanoua*, sanctionibus *AR* || 19 N· Q· A· *Marcanoua*, N· A· *AR* || ais] agis A^a || 25 anne *non una littera notari posse Mommsenus monuit* || 26 te praetor *Mommsen*, tē pr̄ cor *E altero loco*, p̄t *E altero loco*, temptor *AR* || 28 T· *om.* A^a || 29 arbitrum *A*, arbitrium *R* || 30 *notam* 11 *ad edicta pertinere et post p.* 145, 1 *restituendam esse recte censuit Huschke, cf. Brissonius Form.* 3, 1 || quere *A*

5 IN EDICTIS PERPETVIS HAEC :

1 I· D· P· E· iure dicundo praeerit
2 I· D· C· iuris dicundi causa
3 Q· R· F· E· V· quod recte factum esse uidebitur
4 V· B· A· uiri boni arbitratu
5 D· M· F· V· C· dolo malo fraudisue causa
6 I· D· iudicium dabo
7 I· D· iurisdictio
8 Q· E· R· E· T· P· I· R· D· T· Q· P· D· T· D· D· P· F· quanti ea res erit, tantae pecuniae iudicium recuperatorium dabo testibusque publice dumtaxat decem denuntiandi potestatem faci*am*
9 Q· S· S· S· quae supra scripta sunt
10 I· C· E· V· iusta causa esse uidebitur
11 N· K· C· non calumniae causa
12 C· C· consilium cepit uel causa cognita
13 F· C· fraudare creditores uel fiduciae causa uel fideicommissum
14 P· C· [patres conscripti uel] pactum conuentum uel pecunia constituta
15 C· V· centum uiri [uel clarissimi uiri]
16 S· T· A· sine tutoris auctoritate
17 T· A· tutore auctore
18 F· E· D· factum esse dicetur
19 H· S· haec sic [uel hora secunda]
20 Q· A· M· quemadmodum
21 Q· M· quo modo uel quo magis
22 P· P· L· V· pro praede litis uindic*iar*um
23 I· S· iudic*at*um solui
24 B· E· E· P· P· V· Q· ·I bona ex e*dicto* possideri proscribi uenirique iubebo

2 iure *Marcanoua*, iuri *AR* || 4 uidetur A^a || 7 .8 I· D· I· D· iudicium dabo iurisdictio *codices* || 12 faciam *edd.*, facit *EA*, fiat *R* || 19, patres conscripti uel *delet Huschke* || 21 uel clarissimi uiri *delet Huschke* || 25 uel hora secunda *delet Huschke* || 28 pro predi litis uindicarium *AR*, prope delicius uindicarium *E* || 29 iudicatum *edd.*, iudicium *codices* || solui *AR*, soluit *E* || 30 V· Q· I· *ER*, V· Q· P· P· *A* || bona . . . 31 iubebo *restituit Mommsen ex E*, *ubi separatae inueniuntur notae* P· P· possideri proscribi *et* V· Q· I· uenirique iubebo : bona ex e *A*, bonarum e *R*

Excerpta Probiana

ex codice Einsidlensi 326 (= C) collecta

1 I· E· iudex esto
2 R· S· reciperatores sunto
3 E· R· A· ea res agitur
4 Q· D· R· A· qua de re agitur
5 N· N· Numerius Negidius
6 O· E· R· ob eam rem
7 O· O· oportet opor*t*ebit
8 O· *E*· F· B· oporte*b*it *ex* fide bona
9 M· A· E· melius aequius erit
10 S· *D*· E· R· Q· *D*· A· si de ea re qua de agitur
11 S· P· s*i* parret
12 S· N· P· A· si non parre*t*, absoluito
13 T· M· D· F· O· te mihi dare facere oportere
14 D· M· F· dolo malo fecisti
15 D· V· M· T· doloue malo tuo
16 D· V· M· dolou*e* mal*o*
17 M· T· F· E· malo tuo factum est
18 N· R· non restituetur
19 O· C· o*p*e consilio
20 V· R· urbis Romae
21 R· R· E· P· Romae rec*te* experiri possit
22 M· C· F· municipi*o* *colonia* foro
23 D· D· decreto decurionum
24 M· P· D· maiorem partem diei
25 P· P· D· pro parte dimidia
26 S· S· S· supra scripti sunt
27 Q· I· S· S· quae infra scripta sunt
28 L· E· leg*e* egisse
29 L· A· E· lege actum est
30 R· R· recte recipitur
31 M· M· P· manu mancipio potestate
32 E· I· Q· ex iure Quiritium

4 sunt *C* ‖ 5 agatur *Huschke, cf. Gai.* 4, 131 ‖ 9 *cf. Inst.* 3, 29, 2 ‖ 10 E·] F· *C* ‖ ex] et *C* ‖ 11 *cf. Cic. de off.* 3, 15, 61 ‖ 12 S· O· E· R· Q· O· A· *C* ‖ 13 si] sine *C* ‖ 14 parre *C* ‖ 18 dolo uel male *C* ‖ 21 ore concilio *C* ‖ 23 recte *Mommsen*, recee *C* ‖ 24 municipio colonia foro *Mommsen ad legem Rubriam* 2, 2. 56, *cf. lex Iulia munic. u.* 84. 85, municipii fores *C* ‖ 26 *cf. Dig.* 50, 16, 2, 1 ‖ 30 lege *Mommsen*, legem *C*

33 P· D· E· possessio data est
34 S· *L*· P· H· A· secundum *legem* publicam hoc aere
35 H· B· V· P· heres bonorumue possessor
36 M· H· E· mihi heres erit
37 H· Q· M· heredemque meum
38 E· H· E· exheres est*o*
39 V· V· C· uolo uos curare
40 †S· N· P· M· S· R· S· [S·] Q· H· sine praesumere sibique habere
41 P· S· T· Q· H· praecipito sumito tibique habeto
42 T· Q· H· tibique habeto
43 O· O· O· T· omnia ornamenta, omnia texta
44 V· M· M· ueste*m* mund*um* muliebrem
45 T· T· A· A· A· tegulas testas aurum argentum aes
46 F· T· C· familiam testamenti causa
47 T· C· testamenti causa
48 L· C· libertatis causa
49 M· C· M· *M*· mortis causa manumissa
50 V· R· C· uindicta recte †neempet
51 S· Q· M· M· M· M· M· si quis manumis*sus* manumissa moritur
52 D· D· D· [M·] deinde deperit deminutum
53 H· COG· herede cognitore
54 D· M· O· donum munus operas
55 O· D· M· opera*s* donum munus
56 Q· P· *N*· M· C· quod pondere numero mensura continetur
57 F· P· P· R· forma publica populi Romani
58 R· R· P· rebus recte praestari
59 F· P· fidei promissor
60 P· A· pluuiae arcendae
61 F· E· familiae erciscundae
62 F· R· finibus reg*u*ndis
63 V· F· I· uadimonium fieri iubere
64 N· C· N· P· nec clam nec precari*o*

2 L· *et* legem *om. C, addidit Mommsen ex Gaio* 2, 104 ‖ 6 esto *Mommsen*, est *C* ‖ 8 S· N· P· M· S· R· *in* S· P· *contraxit Mommsen* ‖ 13 ueste munda *C* ‖ 17 liberalis *Huschke: cf. tamen Paul.* 3, 2, 5 ‖ 18 M· M·] M· *C* ‖ 19 [libertas] uindicta recte competet *Mommsen* ‖ 20 manumissus *Mommsen*, manumisit *C* ‖ 22 *cf. Dig.* 5, 3, 20, 6 si quid deperiit deminutumue erit ‖ M· *delet Mommsen* ‖ 24 *cf. Dig.* 50, 16, 53 *pr.* ‖ 25 *cf. Dig.* 38, 1, 7 § 3. 37 *pr.* ‖ opera *C* ‖ 26 Q· P· M· M· C· *C* ‖ 28 *cf. Dig.* 6, 1, 19. 50, 16, 71, 1 ‖ 32 regnandis *C* ‖ 34 praecari *C*

65 V· F· V· uim fieri ueto
66 F· C· L· fraudationis causa latitat
67 P· P· V· pup*ill*us pupillaue
68 R· P· C· S· D· M· re*i* publicae causa se d*olo* malo
69 V· I· I· u*i*debitur in integrum
70 R· A· Q· E· I· E· restitu*as* antequam ex iure exeas
71 E· C· ex consuetudine
72 O· A· Q· omnes ad quos
73 O· F· fenestrae
74 Q· M· E· qu*ae* mea est
75 R· N· rerum nouarum
76 S· N· P· Q· Λ· Ð si non plus quam †magnus
77 S· P· M· Sext*i* Pedii †mediuani

SEXTI POMPONII REGVLA

Et seruitutes diuidi non possunt: nam earum usus ita conexus est, ut qui eum partiatur, naturam eius corrumpat.

De hac regula, quam debemus solis Consuetudinum Burdigalensium commentariis ab Arnoldo Ferrando publici iuris factis (Lugd. ap. Seb. Gryph. 1536. 4), ipse Ferrandus p. 72 haec rettulit: *ex libris Pomponii . . . . ex uetustissimis quibusdam fragmentis carie corrosis, quae nobis dono dedit Iulius Caesar Scaliger . . . . excepta e bibliotheca Petri Criniti Florentini.* eam ad Pomponii librum singularem regularum pertinere censuit A. G. Cramer.

---

2 *cf. Dig.* 42, 4, 7 *pr.* ‖ 3 pupillus *Mommsen,* puplius *C* ‖ 4 res *C, cf. Dig.* 42, 4, 6, 1 ‖ dolo *Mommsen*, damno *C* ‖ 5 uindebitur *C, cf. Dig.* 4, 6, 26, 9 *et Probus* 5, 10 ‖ 6 restituas *Mommsen,* restitutus *C, cf. Gai.* 4, 164 ‖ 8 ad quos] ea res pertinet *suppl. Huschke* ‖ 9 ostia fenestrae *Huschke* ‖ 10 quae *Huschke,* quem *C* ‖ 12 magnus] mille aeris *Mommsen* ‖ 13 sextii *C*

FRAGMENTVM REGVLARVM INCERTI AVCTORIS INTERPRETAMENTIS DOSITHEI INSERTVM

Dositheus magister Interpretamentis artis grammaticae, quam anno 207 composuit, fragmentum iuridici argumenti inseruit, quo initium libri cuiusdam regularum Latine compositi olim effectum fuisse et uerba § 3 *regulas exsequenti mihi* indicant et ipsa operis ad quod fragmentum olim pertinuit indoles suadere uidetur.

Dositheus Latino Interpretamentorum contextui uersionem Graecam se addidisse testatur, atque uniuersum opus Latinam linguam ediscentibus destinauit. postea autem id in usum eorum qui Graece docerentur cessisse neque Dositheanorum Interpretamentorum recensionem ad nos peruenisse, sed hanc operis partem fere nouam faciem induisse ex ipsa Interpretamentorum qualia traduntur condicione consentaneum est. menda enim in utroque (id est in Graeco et Latino) textu obuia facta pleraque non talia sunt, qualia aut librariorum socordia aut male doctorum interpolationibus nascuntur, sed potius puerorum ingenium produnt, qui alterius linguae contextum ad uerba uertendo ita altera reddiderint et expresserint, ut ipsam operis sententiam intellegere et ita ut apte intellegi posset uertere minime curarent.

Fragmentum illud iuridici argumenti, de quo supra diximus, duo codices in bibliotheca Lugduno-Bataua extantes tradunt: alter, qui numerum 80 fert, saeculo IX uel X (nobis *V*), alter, qui omittit § 1, numero 61 insignis (nobis *S*) Iosephi Scaligeri manu scriptus est. hoc autem Scaligeri apographum descriptum est aut ex ipso Claudii Puteani libro manu scripto, ex quo Petrus Pithoeus Latinum contextum inde a § 2 edidit[1]), aut ex simillimo[2]). hic Puteani liber fortasse idem est atque codex Parisiensis Latin. 6503 saeculi X uel XI[3]) (nobis *P*), in cuius folio primo legitur *Iac. Puteani Cl. fil.*: quod tamen pro certo affirmare non ausim,

[1]) Fragmenta quaedam Papiniani Pauli Vlpiani Gaii Modestini etc. ex bibliotheca P. Pithoei. Lutetiae 1573 p. 113 sqq.

[2]) Dubitationem mihi potissimum discrepantia in § 17 obuia inicit, ubi in *S* legitur μεντοι καθαρμω κτιζεται, apud Pithoeum δη καθαρμωτιξεται.

[3]) His saeculis eum tribuit Fr. Haase apud Boeckingium, Vlpiani fragmenta ed. IV Lipsiae 1855 p. 158: saeculi VIII uel IX eundem codicem esse uult A. Boucherie, Notices et extraits des mss. de la bibl. nationale etc. tom. XXIII. Paris 1872 p. 295.

cum hodie hic codex in media § 4 deficiat, nec sciam, utrum integer sit an fortasse folia nonnulla excisa sint. hoc utique constat duas et Graeci et Latini contextus recensiones inter se diuersas his libris nobis traditas esse, quarum alteram *V* solus, alteram *S P* Pithoeus repraesentent, et modo hanc modo illam a Dositheano contextu propius abesse. cum autem huius fragmenti editori id agendum esse recte demonstrauerit Carolus Lachmann [1], ut genuinum iureconsulti opus redintegret, in hac editione Latinum contextum pristinum ope potissimum utriusque Latini contextus qui traditur recuperare studuimus. praeterea Graeci contextus comparatio nonnullas Latini contextus locutiones peruersas ex praua Graeci contextus uersione ortas esse docuit: rarius hic eo duxit, ut leuiculas quasdam Latini contextus corruptelas recentioribus demum librariis deberi intellegeremus. in apparatu critico componendo codicum *V* et *S* lectiones ex Boeckingii editione [2] repetiuimus; Pithoei editionem ipsi contulimus, *P* dedimus ad apographum uiri doctissimi Delisle a Boucherio editum [3]. atque Pithoei quidem editionem in adnotatione critica non laudauimus nisi ubi ab *S* recedit. codicum *VSP* autem plenam scripturae discrepantiam enotauimus [4]. in § 1 cum tradita lectio nimis ab ea recedat, quam genuinam iureconsulti fuisse diuinari liceat, pagina in duas columnas diuisa priore loco traditam lectionem, posteriore contextum e regione posuimus ita restitutum, ut fere Lachmanni recensionem sequeremur. § 2 et 3 non dedimus nisi traditam lectionem: fieri enim posse negamus, ut ex tam corruptis mutilisque sententiis genuina operis facies diuinando recuperetur. atque in reliquis quoque non tam genuinum iureconsulti sermonem quam rem ipsam q. d. a. adsequi nos posse persuasum habemus.

V = Lugduno-Batauus n. 80 saec. IX uel X
S = Lugduno-Batauus n. 61 (incipit § 2)
P = Parisiensis Lat. 6503 saec. X uel XI (incipit § 2, desinit in § 4 p. 152, 8 *libertis*)
Pith. = Pithoei editio a. 1573 (incipit § 2)
ubi Latinus et Graecus contextus inter se discrepant, illum notis V^1 uel S^1, hunc notis V^g uel S^g indicauimus.

---

1) Versuch über Dositheus. Berlin 1837. 4.
2) Dosithei magistri interpretamentorum liber tertius. Bonnae 1832.
3) L. c. p. 526 sq.
4) Quae in *S* ad marginem uel supra uersum adscripta sunt, quippe quae ad Scaligeri emendationes redeant, non commemorauimus.

1 ˎ Omne enim iustum [cum iure] aut ciuile appellatur aut naturale dicitur [uel nationis] aut gentile iustum. ab eo enim nominatur et omnes nationes similiter eo sunt usae: quod enim bonum et iustum est, omnium utilitati conuenit. [se] quod autem iustum ciuile[m] proprium est [et] romanorum et ab eis dictum, quoniam nostra ciuitas ea ueritate utitur. sed quidam hoc esse, quod omnes ciuibus suis praedicent aut maior*i* par*ti* expedit. sunt enim qui et tradiderunt quanti tamen iustitiae esse. plurima hanc autem definitionem ueriorem esse tradiderunt quae initio diximus.

Omne ius aut ciuile appellatur aut naturale. naturale dicitur etiam ius gentium: ab eo nominatum, quod omnes gentes similiter eo sunt usae: quod enim bonum et aequum est, omnium utilitati conuenit. ius ciuile autem proprium est ciuium Romanorum, ab eo dictum, quod nostra ciuitas eo . . . utitur. sed quidam hoc esse praedicant, quod omnibus ciuibus peculiariter aut maiori parti expedit. sunt etiam qui tradiderunt . . . . . plurimi autem eam definitionem ueriorem esse tradiderunt, quam initio dixīmus.

2 Iuris ciuilis ut quid appositicium appellatur, ex pluribus partibus constat. sed constitutiones imperatorias similiter honorandum. quod est et praetoris edictum similiter uel proconsulis. ex eo enim consenserunt prudentiam et re-

1 cum iure *et* 3 uel nationis *omittit* V^g ‖ 5 nominatur et] ωνομασθη και V^g ‖ nationes] τα εθνη V^g ‖ 9 se quod *sqq.*] το δε δικαιον πολιτικον κυριον εστιν ρωμαιων και απο τουτων ειρημενον ‖ 11 romanis V^a ‖ 12 ea ueritate] ταυτη τη αληθεια V^g: eo re uera *proposuit Boecking* ‖ 13 sed *sqq.*] αλλ ενφοι (ἔνιοι *scr.*) τουτο ειναι, α παντεσ πολιταισ ιδιοισ (ἰδίως *Huschke*) προλεγουσιν η μιζονι μερει συμφερι V^g: *cf. Dig.* 1, 1, 11 quod omnibus aut pluribus in quaque ciuitate utile est, ut est ius ciuile ‖ 15 maiori paris V^1 ‖ 16 sunt . . . 18 esse] εισιν γαρ οι και παρεδοσαν υποστασιν δικαιοσυνησ ειναι V^g ‖ 17 quanti tamen] summam *M. Voigt Ius naturale* 1 *p.* 625, *ut olim Graecus interpres* summam *in* ποσότητα *uerterit, deinde hoc Latine per* quantitatem *redditum sit et hoc subinde per Graecum* ὑπόστασιν ‖ 18 plurima hanc autem] πλιονα τουτον δε V^g ‖ 20 quae in. dix.] οσα εν τη αρχη ειπαμεν V^g ‖ 22 ut quid app. εισ τι εντηθημενον *SP, om. V* ‖ ex *SP*, qui ex ωσ εκ *V* ‖ 23 constat συνεστηκει *SP*, constant συνεστηκεν *V* ‖ constitutiones imperatorias (-ris *S*) διαταξισ αυτοκρατορικη *SP*, edicta imperatoria διαταξεισ αυτοκρατορικαι *V* ‖ 24 honorandum τιμητεον *SP*, honorantur τιμεταιον *V*: *in hoc latere* ius honorarium *uidit Cuiacius* ‖ quod *VP*, quid ιλιο *S* ‖ 25 uel VS^1P?, και S^g ‖ ex ea enim consenserunt prudentiam et receptum est responsorum et summatim solemus haec et dicere εκ τουτου γαρ συγκατεθεντο την ενπιριαν

ceptum est responsis et summatim solemus haec dicere. lex enim Iulia et Papia ceterae partes iustitiae appellantur.

3 Regulas enim exsequenti mihi ad ea studia necessarium ante omnia scire. nec enim unius sunt condicionis, sed uariae: quae per singula, quae pertinent ad eam enarrationem, referenda sunt per ordinem.

4 Omnes enim aut ingenui sunt aut liberti. sed ut magis possint singula declarari, melius uidetur incipere a libertis adferre et primum de Latinis scribere, ne saepius eadem interpretari cogamur. primum ergo uideamus, quale est quod dicitur *de* eis, qui inter amicos *olim* manumittebantur, non esse liberos, sed domini uoluntate in libertat*e* morari et tantum seruiendi metu dimitti.

5 Antea [enim] una libertas erat et *manumissio* fiebat uindicta uel testamento uel *c*ensu et ciuitas Romana compet*eb*at manumissis: quae appellatur iusta *manumissio*. hi autem, qui domini uoluntate in libertate erant, manebant serui: *sed si* manumissores ausi erant in seruitutem denuo eos per uim ducere, interueniebat praetor et non patiebatur manumissum

---

και παριλημπται των αποκριματων και κεφαλαιωδως ταυτα λεγειν *V*, ex eo enim consenserunt peritum et adsumptus ex responsis ista dicere εκ τουτου γαρ συνκατενευσαν εμπειρον και παρειληπτης εξ αποφθεγματος (-τως *P*) ταυτα λεγειν *SP*

2 iulia et papia *om. SP* || iustititiae τω δικαιω *V*, iustum (iuste *P*) του δικαιου *SP*, iusti *Pith.* || 3 necessarium] αναγκαιον εφανη *margo* S^g *(ex coniectura Scaligeri)* || 4 nec enim *sqq.*] *agi de distinctionibus liberorum hominum ex* § 4 *colligitur* || 5 quae singula pertinentia ad hanc narrationem referenda sunt in ordine *SP* || 7 aut . . . aut *SP*, uel . . . uel *V* || 8 singulae S^1, *sed* εκαστα S^g || declarari *om. V* || uideri V^1, *sed* δοκεῖ V^g || 9 adferre et primum *om. S* || latinis ρωμαιων *S*, ρωμαικων *V* || 10 cogamur *om.* S^1 *Pith.* || 11 dicitur de eis] dicturus eis S^1, λεγεται αυτοις S^g, dicitur eos *Pith.* || de eis . . . manumittebantur *om. V* || olim] ueteres παλαιους *S*, *cf.* S^g *ad u.* 12 (παλαι) || 12 liberos ελευθερους παλαι *S* || in libertate *Pith.*, in libertatem VS^1, εν ελευθερια S^g || 13 seruiendi metu S^1, seruitutis timore V^1, του δουλικου φοβου V^gS^g || 14 ante enim *V*, enim antea *S* || et m. fiebat *om. S* || manumissio *Lachmann*, libertas ελευθερια *V* || uindicta *S*, ex uindictis *V* || 15 testimonio κατα διαθηκη *S*, ex testamentor κατα διαθηκην *V* || in censu *codices* || ciuitas πολις *S*, administratio πολιτεια *V* || competebat *Boecking*, competat ευναγοι *V*, competit συναγεται *S* || 16 iusta legitima νομιμος *V*, legitima νομιμος *S*, iusta ac legitima *Lachmann* || manumissio *Lachmann*, libertas ελευθερια *codices* || autem δη *S*, tamen δε *V* || 17 erant *S*, erant fuerant ησαν *V* || sed si *scripsi*, et *codices* || 18 ausi erant *V*, audebant *S* || per ad uim V^1 || 19 ducere αγειν *S*, perducere αγειν *V*, redigere *Lachmann* || interueniebat *V Pith.*, interueniebant *S* || praetor *om. V* || patiebatur] permittebat *Pith.*

seruire. omnia tamen quasi seruus adquirebat manumissori, uel*ut* si quid stipulabatur *uel* mancup*io* accipiebat uel ex quacumque causa alia adquisierat, domini hoc faciebat, id est manumissi omnia bona ad patronum pertinebant.

6 Sed nunc habent propriam libertatem qui inter amicos manumittuntur, et fiunt Latini Iuniani, quoniam lex Iunia, quae libertatem eis dedit, exaequauit eos Latinis colonariis, qui cum essent ciues Romani [liberti], nomen suum in coloniam dedissent.

7 In his qui inter amicos manumittuntur uoluntas domini spectatur: lex enim Iu*n*ia eos fieri Latinos iubet, quos dominus liberos esse uoluit. *quod* cum ita *sit*, debet uoluntatem manumitten*di* habere dominus: unde si per uim coactus uerbi gratia ab aliquo populo uel a singulis hominibus manumiserit, non ueniet seruus ad libertatem, quia non intellegitur uoluisse qui coactus est.

8 *Item* ut possit habere seruus libertatem, talis esse debet, ut praetor *uel* proconsule libertatem tueatur: nam et hoc

1 quasi *V*, tamquam *S* ‖ 2 uelut *Lachmann*, uel *codices* ‖ qui stipulabantur *V* ‖ uel] uel si η *S*, *om. V* ‖ mancupio *Lachmann*, mancupationi κατα γραφην *V*, per scripturam κατα γραφην *S* ‖ acceperat *S* ‖ uel η *S*, uel is η *V* ‖ quacumque causa alia οιασδηποτε αιτιασ αλλησ *S*, quibuscumque causis aliis οιασδηποται δικησ αλλησ *V* ‖ 3 id *V*, hoc *S* ‖ 4 omnia bona *om. S* ‖ 4 pertinebat ανειχειν *S contra Pith.* ‖ 5 qui i. a. manumittuntur *S*, i. a. manumissi *V* ‖ 6 iuliani V^1 ‖ lex iuliani νομοσ ιουλιοσ *V* ‖ 7 iis *S* ‖ eos *V Pith.*, *om. S* ‖ colanariis V^1 ‖ 8 cum essent *V*, tunc erant *S* ‖ romanorum *S* ‖ liberti *V*, et *S* ‖ coloniam *V*, ciuitatem *S*: coloniam latinam *Huschke* ‖ 10 his τουτοισ *S*, eis τουτοισ *V* ‖ uoluntatem domini spectant θελεσι δεσποτου σκοπειται *V* ‖ 11 lex enim iulia *V*, qui *S*, quae *Pith.* ‖ iubet eos fieri lat. *S* ‖ quos *S*, quo *V* ‖ 12 quod cum ita sit] hoc tamen cum ita habeant τουτο δη (δη *om. Pith.*) ουτωσ εχοντεσ *S Pith.*, hoc tamen sic habens τουτο δη ουτωσ εχον *V* ‖ debet uoluntatem (προαιρεσιν V^g) manumittendi (*sic Lachmann*, manumittentis *V*) hab. dominus *V*, debent $\overset{\text{er}}{\text{p}}$romissum (*sic* S^1, προαιρεσιν S^g) manumittentes hab. (hab. dominus S^g, *u. i. ad* 13 coactus) *S*, debet promissum manumittentis hab. dominus *Pithoeus* ‖ 13 coactus VS^g *Pith.*, dominus coactus S^1 ‖ 14 gratiarum χαριν *V* ‖ ab aliquo populo *V*, ab aliquo *S*: *requiritur* a populo, *cf. Dig.* 40, 9, 17 *pr.* ‖ a singulis hominibus αφ ενοσ εκαστου ανθρωπων *V*, ab unoquoque hominum υπο τινοσ εκαστου ανθρωπων *S* ‖ 15 ueniet ερχεται *S*, potuerit ελευσεται *V*: perueniet *Lachmann* ‖ 16 est *V*, manumisit *S* ‖ 17 item *Lachmann*, similiter *codices* ‖ seruus *om. S* ‖ 18 praeceptor στρατηγοσ *S* ‖ uel *scripsi*, eius uel *S*, eius si uero *V*: eius *post* libertatem *collocat Roever* ‖ libertatem . . . 154, 16 ususfructus *om. S*

lege Iu*n*ia *cau*tum est. sunt autem plures causae, in quibus non tu*e*tur proconsul *libertatem*, de quibus procedentes ostendemus.

9 Sed et illud obseruandum, ut i*s* qui manumittitur in bonis manumittentis *sit*: et ideo si tantum ex iure Quiritium sit manumittentis, non erit Latinus: necesse est ergo seruum non tantum ex iure Quiritium, sed etiam in bonis esse manumittentis.

10 Communis seruus ab uno *ex sociis* manumissus, neque ad libertatem peruenit et alterius domini totus fit seruus iure *ad*crescen*di*. sed inter amicos seruus ab uno ex sociis manumissus utri*us*que domin*i* seruus manebit: ius *enim* adcresce*ndi* in hac manumissione *non* uer*sa*tur. *quamuis* Proculus *ex*istimauerit adcrescere *e*um socio . . . . qua sententia utimur.

11 Proprietarius eum seruum, cuius usus*f*ructus ad alium pertinet, non potest uindicta manumittere obstante usufructu: et si manumiserit eum *u*indicta, faciet seruum sine domino. sed Latinum . . . . .

12 Peregrinus manumi*ssor* seruum non potest ad Latin*itate*m perducere, quia lex Iunia, quae Latinorum genus introduxit,

---

1 iulia *V* ‖ cautum *Roever*, tutatum ησφαλισται *V* ‖ 2 tueatur φυλαξι *V* ‖ proconsul] praetor uel proconsul *Lachmann* ‖ libertatem *Roever*, manumissionem ελευθεριαν *V* ‖ procedentes ostendemus προβενοντεσ επιδειξομεν *V*: *requiritur* deinceps uidebimus ‖ 4 sed ut αλλα και *V* ‖ ut is *Boecking*, uti *V* ‖ 5 sit *om.* *V* ‖ 9 ab uno ex sociis manumissus *scripsi*, manumissus fit liber ει υπο ενοσ γενηται ελευθεροσ *V* ‖ 11 iure adcrescendi *Roever*, iure crescente νομου αυξομενου *V* ‖ 12 utriusque domini *Lachmann*, utrique dominabunt εκατερω κυριευσουσιν *V* ‖ ius . . . 13 uersatur *Huschke*, iustum enim non adcrescere in hac manumissionem in qua uertitur δικαιον γαρ ου (του *scr.*) προσαυξεσθαι εν ταυτη τη ελευθερια εν η στρεφεται *V*: *fortasse* seruatur *pro* uersatur *restituendum est* ‖ 13 quamuis . . . 15 utimur *Lachmann*, sed quam proculus aestimauerit probauerit adcrescere cum sotio qua sententia utimur ει και προκουλοσ δοκιμασαι προσαρξιν μετα κοινωνων ου τη γνωμη χρωμεθα *V* ‖ 16 uius V^1 ‖ usus et fructus *V* ‖ *inde ab* ad alium *redit* *S* ‖ 17 pertinere *S* ‖ uindicta *S*, ex uindictas *V* ‖ obstante usufructu επισκεψουσησ χρησησυν καρπου *S*, obstantis usus et fructu επισκοτουσησ χρησεωσ και καρπου *V*: *fortasse fuerit* constante ‖ 18 uindicta *S*, ex uindicta *V* ‖ sine . . . 20 seruum *om.* *V* ‖ 19 sed latinum] *requiruntur fere talia* sed finito usufructu ex lege Iunia latinus fit ‖ 20 manumittens *codices* ‖ ad latinum perducere προσ λατινον αγειν *V*, latinum facere ρωμαικον ποιησαι *S* ‖ 21 quia επει *V*, quoniam επειδη *S* ‖ iulia *V* ‖ quae ολα (οια *Studemund*) *S*, qui ωσ *V* ‖ genus *uix scripserit iureconsultus* ‖ induxit *S*

non pertinet ad peregrinos manumissores, sicut et Octau*e*nus probat. *at* praetor non permittet manumissum seruire, nisi aliter lege peregrina caueatur.

13 Minor uiginti annorum manumittere nec uindicta potest nec testamento, itaque nec Latinum facere potest: *sed* tantum apud consilium *causa probata* potest manumittere seruum suum.

14 Is autem qui manumittitur inter amicos, quotcumque est annorum, Latinus fit, et tantum ei hoc prodest manumissio, ut postea iterum manumitti possit *u*indicta uel testamento et ciuis Romanus fieri.

15 Mulier sine tutoris auctoritate *inter amicos manumittere non potest*, nisi ius liberorum habeat: tunc enim *et* uindicta sine tutore potest manumittere. unde si mulier absens liberum esse iusserit, quae ius liberorum non habeat, quaesitum est, an *competat libertas* tutor*e* eius auctoritatem *ac*commod*ante* eo tempore, quo epistula scribitur seruo a domina. Iulianus negat: existimat enim eo tempore debere auctoritatem praestar*i*, quo peragitur *manumissio*, tunc *autem* peragi intelleg*i*, cum seruus cognouerit dominae uoluntatem. sed Neratius Priscus probat libertatem seruo competere: sufficere

---

1 manumissores *om. S* || sicut] idque *Lachmann* || octauianus *codices* || 2 at *om. codices, suppl. Pithoeus* || permittit εασει *S*, praemittat αφησει *V* || 3 alias αλλωσ *V* || caueatur χειρογραφηθη *V*, confirmatum fuerit στερεω εγεγονου *S* || 4 maior *V* || neque exui dicta potest neque V^1 || 5 itaque *S*, itaque ergo V^1 || sed tantum *scripsi*, tantum autem μονον δε *S*, tantum enim τοσουτον γαρ *V* || 6 causa probata *post* 7 suum *collocant codices* || 8 is *V*, hic *S* || qui] quia V^1 || inter amicos *om. S* || est *V*, sit *S* || 9 tantum μονον *V*, solum μονον *S* || prodest manumissio προχωρει τη ελευθερια *V*, procedit libertas προσχωρει ελευθερια *S*: prodest triginta annorum aetas *Huschke* || 10 postea *V*, *om. S* || manumitti *om. V* || possint δυναται *S* || ex uind. uel test. *V*, *om. S* || 12 auctoritatem V^1 || inter . . . 13 potest *Huschke*, *om. codices* || 13 liberum ius τεκνων δικαιον *S* || et *scripsi*, ex *codices* || 14 si *S*, esset εγη *V* || 15 iusserit κελευοι *S*, iubeat κελευση *V* || habeat *V*, habet *S* || 16 est *S*, est hoc *V* || an η *V*, si ει *S* || competat libertas *om. codices* || tutore . . . 17 eo *Lachmann*, tutores e. a. praestantis hunc επιτροπου αυτησ αυθεντιαν επιχρωντοσ τουτω *V*, tutores eius auctoritatem commodent eo *S* || 17 quo ω *S*, sicut ωσ *V* || scribitur . . . *p.* 156, 10 conditur *in V bis extant*, *cf. ad p.* 156, 12 || a] ad V^1 *altero loco* || 18 eo *S*, hoc *V* || 19 praestare παρεχεσθαι *codices* || manumissio *Lachmann*, libertas *codices* || autem *Cuiacius*, enim *codices* || intellegi *Schilling*, intellegitur *codices* || 20 cum *V*, quando *S* || cognouerit *S*, agnouerit *V* || 21 proclus *S*

enim, quando epistula scribitur, adhiberi auctoritatem tutoris :. cuius sententia et constitutione *principali* confirmata est.

16 Seruum pignori datum ciuem Romanum facere debitor non potest, nisi si forte soluendo non sit: obstat enim libertati lex Aelia Sentia, quae uetat seruum *fraudandorum* creditorum causa manumissum ciuem Romanum fieri. sed Latinum . . . . .

17 Et qui cens*u* manumittitur, si triginta annos habeat, ciuitatem Romanam *nanci*scitur. census autem Romae agi solet *et peracto* censu lustr*um* conditur: est autem lustrum quinquennale tempus, quo Roma lustratur. sed debet hic seruus ex iure Quiritium manumi*ssor*is esse, ut ciuis Romanus fiat. magna autem dissensio est inter peritos, utrum eo tempore uires accipiant omnia, *quo in* censu *aguntur*, a*n* eo tempore *quo* lustrum conditur. sunt enim qui existimant non alias uires accipere quae in censu aguntur, nisi haec dies sequa-

1 quando] quo V^1 *altero loco* || adhibere auctoritate V^1 *altero loco* || 2 constitutio *V* || principali *Huschke*, imperatoria (-riae V^1) αυτοκρατορικη *codices* || confirmata *V Pith.*, confirmatum *S* || 3 seruum *S*, si seruum *V* || pigneri *S* || romanorum V^1 *altero loco* || debitor facere S^1 *contra Pith.* || 4 *post* potest *fere cum Dernburgio supplendum uidetur* generali hypotheca obligatum potest || si *om. V altero loco* || forte *om.* $V^g S$ || soluendo *Pithoeus*, soluendum προσ αποδοσιν *S*, ad reddendum (cred. *V altero loco*) προσ αποδοσιν *V* || enim *om. V* || libertate V^1 *altero loco* || 5 alia sententia V^1 || quae *om. V* || uetat *S*, prohibet *V* || fraud. cred.] foeneratorum *S*, creditorum *V*, foeneratorum *Pith. in margine adnotans* δανιστων διχα F· C· id est fraudandorum creditorum ut in l. 8. D. qui et a quib. ma. || 6 sed latinum] *desiderantur fere talia* fore debito soluto non ambigitur || 8 et *non habere quo se referat consentaneum est: fieri tamen potest, ut interciderit ea pars, qua de manumissione uindicta ageretur* || in censum *codices* || manumittitur *V Pith.*, manumittuntur *S* || ciuitate romana pascitur (potitur *in margine proponunt S et Pithoeus*) *S*, ciuitatem (administrationem *altero loco*) romanorum possidet *V* || 9 autem *V*, tamen *S* || romae *S*, in roma *V altero loco*, apud romam *V altero loco* || 10 et peracto censu lustrum *scripsi*, in (in *om. Pith.*) census autem lustro τιμησισ μεντοι (δη *Pith.*) καθαρμω *S Pith.*, uel census lustro η αποτιμησισ καθαρμω *V* || 11 quo roma *Pith.*, qui roma ιω ρωμη *V*, quorum ω ρωμη *S* || lustratur *S*, purgatur *V* || sed . . . 12 fiat *ante* 9 census *recte transposuit Boecking* || 12 quiriatium V^1 || manumissoris *Lachmann*, manumittentis ελευθερουντοσ *S*, manumissio η ελευθερια *V* || *post* fiat *in V iterantur p.* 155, 17 scribitur . . . 156, 10 conditur || fiat *V*, fieri possit *S* || 13 autem *V*, tamen *S* || est *om. S* || peritos *V*, prudentes *S* || eo *S*, hoc *V* || 14 accipiunt *V* || quo in censu aguntur *scripsi*, in quo census *codices* || an eo *Pith.*, aut in eo *codices* || 15 in quo *codices* || sunt . . . *p.* 157, 1 conditur *om. S* || 16 haec dies sequatur quo αυτη ημερα ακολουθησι οτε (= secuta sit cum) *V*

tur, qu*a* lustrum conditur: existimant enim censum descendere ad diem lustri, non lustrum *r*ecurrere ad diem census. quod ideo quaesitum est, quoniam omnia *quae* in censu aguntur lustro confirmantur. sed in urbe Rom*a* tantum censum agi notum est: in prouinciis autem magis professionibus utuntur.

PAPINIANI FRAGMENTVM

Papiniani lib. I responsorum [I de pactis inter uirum et uxorem]. inter uirum et uxorem pacta non solum uerbis, sed e*t* uoluntate contrahentium constituuntur, ut neuter coniugum fiat locupletior.

Hoc Papiniani fragmentum finem facit legis Romanae Wisigothorum: rubricam *I de pactis* etc. a Wisigothis adiectam esse putem.

VLPIANI INSTITVTIONVM FRAGMENTA VINDOBONENSIA

Vlpiani Institutionum fragmentis, quae in Collatione et in Iustiniani Digestis Institutionibusque extant, anno 1835 laciniae quaedam ab Endlichero in bibliotheca caesarea Vindobonensi repertae accesserunt, quae hodie in eadem bibliotheca sub signo Cod. Lat. 1 adseruantur. primum enim in his laciniis duorum foliorum inter se cohaerentium pars inferior extat in tres schedulas dissecta, quae praeter margines octonos uersus ultimos quattuor paginarum exhibet. haec duo folia olim non continuo ita olim se excepisse, ut intimum fasciculi par foliorum efficerent, quarta lacinia eiusdem codicis ostendit, quae olim alterius ex duobus illis foliis partem superiorem efficiebat: qua lacinia etsi seruati non sunt nisi primus folii recti itemque primus folii auersi uersus, tamen ea quae in ipso paginae secundae exitu leguntur, eis non continuari apparet, quae in primo tertiae paginae uersu (nobis fragmento III) leguntur. itaque si integrum codicem quaternio-

---

2 recurrere *Lachmann*, decurrere *codices* || 3 quod ideo o δια τουτο *V*, propterea δια τουτο *S* || quoniam *V*, quia *S* || quae *om. codices* || in censum τη αποτιμησισ *V*, censu τη αποτιμησει *S* || 4 in urbem romanorum *V*, in ciuitate romana *S* || agei *V* || 5 notum *V*, declaratum *S* || prouintia V^1 || professiones V^1

9 ex *codices plerique, om. alii*

nibus, quae uulgaris codicum antiquiorum forma est, compositum fuisse sumitur et simul eius rei ratio habetur, quod quaternionis signum in marginibus infimis nullum extat, haec duo folia olim secundum aut tertium quaternionis foliorum par effecisse et inter ea aut IV aut II folia intercessisse satis probabiliter conicitur. praeterea singulas paginas fere XXIV ad XXVIII uersus complexas esse ex ambitu uersuum qui extant colligi potest.

Haec autem fragmenta Institutionibus Vlpiani attribuunt tam Dig. 43, 26, 1, in quibus initium fragmenti I redit, quam quinta membranae alicuius lacinia Vindobonensis, quae marginem superiorem unius folii cum superscriptione paginarum seruauit: in cuius pagina recta legitur LIB· $\overline{\mathrm{I}}$ $\overline{5}$·, in auersa VLP· INST·. illud tamen dici nequit, utrum hic margo ad alterutrum eorum foliorum, quorum partes inferiores extant, an ad aliud nescio quod eiusdem codicis folium pertinuerit. inde igitur, quod in hac inscriptione liber primus commemoratur, nullo modo euincitur fragmenta III—V ad primum Institutionum librum pertinuisse. prius autem folium ad librum I pertinere e Digestis patet. potest sane fieri, ut inter primum et secundum folium primi Institutionum libri finis et initium secundi intercesserit.

Extat denique sexta eiusdem codicis schedula et ipsa ex alicuius folii margine superiore resecta, in qua paucae primorum utriusque paginae uersuum litterae conspiciuntur, et in recta quidem pagina hae: ‖ *sua* ———— | in auersa hae: ‖ ———— ***d(?)em* |.

Scripturam codicis uel quinto uel sexto saeculo p. Chr. n. attribuas. fragmenta delineata et ampliore commentario illustrata a me sunt in libro cui inscribitur Kritische Versuche (Berlin 1870) p. 140 sqq.

I

Precarium est, quod precibus petenti utendum conceditur tam diu, quamdiu is qui concessit patitur. quod genus liberalitatis ex iure gentium descendit. et distat a donatione eo, quod qui donat sic dat, ne recipiat: at qui precario concedit, sic dat quasi tunc recepturus, cum sibi libuerit precarium soluere. et est simile commodato: nam et qui com-

2 — *p.* 159, 1 *usque ad* sed ut ei ut *e Dig.* 43, 26, 1 *suppleta sunt*

modat rem, sic commodat, ut non faciat rem accipientis, sed ut ei ut|i re commodata permittat.

Locatum quoque et conductum ius gentium induxit. nam ex quo coepimus possessiones proprias et res habere, et locandi ius nancti sumus et conducendi res alienas: et is qui conduxit iure gentium tenetur ad mercedem ex*soluendam*

II

reddis quae accepisti, sed aliam pecuniam eiusdem quantitatis. mutuae autem dari possunt res non aliae, quam quae pondere numero mensura continentur.

Depositi quoque utilitatem ius gentium perdidit, ut quis custodiendam rem suam animalem uel ||

III

com||paratum est interdictum uelut cui ini|*tium est*

IV

|qua*e d********************* | adipiscendae quam reciperandae possessionis, qualia sunt interdicta QVEM FVNDVM et QVAM HEREDITATEM. nam si fundum uel hereditatem ab aliquo petam nec lis defendat*ur*, cogitur ad me transferre possessionem, siue numquam possedi siue an*te posse*||di, deinde amisi possessionem|

V

|——— *aut per formulam* arbitrariam explicantur aut per sponsionem, prohibitoria uero *semper* per sponsionem explicantur: restitutorio uel exhibitorio interdicto reddito si quidem arbitrum postulauerit is cum quo agitur, formulam ac*cipit* arbitrariam, per quam arbiter ||

6 exsoluendam *Rudorff* || 8 *ante* reddis *supple* non eadem nummorum corpora || 16 quae d] *tertia littera uel* e *uel* c *uel* l *est, quarta uel* d *uel* c *uel* e *uel* o: *sententiam collatis Dig.* 43, 1, 2, 3 *fin. sic restituere possis* sunt et alia quaedam interdicta duplicia tam adipiscendae || 19 defendat *C* || *post* cogitur *in C signum* ∸ *extat, quod ni fallor ad scholium margini hodie abscisso adscriptum remittit* || 24 semper prohibitoria uero *C, emendauit Rudorff collato Gaio* 4, 141 || 27 *sententiam collato Gaio* 4, 162. 163 *fere cum Huschkio sic expleo:* nisi arbitratu suo restituatur uel exhibeatur, quanti ea res est condemnare iubetur

Boethius in Topica 3, 4 (Baiter p. 299) ex Vlpiani Institutionibus non ad uerba, sed magis in modum argumenti haec rettulit:

Tribus enim modis uxor habebatur, usu farreo coemptione. sed confarreatio solis pontificibus conueniebat. quae autem in manum per coemptionem conuenerant, eae matresfamilias uocabantur: quae uero usu uel farreo, minime. coemptio uero certis sollemnitatibus peragebatur, et sese in coemendo inuicem interrogabant: uir ita, an sibi mulier materfamilias esse uellet? illa respondebat uelle: item mulier interrogabat, an uir sibi paterfamilias esse uellet? ille respondebat uelle. itaque mulier uiri conueniebat in manum, et uocabantur hae nuptiae per coemptionem, et erat mulier materfamilias uiro loco filiae. quam sollemnitatem in suis institutis Vlpianus exponit.

Spicilegium Solesmense ed. Pitra I p. 281 inter Pacati excerpta hunc locum aliunde non notum [1]) exhibet:

Vlpianus lib*ro* [2]) ad edictum sexto qui pro aliis ne postulent titulo sexto sic refert: Inuenimus apud ueteres mulier*is* appellatione etiam uirgin*es* [3]) contineri.

PAVLI FRAGMENTVM

Paulus institutorum libro secundo titulo de dotibus. Si diuortium est matrimonii et hoc sine culpa mulieris factum est, dos integra repetetur. quod si culpa mulieris factum est diuortium, in singulos liberos sexta pars dotis a marito retinetur usque ad mediam partem dumtaxat dotis.

Hoc Pauli fragmentum in Boethii commentario ad Top. 2, 4, 19 (Orelli p. 303) seruatum est.

---

[1]) *cf. Dig.* 50, 16, 13 *pr. et Boecking Vlpiani fragmenta ed.* 4 *p.* 177
[2]) liber *C* [3]) mulieres a. e. uirginis *C*

MODESTINI FRAGMENTA DVO

Fragmentum quod sequitur Petrus Pithoeus, cui soli eius notitiam debemus, in codice nescio quo patris sui inuenerat: cf. Fragmenta quaedam Papiniani etc. ex bibliotheca P. Pithoei, Lutetiae 1573 p. 54 et 111.

Modestinus regularum lib. III sub titulo de bonis libertorum et de testamentis. Cum in testamento dies et consules adiecti non sunt, non nocet, quominus ualeat testamentum.

Inter eum qui in insulam relegatur et eum qui deportatur magna est differentia, ut ait *Her*e*nn*ius: primo quia relegatum bona sequuntur, nisi fuerint sententia adempta, deportatum non sequuntur, nisi palam ei fuerint concessa: ita fit, ut relegato mentionem bonorum in sententia non haberi prosit, deportato noceat. item distant etiam in loci qualitate, quod cum relegato quidem humanius transigitur, deportatis uero hae solent insulae adsignari, quae sunt asperrimae quaeque sunt paulo minus summo supplicio comparandae.

Hoc fragmentum ex Isidori Differentiis (ed. Areuali V p. 26 § 200) haustum Modestino egregia coniectura Casp. Barthius (Aduersariorum lib. 39 cap. 14 p. 1783) uindicauit: qui cum in antiquo Isidori codice uerba *ut ait orenius* prioribus Isidori editionibus ignota inuenisset, in nomine corrupto Herennium latere intellexit. alii eum secuti hoc fragmentum libris differentiarum Herennii Modestini et collatis quidem Dig. 48, 19, 22 primo earum libro adscripserunt. contextum ad Areuali (*A*) et Barthii (*B*) editiones restituimus.

---

4 relegatus est et *B* ‖ 5 differentia est *A* ‖ ut ait orenius *B, om. A* ‖ quia *B*, quod *alias* qui *A* ‖ 6 sententia adempta *A*, adempta alio modo *B* ‖ 8 ut *A*, in *B* ‖, in sententia *A, om. B* ‖ non haberi prosit *Lachmann*, haberi non prosit *A*, non homini possit *B* ‖ 9 etiam *B*, et *A* ‖ 10 quidem *A, om. B* ‖ 11 hae *B, om. A* ‖ sunt *A, om. B*

FRAGMENTA DE IVRE FISCI

Fragmenta Veronae in bibliotheca capitulari adseruata, quae propter argumentum hodie *de iure fisci* dicuntur, etsi de titulo et de auctore libri, cuius ea olim partem effecerint, certum indicium extat nullum, probabiliter propter argumentum iuridicum et propter sermonis formam ad saeculum II extremum uel III p. Chr. n. referuntur, si id tempus excipias, quo imperante Caracalla ius patrum in caducis uindicandis (quod in § 3 agnoscitur) non uigebat (Vlp. 17, 2, cf. Dio Cass. 78, 12 Capitolin. in Macrino 13)[1].

Fragmenta ipsa, quae primum una cum Gai Institutionibus a. 1820 publici iuris facta sunt, duobus foliis constant, quae olim codici rescripto Hieronymiano, cuius scriptura antiqua Gaium continet, tegumenti loco uidentur praemissa fuisse. quod quo commodius fieret, bibliopega haec folia ita amputauit, ut margines superiores et exteriores cum parte scripturae recideret. neque hanc labem solam folia illa contraxerunt, sed sensim pedetemptimque usu lacerata est dextera pars utriusque folii summi et praeterea foramina et rimae in mediis membranis ortae scripturae particulas abstulerunt. eo tempore quo folia innotuerunt, margines interiores duorum foliorum glutine compactae fuere: membranae autem ipsae num primitus ita inter se cohaeserint, ut unum par foliorum efficerent, eundemque ordinem habuerint, quo postea conglutinata et hoc saeculo edita sunt, dici non potest: certe neutrius folii initio alterius partem extremam continuari manifestum est. singulae paginae binis columnis exaratae sunt. quot autem uersus in uniuscuiusque paginae fronte recisi sint, non constat. unius certe uersus maximam partem recisi uestigia in altero folio apparent supra primae et quartae columnae uersiculos primos eos qui hodie toti legi possunt, ut constet singulas paginas uel columnas XXV minimum uersus complexas esse. praeterea cum ex ambitu scripturae quae hodie extat formam codicis integri quadratam magis quam oblongam fuisse probabile sit, non amplius quam binos uel ternos uersus abscisos esse conicias, cum praesertim ea, quae in tertia folii secundi columna extrema leguntur, licet non continuentur eis quae in eiusdem folii

---

[1]) Pluribus de auctore fragmentorum disputauerunt Boecking et Huschke in praefationibus editionum ab ipsis curatarum.

columnae quartae initio leguntur, eiusdem tamen periodi esse uideantur.

Scriptura codicis fere ad V—VII saeculum pertinet. imaginem foliorum exhibet editio mea, cui titulus est: Fragmentum de iure fisci ed. P. Krueger. Lipsiae 1868.

FOLIVM I

1 |**n***t capere poss**. Heredi eius qui cap*er*e non pote-
rat defer*en*di potestas concessa *non* est, nisi *si* ostendi possit
eius u*oluntatis* decessisse de*functum*, ut deferre se u*ellet*.
2 Antequam quis ab alio deferatur, ipse se deferre debet: alias
I sero ad auxilium delationis conf*u*git. quod si per *er*rorem se
3 detulerit, nihil ei officit inconsiderata diligentia. Ius patrum
non minuitur, si se is deferat, qui solidum id quod relictum
est capere non potest. sane si post diem centensimum patres
4 caducum uindicent, omnino fisco locus non est. Si se is de-
4a ferat, cui taci|| —— *perierunt fere 3 uersiculi* —— |*** consid*
——| ** ceterum ——| tam p*er*sonam ——|——
—— gu ——| ***** eius rei ——| **** nister
uero f*——| * *qua*dru*p*lum ** | * nomen sequi fis*** | *tet.
5 Bona e*orum* qui cum fisco contrahun*t* ** | ¯*e uacuaria uelut
*pig*noris iure fisco o*bligan*tur, non solum ea q*uae* habent, sed
6 *et* ea quae postea habituri sunt. *E*dicto diui Traiani cau*etur*,
ne qui prouincialium *c*um seruis fiscalibus contrah*ant* nisi
adsignante procuratore: quod factum dupli damno uel reliquorum e*x*solutione p*en*satur. et ideo qui cu*m* ||——
perierunt fere 3 uersiculi ——|—— um ** | ——cus
ido*** |—— contra amo**que | ——sa*m——|——o
contrax——|——i non in cu——| *u* *ta*men eo*rum* ** | ** uere

1 **n***t] **inquat *C?* || eius qui *bis* C^a || 2 non *Savigny*, *om. C* || 3 defunctum *Goeschen*, de**** *uel* de***** *C* || uellet *Huschke*, u— *C* || 4 derferre debet alialias C^a || 5 confungit *C* || per ererrorem *C* || 9 fiscus C^a || 10 cui tacitum fideicommissum *suppl. Goeschen* || ***] *mc (*uel* e *uel* c̄ *uel* ē) *C?* || 12 minister uero fraudis *temptat Mommsen* || 13 nomen] nom̄. (*i. e.* nomen *uel* nomine) *C* || 14 lege uicesimaria (*pro* uacuaria) *Boecking* || 15 pignoris *et* obligantur *restituit Heise* || habet C^a || 16 et *Huschke*, *om. C* || quae postea *bis* C^a || 18 factum] *sic uel* factum * *C: fortasse* quod contra factum est *scr.* (similiter *Huschke*) || 19 exsolutione *Lachmann*, eius solutione *C* || *pro* pensatur *(sic Goeschen) possis etiam* pulsatur *restituere* || 21 idone* ? || 22 contrax] contra ax C^a || **uere] cauere ?

cogitur na* | *** c̄ tu ad eum lo*|**io peruenit h̄t**|** Cae-
saris ab ad*ministr*atione reru*m su*arum itemque comm*un*ium
rerum commercio non prohibentur: adeo et stipulari ab his
et *e*mere donatumu*e* accipere possumus, nisi cum in fr*a*udem
7 portionis Caesaris fiat. *Qui* mutuam pecuniam contra inter-
dictum dispensatori uicarioue eius crediderit ‖———
perierunt fere 2 uersiculi
——————|——————in *p*oenam|——
8 ——enitur, quia quod | *cred*idit non amisit. *Qui contra*
*e*dictum diui Augu*sti re*m litigiosam a *non poss*idente compa-
rauit, praeterquam *quod* emptio nullius momenti est, poenam
quinquaginta sestertiorum fisco repraesentare compellitur.
res autem litigiosa uidetur, de qua lis apud suum iudicem
delata est. sed hoc in prouincialibus fundis praua usurpa-
9 tione optinuit. Absentes fugitiuos uenum dari aut comparari
amplissimus ordo prohibuit denuntiata in emptorem uendi-
toremque poena sestertiorum quinquaginta, quae hodie fisco
uindi‖*catur.*

FOLIVM II

10 11 |excepto castrensi peculio bona sua conferre debebunt. Cae-
sare a liberto su*o ex as*se herede instituto *filia* iure ad semis-
se*m uocatur*: cum extraneis uero instituto fili*a* ex semiss*e* ex-
tranei*s*, non et*iam* Caesari adcrescit. quod si plus semisse Cae-
12 sar accepit, in id quod plus est etiam Caesari adcrescit. Liber-
tae Caesaris tam manumissione quam beneficio coniunctionis
effectae si testatae decedant, dimidium, si intestatae, *to*tum
fisco uindicatur. sane patris et patroni ignorantis ius non
13 minuitur. Ancilla Caesaris quae quinque liberos habuerit,
fere 3 uersiculi perierunt
in nu‖——————————| **n ——|
Caes——————| *orem ——————| ** milib*us* s——|——

1 c̄] = causa? ‖ **io] **ior C^a^ (*in Codicis imagine, quod imprimendum curaui, casu excidit punctum deletorium supra* r) ‖ h̄t**] = hereditas? ‖ *supra* c *in* caesaris *incertum aliquid scriptum est: Huschke ante* caesaris *supplet* serui *prouocans ad Vlp.* 20, 16 ‖ 3 sipulari C^a^ ‖ 6 credit C^a^ ‖ 8 *supplementum* dupli conuenitur *ad ambitum lacunae non quadrat* ‖ § 8 *in C praecedit uersus a scriptura hodie uacuus, nisi quod in fronte numerum* XXVI *exhibet: quem rubricae alicui excipiendae destinatum fuisse uerisimile est* ‖ 10 quod *om.* C ‖ 14 § 9 *in C uersus scriptura uacuus praemittitur, in cuius fronte legitur numerus* [XXV]II: *cf. ad p.* 163, 27 ‖ 21 uocatur] **cat C ‖ extranei C ‖ filiam ex semissem extranei C ‖ 22 etiam] et C ‖ 24 tam manumissionis beneficio quam coniunctione *scr.*: *de coniunctione cf. Cod. Theod.* 4, 11, 3 ‖ 29 ** milibus] *x milib. C?

————| ***edan————| *um **na————| dicantur
** q̄ ————| causa fisco ae————| p** non possunt
n******* | en***uato contra ***n** | inter *se fisco* stipulan-
14 tur. Eo*rum* bonorum, quae a*d* fiscum pertinere dicuntur, s*i*
controuersia moueatur, an*te sententi*am nec obsign*ari* nec de-
scribi aut incorporari possunt. idem seruatur et cum a sen-
15 tentia prouocatio interponitur. Pro his bonis, quae fiscus in-
quietat, manus op*po*nere nemo quidem prohibe‖*tur* ————
————|————|————tur|
————es** | ————rian* | ————pellunt
16 |————io*i**rā | ———— ** ————|————tum offi-
cium ***|*** *fis*cum, a quo sa*larium* acce*p*erunt, nisi in *sua*
*par*en*t*um filiorum *pupill*orumue su*oru*m causa, liberto*rum*
etiam, adesse *proh*ibentur: et si adfue*rint*, *in*famia plectun-
tur. *s*ane hoc principa*li* bene*fic*io impetrare non prohi*b*entur.
17 Fisci aduo*c*ati, quibus ad tempus offici*u*m mandatum est,
qui*a* salarium non accip*i*unt, contra fiscum adesse non pro-
18 hibentur. Capite legis censoriae cauetur, ut non tantum,
cum quid ‖————|————| prae-
statur, cuius rei omissa professio commi*sso in*tra quinquen-
18[a] nium locum *facit*. Earum rerum *nomi*ne, quae per fraudem
fisco ablata*e* sunt uel professioni subtracta*e*, quadruplum fisco
19 de*p*enditur, alias duplum. A debitore fisci in fraudem datas
libertates retrahi placuit. sane ipsum ita emere, ut manu-
mittat, aut fideicommissam libertatem praest*are* non est pro-
20 hibitum. Ab eo, qui reus criminis postulatus aduersam sen-
tentiam meruit, tempore reatus quocum*que* modo alienata
21 a fisco cum quadruplis fructibus reuocantur. Fideiussorem
eius, qui cum dispensatore contraxit, ip‖

---

3 n*******] nar (*uel* p *uel* b *pro* r) **** per (*uel* quam *pro* per) *C?* ‖ en**iuato *uel* en**uuato *C* ‖ 5 sententiam] sam *C* ‖ obsignari] obsign*na** *C* ‖ 8 opponere] optinere *C* ‖ 10 rian*] riant *uel* riani (caesariani?) *C* ‖ pellunt *magis quam* pelluntur *C* ‖ 11 ioci**rā *aut* iogi**rā *C* ‖ **] ci *C?* ‖ *initium* § 16 *sic restituo:* fisci aduoca|ti etiam (etiam *omiserit C*) post depositum officium con|tra fiscum: *cf. Dig.* 3, 1, 10 *pr. Cod.* 2, 7, 22 § 1. 24 § 1 ‖ 19 *ante* praestatur *utrum duo an unus solus uel etiam plures quam duo uersiculi perierint, nescitur* ‖ 20 professio] professio intra *C*[a] ‖ commisso intra q. l. facit *restituit Mommsen* ‖ 22 ablata *C* ‖ subtracta *C* ‖ 23 defenditur *C* ‖ *ad* § 19 *cf. Pauli sententiam* 5, 12, 1[d] *fere consonam* ‖ 25 praestare *Huschke,* praestet *C*

TRACTATVS DE GRADIBVS

Incerti auctoris tractatus de gradibus qui sequitur in codicibus Notitiae dignitatum utriusque imperii huic ipsi Notitiae praemissus legitur. primus eum Eduardus Boecking e codicibus Parisiensi 9661 saec. XV et Monacensi 10291 saec. XVI edidit (Vlpiani fragmenta ed. IV Lipsiae 1855 p. 183, cf. Corpus Iuris Romani Anteiustiniani Bonnense uol. I p. 175). ipse hoc anno Monachi tam hunc codicem quam Monacensem 794 saec. XVI contuli.

DE GRADIBVS

1 Gradus cognationum appellantur ab eo, quod personae
cognatorum aliae proximiore, aliae longiore gradu sunt et
2 ob id quasi gradatim altera alteram antecedit. Omnes per-
sonae cognatorum aut supra numerantur aut infra aut ex
transuerso siue a latere. supra numerantur parentes, infra
liberi, ex transuerso siue a latere fratres et sorores liberique
eorum, item parentium fratres et sorores liberique eorum.
3 4 Primo gradu supra pater et mater, infra filius et filia. Se-
cundo supra auus auia, infra nepos neptis, ex transuerso
5 frater et soror: hinc enim transuersus incipit gradus. Tertio
supra proauus proauia, infra pronepos proneptis: ex trans-
uerso fratris et sororis filius et filia, patruus amita, id est
patris frater et soror, auunculus *matertera*, id est matris fra-
6 ter et soror. Quarto supra abauus abauia, infra abnepos ab-
neptis: ex transuerso fratris et sororis nepos et neptis: pa-
truus magnus et amita magna, id est aui frater et soror:
*a*uunculus magnus matertera magna, id est auiae frater et
soror: consobrinus consobrina, id est qui quaeue ex fratri-
bus aut sororibus aut fratre et sorore progenerantur. scien-
dum tamen proprie consobrinos appellari eos, qui ex duabus
sororibus nati sunt, quasi consororinos, eos autem, qui ex
duobus fratribus procreati sunt, fratres *p*atrueles uocari, eos
uero, qui ex fratre et sorore nasc*u*ntur, amitinos dici. hoc

7 parentum *Monac.* 10291 || 12 patruus et amita *Paris.* || 13 et *om. Monac.* 10291 || matertera magna id est *codices* || 17 abauunculus *codices* || 19 generantur *Monac.* 794 || 22 fratribus procreati sunt *Monac.* 794, procreati fratribus sunt *Paris.*, fratribus procreantur *Monac.* 10291 || fratres et patr. *codices* || 23 nascantur *codices*

gradu sunt *etiam* patrui amitae auunculi materterae filii.
7 Quinto gradu sunt supra atauus atauia, infra adnepos adneptis: ex transuerso fratris et sororis pronepos proneptis: propatruus proamita, id est proaui frater et soror: proauunculus promatertera, id est proauiae *frater et soror*: consobrini filius filia: item propius sobrinus sobrina, id est patrui
8 magni amitae magnae auunculi magni materterae magnae filii filiae. Sexto gradu sunt supra tritauus tritauia, infra trinepos trineptis: ex transuerso fratris et sororis abnepos abneptis: abpatruus abamita, id est abaui frater et soror: *abauunculus abmatertera, id est abauiae frater et soror*: item consobrini nepos neptisque: item propatrui proamitae proauunculi promaterterae filii filiae: item sobrini sobrinae, id est qui quaeue ex duobus consobrinis progenerantur.

1 etiam *Huschke*, enim *codices* || 2 abnepos abneptis *Monac.* 794 || 5 promartera *Monac.* 10291 || proauiae] proaui et *Monac.* 10291 *et* 794 || soror et frater *codices* || 6 filia] et filia *Monac.* 794 || 10 abauunculus . . . 11 soror *Huschke*, neptisque *codices* || 14 generantur *Monac.* 794

STEMMA AGNATIONIS

Stemma agnationis, quod sequens tabula exhibet, editum primum a Cuiacio in Obseruationibus 6, 40, teste Haenelio (Lex Rom. Wisig. p. 456[a]) extat in codicibus Legis Romanae Wisigothorum Parisiensibus 4410 et 4412, Vaticano reg. 1023, Leidensi 114.

Tritauus	Patruus maximus				
Atauus	Patruus maior	Patrui maioris filius			
Abauus	Patruus magnus	Patrui magni filius	Patrui magni nepos		
Proauus	Patruus	Patrui filius	Patrui nepos	Patrui pronepos	
Auus	Frater	Fratris filius	Fratris nepos	Fratris pronepos	Fratris abnepos

	LEGE HEREDITATES	Pater	QVEMADMODVM REDEANT	
		EGO		
Vxor quae in manu uiri est	CONSANGVINEI	Filius qui ex potestate non exiit	SVNT INTER SE	Filia quae in potestate est
Nurus quae in manu filii est	HI QVOQVE SVNT	Nepos qui ex potestate non exiit	INTER SE CONSANGVINEI	Neptis quae in potestate est
Pronurus quae in manu nepotis est	ITEM CONSANGVINEI	Pronepos qui ex potestate non exiit	SVNT INTER SE	Proneptis quae in potestate est
Abnurus quae in manu pronepotis est	ET HI INTER	Abnepos qui ex potestate non exiit	SVNT CONSANGVINEI	Abneptis quae in potestate est
Adnurus quae in manu abnepotis est	SVNT QVOQVE INTER	Adnepos qui ex potestate non exiit	SE CONSANGVINEI	Adneptis quae in potestate est
Trinurus quae in manu adnepotis est	ITEM II SVNT INTER	Trinepos qui ex potestate non exiit	SE CONSANGVINEI	Trineptis quae in potestate est

INDEX

Typis Breitkopfii et Haertelii Lipsiensium